This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

600009069U

31.

513.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

P. RUTILII LUPI

DE

FIGURIS SENTENTIARUM

ET ELOCUTIONIS LIBRI DUO

ITEM

AQUILAE ROMANI

ET

IULII RUFINIANI

DE EODEM ARGUMENTO LIBRI

BIBLIOTHECA · REGIA · BAVARICA

EX RECENSIONE

ET

CUM INTEGRIS ADNOTATIONIBUS

DAVIDIS RUHNKENII

ACCURATE EDIDIT

MULTISQUE ACCESSIONIBUS LOCUPLETAVIT

CAROLUS HENRICUS FROTSCHER

PHIL. DR. ET PROFESSOR E. IN UNIVERS. LITT. LIPSIENSI
SCHOLAE NICOL. CONRECTOR ET BIBLIOTH. SENAT.
PRAEFECTUS II.

LIPSIAE 1831.

SUMPTUS FECERUNT ET VENUMDANT

GUST. SCHAARSCHMIDT ET FRID. VOLCKMAR

(HARTMANNIANA LIBRARIA)

513.

Digitized by Google

LIBRUM HUNC

SUMMAE PRAEFULGENTIUM VIRTUTUM

ADMIRATIONIS ATQUE REVERENTIAE

MONUMENTUM PUBLICUM

EXSTARE VOLUIT

OBSERVANTISSIMUS DEDITISSIMUSQUE CULTOR

CAROLUS HENRICUS FROTSCHER

Digitized by Google

C. H. FROTSCHERI

PROOEMIUM

Nova haec Rutilii Lupi editio quum et *Davidis Ruhnkenii* ipso nomine et multis quae accesserunt adnotationibus meis typorumque quibus descripta est elegantia satis ipsa se commendare harum amatoribus litterarum posse videatur, nihil mihi iam eam emittenti faciendum arbitror, nisi ut maximas gratias publice agam Viro clarissimo atque doctissimo *Georg. Aenoth. Kochio:* qui quum ipse pulcrum praestabilemque librum Ruhnkenii denuo edere statuisset cognossetque me idem agitare consilium, adversaria sua ita mihi utenda concessit, ut quidquid vellem libroque meo utile futurum esse crederem, inde deliba-

Digitized by Google

rem. Quae Viri optimi in me voluntas effecit, ut labor a me susceptus magno opere levaretur et cultior omnino atque locupletior hic libellus doctis hominibus tradi posset. Quam ob rem ut me atque res meas, sic ipsum quem praedicavi Virum doctissimum etiam atque etiam commendatum volo omnibus, quibuscunque harum litterarum cura atque iudicium est.

Scr. Lipsiae d. 24. mens. April. 1831.

VIRO NOBILISSIMO

FRANCISCO FAGEL,

PRAEPOTENTIUM ORDINUM BELGII FOEDERATI GRAPHIARIO

S. P. D.

DAVID RUHNKENIUS

Pag. 3. edit. Bagd.

Saepe numero in illius temporis iucundam sane memoriam redeo, quo Tibi sive comes, sive dux eram ad Graecas literas cognoscendas. Veneras ad nos supra aetatem Latine doctus, Latinorum imprimis poëtarum flagrantiore studio, quam quod expleri et satiari legendo posset. Verum cum Patri Tuo, cuius sapientiam in maximis reipublicae caussis spectatam tanta exornat ingenuarum artium scientia, quantam vix credibile sit in vita tam occupata comparari potuisse; cum igitur Patri Tuo credidisses, vim et venustatem Virgilii, non nisi cognito Homero, Ciceronis, non nisi Demosthene, penitus percipi posse: nihil antiquius habuisti, quam ut Graecas literas coniungeres cum Latinis. Itaque una legebamus ingeniorum

Digitized by Google

principem, Homerum, eique, ut Atticam etiam elegantiam et suavitatem gustaremus, Xenophontem adiungebamus. Qua lectione confirmati non dubitabamus ad grandem, et Homero in dispari genere similem poëtam, Sophoclem, et dulcem
5 subtilemque de scena philosophum, Euripidem accedere. Tum vero, qualis in Te materia et indoles esset, intelligere coepi. Nihil dicam de docilitate, qua intra biennium consecutus es hoc, ut, qua facilitate Cornelium et Racinium, eudem Sophoclem et Euripidem legeres. Maiorem admirationem mihi movebat vis iudicandi, quae in locis dubiis et obscuris cernebatur, inprimisque acerrimus pulcri et veri sensus, quo, saepe magistrum praecurrens, ante latentes veneres deprehendebas, quam ipse earum demonstrandarum locum habuisses. Ex his et aliis, quae prodebas, excelsae indolis argumentis iam tum augurabar, talem Te, qualis nunc es, futurum, et saepe alios loci Tui iuvenes monebam, in Te intuerentur, de Te sibi exemplum sumerent, qui, quamvis natalium splendore, fortunae opibus, maiorum meritis facile ad amplissimos honores ad-
6 spirare posses, tamen in optimarum artium studiis ita versarere, ut nihil Tibi praesidii in illis relictum esse, omnem ornamentorum spem in ingenii cultu et virtute sitam existimares. Decursis deinde, pari cum laude, graviorum disciplinarum spatiis, iter per cultiores Europae partes instituisti. Hic prima, sicut debuit, Tibi cura fuit, ut regum principumque artes in continendis civitatibus cognosceres, et ex variorum populorum moribus, legibus, institutis caperes, quod aliquando ad utilitatem patriae transferres. Nec tamen frequentior eras in aulis, quam in biblio-

Digitized by Google

*thecis, aut magis purpuratos, quam doctrina et ingenio claros, appetebas. Inprimis autem proprio quodam studio rapiebaris ad priscarum artium miracula, quibus Italia referta est, contemplanda; quae maiorem, quam vulgus credat, cum humanioribus literis cognationem habere, minime omnium ignorabas. Et eras intelligentis- 7
simus talium operum iudex, qui oculos exercitatos domo attulisses. Hoc iter praeclari operis tanquam perpolitio fuit. Reverso Tibi in patriam praemia, quanta virtuti et doctrinae tribui possunt maxima, tributa sunt, et tributa maturius, quam cuiquam tali aetate contigisse, aut meminimus, aut in patriis annalibus legimus. Non enim adscendisti, ut ceteri, sed evolasti ad summos in republica honores; ut, adolescens cum sis, mirere, Te annis tantum Patri cedere, non amplitudine et dignitate. Ita consecutus omnia, quibus felicitas humana censetur, in maxime raro hominum genere merito numeraris. His vero ornamentis Tuis quantopere Musae gaudeant et triumphent, per occasionem Rutilii Lupi in lucem revocandi, me interprete, Tibi, Vir nobilissime idemque eruditissime, declarari voluerunt. Et quidni sensus animi proferant in tam 8
iustis laetandi caussis? Etenim, quae suis Te manibus finxerunt, Tecum habitarunt, Tecum peregrinatae sunt, nunc in idem fastigium Tecum escenderunt. Antea sibi timebant a barbarie et superstitione. Nunc, Tuo praesidio fretae, quos hostes fugiebant, fugant. Antea saepe nobilium hominum dictis vellicabantur. Nunc ad nominis Tui mentionem scurrilis dicacitas obmutescit. Quodsi etiam optantibus sibi sic ceciderit, ut, quam sui tutelam nunc privato consilio susti-*

Digitized by Google

nes; eam aliquando publica auctoritate sustineas, nihil sibi ad summam felicitatem deesse iudicabunt. Have Tibi Musarum nomine significanda fuerunt. Vale. Scribebam Leidae. a. d. XX. Iunii MDCCLXVIII.

Digitized by Google

PRAEFATIO *) 9

AEQUO ET ERUDITO

LECTORI

Non Figurarum ratio, millies in scholis decantata, sed pulcerrima maximorum Oratorum exempla, quibus intuendis imitandisque plus ad eloquentiam proficitur, quam omnium Rhetorum praeceptis cognoscendis, hanc apud nos vim habuerunt, ut, sepositis tantisper aliis, quae in lucem edere parabamus, Rutilio tempori aliquid impertiremus. Quibus exemplis cumultum commendationis accedit ex eo, quod non solum decerpta sunt ex Oratoribus, qui magnam partem interciderunt, sed etiam de Graecis sic facta Latina, ut Rutilius cum Cicerone, quem iuvenis senem videre potuit, certasse videatur. Mittimus alia libelli bona, quorum non ultimum hoc est,

*) Praefationem hanc pariter ac dedicationem repetiverunt Bergmanus et Friedemannus in Opusc. Ruhnken.; atque ille quidem Tom. I. pag. 288 — 309. Friedemannus Vol. I. pag. 282 — 300. cuius libro qui utuntur, pag. 285. vs. 13. *Iunii* scribant pro *Iuni*, pag. 288. vs. 16. *Antoninorum* pro *Antoniorum*, pag. 296. vs. 8. *Lugduni* 1586. pro *Lugduni* 1636., ibid. vs. 8. *dubitabimus* pro *dubitemus*, et vs. 18. *in medio relinquo* pro *in media relinquo*, pag. 297. vs. 19. *iunxerant* pro *iuxerunt*. Frotscher.

Digitized by Google

quod plura singularia et nusquam alibi reperiunda
10 tradat, quam in ullo veterum librorum, tam paucis quidem paginis, tradita scimus. Sed de ipso libello dicendum accuratius. Cumque alius eius auctor sit, alius interpres, primum de auctore, Gorgia, post de interprete, Rutilio dicamus.

A Gorgia scriptum librum esse, inscriptio docet, quae in antiquis exemplaribus haec est: *P. Rutilii Lupi Schemata dianoeas et lexeos ex Graeco Gorgiae versa.* Immo ipse Rutilius lectores ad Gorgiam, ut libri auctorem, ablegat, II. 12. Nec quicquam disertius et luculentius est Quinctiliani testimonio, IX. 2. [§. 102.] pag. 437. [ed. Gesner.] *Praeter illa vero, quae Cicero inter lumina posuit sententiarum, multa alia et idem Rutilius, Gorgiam secutus, non illum Leontinum, sed alium sui temporis, quinque quatuor libros in unum suum transtulit, et Celsus, videlicet Rutilio accedens, posuerunt schemata.* Sed quis ille Gorgias, et quando vixit? Quinctilianus ait, illum eadem, qua Rutilium, aetate vixisse. Itaque, cognita Rutilii aetate, Gorgiae quoque aetas simul cognoscetur. Atqui Rutilius, ut statim demonstrabimus, sub Augusto, vel certe sub Tiberio vixit. Relinquitur ergo, ut Gorgias sit Rhetor Atheniensis, Ciceronis filii in declamando magister, sed paulo post patris iussu ab eo dimissus. Cicero filius Tironi, ad Div. XVI. 21. sic scribit: *De Gorgia autem quod mihi scribis, erat quidem ille in quotidiana declamatione utilis: sed omnia postposui, dummodo praeceptis*
11 *patris parerem. Διαῤῥήδην enim scripserat, ut eum dimitterem statim: tergiversari nolui, ne mea nimia σπουδὴ suspectionem ei aliquam importaret. Deinde illud etiam mihi succurrebat, grave esse, me de iudicio patris dubitare.* Di-

Digitized by Google

missionis caussam, a Cicerone non commemoratam, explicat Plutarchus Cicero pag. 873. A. [cap. 24.] *Γοργίαν δὲ τὸν ῥήτορα αἰτιώμενος εἰς ἡδονὰς καὶ πότους προάγειν τὸ μειράκιον, ἐπελαύνει τῆς συνουσίας αὐτοῦ —— τὸν μὲν Γοργίαν αὐτοῦ προσηκόντως ἐπισκώπτοντος, εἴπερ ἦν φαῦλος καὶ ἀπόλαστος, ἥπερ ἐδόκει.* ubi pro *ἐπισκώπτοντος* scribendum est *ἐπικόπτοντος.* *) Nam Cicero non irrisit Gorgiam, sed reprehendit ob mores dissolutiores. Idem Gorgias etiam *Declamationes* scripsit, quas laudat Seneca Controv. I. 4. pag. 113. ubi N. Faber, non alium, nisi Rhetorem nostrum laudari, rectissime vidit. Eiusdem librum *περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων* citat Athenaeus XIII. pag. 587. A. 583. D. 596. F. Quanquam hic fortasse diversus a Rhetore putandus est. Tale enim argumentum Grammatici tractare solebant, Rhetores non item. Hactenus de Gorgia.

De Rutilii aetate non una est hominum eruditorum sententia. Frobenius in praefatione, quam Rhetoribus a se editis praemisit, et Glandorpius in Onomastico, illum Quinctiliani aetate floruisse dicunt. Sed utrumque deceptum esse mendosa lectione Quinctiliani III. 1. pag. 119. [§. 21.] statim ostendemus. Vossius de Histor. Graec. II. 13. eum sub Nerone ponit, additque, Callinicum Sophistam, qui, Suida teste, scripsit πρὸς Λούπον 12

*) Merito probaverunt hanc coniecturam Wyttenbach. in Select. Princ. Hist. pag. 433. et Coraës ad h. l. (cf. Doct. Hom. Commentar. in Plutarchi vitt. parall. Vol. I. pag. 122. et 207. ed. nostr.) neque ipsi nos dubitavimus in ordinem illam recipere. Idem fecerat Schaeferus, cuius ex adnotat. placuit haec transscribere: „ἐπικόπτειν h. l. non est, ut Coraës interpretatur, κωλύειν συνεῖναι „τῷ μειρακίῳ, sed *corripere*. Item Heynius fallitur ἐπικόπτειν eo„dem quo ἐπισκώπτειν sensu usurpari dicens ad Homeri Iliad. „Tom. VIII. pag. 570.“ Fr.

Digitized by Google

περὶ τῆς ἀκριβείας ἱστορίας, librum Lupi nostri filio inscripsisse. Verum sine ullo teste Rutilium Neroni aequalem facit, et in Calliinici aetate non leviter errat, ut accurate demonstravit Jensius de Scriptor. Hist. Philos. III. 14. pag. 285. Fuit tamen, etiam nos quoque in Vossii sententiam proniores essemus; cuius rei leve vestigium relictum est in annotatione nostra, pag. 62. Burmannus ad Quinctiliani III. 1. [§. 21.] pag. 219. in medio relinquit, Rutilius sit, an eius filius, ad quem Divi Fratres rescripserunt in *L. 6. D. de munev. et honor.* Sed dudum animadvertit Anton. Augustinus de Nomin. Pandect. pag. 264. Divos Fratres non potuisse rescribere ad Rutilium, qui a Quinctiliano laudetur. Rursus Burmannus ad procem. lib. VI. pag. 497. Rutilium eundem esse Rhetorem coniecit, eius filiam duxerit Quinctilianus. Quae coniecturae nullo negotio refelluntur. Nam primum quis Rutilium, quem Quinctilianus dudum antea vixisse significat, ad Antoninorum tempus deiiciat? Deinde non Rutilii, sed Tutilii filiam uxorem duxit Quinctilianus. Hicce Tutilii enim non solum Burmannum, sed alios etiam errorem phidcerit, breviter, quis fuerit, expliceamus.

Quinctiliani III. 1. [§. 21.] pag. 119. locus hic est: *Scripsit de eadem materia non parum Cornificius, aliqua Sportinius, non nihil pater Gallio; accuratius vero priores Gallione Celsus et Lenas, et aetatis nostrae Virginius, Plinius, Rutilius.* Qui locus si mendo careret, clarum esset, Rutilium Quinctiliani aetate vixisse. Enimvero Codices MSS. et editiones veteres, quas Burmannus et Gesnerus excusserunt, etiam MStus ex Hulstiana bibliotheca in Lendenem translatus, pro *Rutilius* magno con-

sensu legunt *Tutilius*. Verissime. *) Nam Rutilio nullus potest locus esse, ubi Rhetores, qui universam artem oratoriam complexi sint, recensentur. Commemorandus est inter eos, qui partem Rhetorices, tanquam de Schematibus, illustrarint. Atqui inter eos commemoratur IX. 3. [§. 89.] pag. 455. *Haec omnia copiosius sunt executi, qui non ut partem operis transcurrerunt, sed proprie libros huic operi dedicaverunt, sicut Caecilius, Dionysius, Rutilius, Cornificius, Visellius, aliique non pauci. Sed non minor erit eorum, qui vicerunt, gloria.* Quo loco simul observari debet, rursus Quinctilianum de Rutilio loqui, tanquam aetate sua superiore. Tutilius vero nobilis Quinctiliani tempore Rhetor fuit, qui quanta cum fama artem suam professus sit, intelligimus ex Martiale V. 56.

Cui credas, Lupe, filium magistro,
Quaeris sollicitus diu, rogasque.
Omnes Grammaticosque Rhetorasque
Devites, moneo: nihil sit illi
Cum libris Ciceronis, aut Maronis,
Famae Tutilium quae relinquat.

ubi P. Scriverius etiam in Quinctiliano *Tutilius* restituit pro *Rutilius*, cuius nullam rationem a novissimis huius Rhetoris Interpretibus habitam esse miror. Huius Tutilii filiam cum Quinctiliano matrimonio iunctam fuisse, viri docti probabili ratione colligunt ex Plinio, ita scribente Quinctiliano, VI. Ep. 32. *Quamvis et ipse sis continentissimus, et filiam tuam ita institueris, ut decebat filiam tuam Tutilii nepotem.* Quae loca tametsi in promtu fuerunt Dodwello Annal. Quinctil. §. 29. tamen non modo vitiosam Quinctiliani scripturam *Rutilius* ine- 14

*) Adsentitur Spaldingius ad Quinctiliani l. c. Fr.

pte defendit, sed inde etiam Plinium corrumpit, legere tentans, *Rutilii neptem*. C. Tutilii Hostiliam, philosophi Stoici, memoriam conservat lapis apud Muratorium Inscr. pag. MXLII. 1. Satis de Tutilio: ad Rutilium redeamus.

Confutatis aliorum de Rutilii aetate coniecturis, sequitur, ut sententiam nostram expromamus. Hic autem verum esse videmus, quod poeta ait, nos saepe fugientia captare, et in medio posita transvolare. Nam viri docti Rutilii aetatem coniecturis assequi conati sunt: ad Quinctiliani locum, qui, quando vixerit, plane et perspicue docet, animum non attenderunt. Quid, quaeso, sibi volunt illa verba iam supra laudata: *multa alia Celsus, videlicet Rutilio accedens, posuit schemata?* Quis dicitur *alteri accedere?* Nempe is, qui sententiam alterius sequitur, probat. Exempla sunt apud ipsum Quinctilianum, IX. 4. [§. 2.] pag. 457. *Itaque accedam in plerisque Ciceroni.* eod. libro pag. 482. [cap. 4. §. 132.] *Neque enim accesserim Celso.* Videndi eius Interpretes ad VI. 4. [§. 8.] Vellei. Paterc. I. 8. [§. 5.] *libenter enim his, qui ita probaverunt, accesserim.* Sic Davisius in Cicerone de Finib. I. 6. [§. 17.] legebat: *Epicurus Democrito accedit, perpauca mutans.* *) Iam si Celsus accessit Rutilio, necesse est, Rutilium prius dixisse sententiam, atque adeo Celsum aetate antecessisse. Atqui Celsum sub Tiberio et Claudio floruisse constat. Certum igitur est, Rutilium sub Augusto, vel Tiberio vixisse. Nihil hac ratione liquidius et verius. Nec desunt alia, quae hanc eius aetatem egre-

*) Vulgaris lectio haec est: *Democrito adiicit perpauca, mutans; sed ita, ut ea, quae corrigere vult, mihi quidem depravare videatur.* quam iure servavit Orellius. Fn.

gie confirment. Modo vidimus, eum a Quinctiliano Gorgiae aequalem vocari. Atqui Gorgias vixit sub Ciceronis senectutem, adolescentiamque Augusti. Alibi idem Quinctilianus, IX. 3. [§. 89.] pag. 455. illum medium ponit inter Caecilium, Dionysium, Cornificium, quos Augusti seculo floruisse scimus. Licet denique e scribendi genere, quod Rutilius secutus est, argumentum pro eius aetate capere. Nihil hic sophisticarum argutiarum, in quibus Seneca, Plinius, et quicunque eos consecuti sunt, sibi tantopere placuerunt. Omnia simplicem et naturalem pulcritudinem habent, similem Tullianae, cuius imitandae studium aliquot locis etiam deprehendimus. De stilo Rutiliano sic iudicat Barthius Advers. LV. 1. pag. 2515. *ea Latinitas, quae nequaquam vulgarem, sed aevo et eruditione vere Romanum scriptorem arguit.* Ceterum in antiquis et libris 16
et saxis permulti non modo *Rutilii Lupi*, sed etiam *Publii Rutilii Lupi* occurrunt, quos hic congerere nihil attinet. Apud Ciceronem frequens mentio est P. Rutilii Lupi, Tribunatu pl. et Praetura functi, et in bello civili partium Pompeianarum. Vide Manutium in Ep. ad Div. I. 1. Cuius filio si quis hunc libellum tribuere velit, etsi non intercedam, nihil tamen sine idoneo teste affirmem.

Rutilius, ut Quinctilianus ait, ex quatuor Gorgiae libris unum fecerat. Nunc in duos divisus reperitur. Ex quo dubitatio nata est N. Fabro ad Senec. Contr. I. 4. pag. 113. sintne libri duo, quos superstites habemus, Rutilii, etsi Quinctilianus meminit. Sed mox ipse hanc divisionem rectius adscribit librariis, quae etiam sententia est Fr. Robortelli de artif. dicend. pag. 19) et Vossii Inst. Orat. V. 2. pag. 232. et de Rhetor. nat. cap. 13. pag. 341. Sed Rutilius ex quatuor libris sic unum

Digitized by Google

fecit, ut illum eadem opera contraheret. Quod nos ipse docet II. 12. *quid interest, ... cognoscere potéris multo diligentius ex Graeco Gorgiae libro, ubi pluribus utriusque ratio redditur.* Rutilianae vero Epitomae multa deinceps detraxit sive magistrorum fastidium, sive iniuria temporum. Quantam illa iacturam fecerit, ex Quinctiliano intelligi potest, duodecim schemata laudante, IX. 2. [§. 103.] pag. 437. quorum nullum in exemplaribus nostris vestigium reperitur. Desunt etiam illa,
17 quae Quinctilianus l. c. pag. 455. [IX. 3. §. 65.] habet. *Incredibile est, quod divo, sed verum. ..... Aliquis hoc semel fulit, ego bis, ego ter.* quae sunt exempla *divinorum*. Item *Longius evectus sum, sed redeo ad propositum.* quod est exemplum διεξόδου. Quae quamvis sine Rutilii mentione laudentur, tamen ex eo sumta esse, bene vidit A. Schottus ad Seneca. Controv. I. 7. Negant etiam Robertellus l. c. Barthius ad Claudian. B. Gildon. 308. et Gesnerus in praef. editionis suae, hunc libellum integrum ad nos pervenisse. Barthii verba haec sunt: *Libenter eo scriptore utor: ponit enim aliquid egens lectas veterum sententias. Utinam integer legendus; quae enim habemus, excerpta sunt mera.* Quae verba adscripsimus, ut Barthii inconstantiam notaremus. Nam qui hic bene iudicat, multa libro deesse, Advers. XIII. 9. iactat, Rutilium *paucis pagellis omnium fere figurarum thesaurum reclusisse.*

Verbo hic refellenda est Is. Casauboni opinio, quam prodidit annotatione, a nobis ad pag. 194. relata. Scilicet vir summus existimasse videtur, Rutilium quidem Gorgiae praecepta oratoria vertisse, sed in exemplis adhibitum esse aliorum, quae tum fiebantur, versiones Latinas. De his versionibus

egregius est locus Quinctiliani X. 5. [§. 2.] pag. 521. *Vertere Graeca in Latinum veteres nostri oratores optimum iudicabant. Id se L. Crassus in illis Ciceronis de Oratore libris dicit factitasse. Id Cicero sua ipse persona frequentissime praecipit: quin etiam libros Platonis atque* 18
Xenophontis edidit hoc genere translatos. Id Messalae placuit: multaeque sunt ab eo scriptae ad hunc modum orationes: adeo ut etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis subtilitate contenderet. Quo loco lacuna est, quanquam manifesta, tamen a nemine animadversa. Quis enim Quinctilianum tam obliviosum credat, ut, ubi Graecorum Oratorum versiones recenset, exempli, quod in hoc genere perfectissimum fuit, oblitus sit, memoret Platonis et Xenophontis libros a Cicerone Latine redditos, omittat, quae memorari maxime debebant, Aeschinis Demosthenisque orationes contrarias, ab eodem de Graeco conversas? Iam etsi e Quinctiliano clarum est, Graecorum Oratorum Latinas versiones extitisse, recte tamen Barthius Advers. LV. 1. tum eiusdem Quinctiliani testimonio, tum stili aequabilitate docet, Rutilium nihil de illis versionibus cumsisse, sed mutu omnia Latina fecisse. Vertit autem Rutilius Graecorum Oratorum exempla, non ut interpres, sed ut Orator, nunquam verbum verbo reddens, nisi ubi vis schematis exprimenda 20
esset. Nec aliter Graeca convertit Cicero, aut Aquila Romanus Alexandrum Numenium, aut alii alios, de quorum in vertendo licentia disputat Iac. Perizonius Diss. de Dictye Cretens. §. 10. Cum igitur Rutilii Latina non tam verbis, quam sententia cum Graecis conveniant, fieri facile potuit, ut aliquot Lysiae et Demosthenis loca, quae Rutilius ob oculos habuerit, me inter legendum fallerent. 19

Digitized by Google

Superest, ut, quibus praesidiis instructi ad Rutilium recensendum accesserimus, breviter exponamus. Varietates lectionum e tribus MSS. integris, et unius parvo fragmento habuimus. Primus Codex est Bibliothecae Laurentianae Mediceae in charta seculo XIV. scriptus: alter eiusdem Bibliothecae in membrana seculo XV. Fragmentum est Bibliothecae Riccardianae, manu recentiore exaratum, quod non nisi novem prioris libri paragraphos continebat. Horum Codicum variantes quam potuit fieri accuratissime excerpsit Vir eruditissimus, qui cum maxime, literarum bono, Mediceas opes explicat, A. M. Bandinius. Tertii Codicis nescio cuius diversae lectiones notatae erant in margine editionis Rhenanianae, quarum mihi pro humanitate sua copiam fecit Vir celeberrimus, Abrahamus Gronovius. Enimvero non tantum boni ad Rutilium venit ex tribus Codicibus MSS. quantum ex tribus editionibus antiquis, quarum singulae cum ex diversis Codicibus ductae sint, pro totidem Codicibus haberi debent. Accidit enim, ut Rutilius uno eodemque fere tempore ter in lucem prodiret, et Editorum quisque, alterius consilium ignorans, primam se Rutilii editionem dare putaret. Primus tempore fuit Nicolaus Roscius Ferrariensis, valgo Zopinus, librarius Venetus, qui Rutilium cum Aquila Romano, e Codice, nuper, ut ait in dedi-
20 cationе ad Alphonsum, Ducem Estensem, e Gallia translato, protulit Venetiis 1519. 8. Titulus hic est: *P. Rutilius et Aquila Romanus, antiquissimi auctores. Alexander Perusinus ad lectores: Accipe, candidissime lector, hos libellos vere aureos. Quales sint, eorum brevitas demonstrabit. Hoc unum praeterire nolo, Quinctilianum, ubi agit de figuris, sine his auctoribus minime intelligi posse.* Biennio post Beatus Rhenanus, vir natus scriptori-

Digitized by Google

bus antiquis in lucem vindicandis, vel Ioannes Frobenius, Rutilium edidit cum Aquila Romano, Iulio Rufiniano, Sulpicio Victore, aliisque Rhetoribus, Basileae 1521. 4. Frobenius in praefatione ait, se Codicem, quem expressisset, vetustum illum quidem, sed prodigiosis mendis depravatum, a Beato Rhenano e Spirensi Bibliotheca accepisse. Vel sic tamen hanc editionem ceteris praeferendam esse, lectionibus inter se comparandis cognovi. Rhenani editionem repetiit Badius Ascensius Parisiis 1528. 4. quam Fabricius Bibl. Lat. Tom. I. pag. 799. confundit cum Stephaniana, de qua mox dicemus. Ascensianam Parisiis in Bibliotheca Regia vidimus, sed non excussimus, quod nullum dum consilium inieramus Rhetorum ornandorum. Meram vero repetitionem Rhenanianae esse, inde coniicimus, quod non solum iidem Rhetores, sed eodem etiam ordine, quo in illa sunt, exhibentur. Rhenanianam editionem excepit Aldina Venetiis 1523. forma maxima, quae praeter Rutilium et Aquilam habet Chirium 21
Fortunatianum, Prisciani exercitamenta, et rhetorica Aristotelis, Aphthonii, Georgii Trapezuntii etc. sed caret Iulio Rufiniano, quem Fabricius Bibl. Lat. Tom. III. pag. 755. per errorem scribit, illa contineri. Verum etsi tres primariae editiones e totidem Codicibus ductae sint, tamen, si res ex vero aestimetur, et ipsae, et tres Codices, quos paulo ante recensuimus, non nisi unius Codicis vim et auctoritatem habent. Nam omnes ex uno exemplo fluxisse, planissime apparet non solum ex consensu in locis depravatis, sed multo magis ex lacuna I. 6. pag. 21. quae in omnibus sine ulla varietate reperitur.

Adhuc Rutilius mendis quidem contaminatus prodierat, veruntamen ad librorum scriptorum fidem

Digitized by Google

expressus. Sed mox ex officina ea, qua nulla veteres libros religiosius tractare solebat, tam deformatus exit, ut Rutilium in Rutilio quaereres. Scilicet Robertus Stephanus Rutilium una cum Aquilii Romani et Iulii Rufiniani elegantissimis formis excudit Parisiis 1530. 4. (alia exempla praeferunt annum 1541.) Praefatio Stephani magnificam habet promissionem: *Usi amicorum opera, Rutilium ita restituendum curavimus, ut praeter duo loca integrum eum dare nos confidimus.* Verum quisquis tandem est, cui Stephanus editionis curam delegarit, non boni viri fide cum Stephano egit, sed ingenio et doctrina, qua hominem valuisse pluribus
22 documentis patet, abusus est ad Rutilium, eiusque comites, Aquilium et Rufinianum, foedissime lacerandos et interpolandos. Ea tam erat de R. Stephani cura, fide, religione opinio, ut nemo unus dubitaret, quin integer demum Rutilius ex eius officina prodisset. Itaque ex eo tempore omnes non aliud, nisi Stephani exemplar, quod emendatissimum putarent, sibi exprimendum sumserunt. Ex Stephaniano eodem Rhetores, vix verbo mutato, primus repetit Seb. Gryphius Lugduni 1536. 8. (alia exempla habent a. 1542.) Gryphianam editionem expressit Lovaniensis 1551. 8. Has editiones omnes nosmet ipsi vidimus, et diligenter inter se contulimus. Sed nulla nobis copia fuit Aldinae 1583. 8. et Argentoratensis 1589. 8. uni Fabricio memoratarum. De quibus tamen dubitabimus, dum nobis contigerit illas oculis usurpare. *)

Sub finem eius saeculi Franciscus Pithoeus Rutilium, et quotquot reperire potuit Rhetores mino-

*) Vid. Eberti Lex. Bibliograph. Tom. II. pag. 666. n. 19531. et 19532. Fr.

res, in unum volumen coniecit, prodiditque Parisiis 1599. 4. Auctor praefationis narrat, Pithoeum quidem Rhetores e vetustissimis optimisque Codd. innumeris locis auxisse et emendasse, sed typographos opus multis mendis inquinasse; immo autographa Pithoeana tam negligenter habuisse, ut inter eorum manus perierint. Quod de autographorum iactura dicit, in medio relinquo. Reliqua falso iactari, rebus ipsis deprehendi. Nam tantum abest, ut Pithoeus libris MSS. usus sit, ut ne veteres quidem editiones ad tres Rhetores, quos dicimus, castigandos adhibuerit, praeter Aldinam, cuius ope pauca meliora fecit. Si quid praeterea novae lectionis inductum est, non e libris venit, sed e coniectura. Vitiosam editionem esse, non negarim. Sed operae nihil aliud, nisi superiorum editionum vitia repetierunt. Pithoeus potius accusandus est, qui, cum in manibus haberet integrae fidei exemplaria, tamen operis exscribendam dederit editionem Stephanianam turpissime interpolatam. Basthius ad Claudian. de Nupt. Honor. et Mar. 21. Pithoeo fidem tribuit, qua etiam vitiosas librorum sacrorum lectiones expresserit: sed Advers. LI. 1. in eodem fidem desiderat, eiusque editionem sine notis et adiectis mutationum rationibus pro manca habet. Sic ille secum pugnare solet.

Multo meliorem Pithoeana Rhetorum editionem, si vita suppeditasset, daturus fuisset eximius ille Gronovianae disciplinae alumnus, Ioannes Schultingius, quem hoc consilium agitasse, Graevius scribit Heinsio, Syllog. Epistol. Tom. IV. pag. 46.

Ex eo tempore nemo extitit, qui in Rhetoribus castigandis aliquid studii poneret, ante Io. Matthiam Gesnerum, Germaniae decus, qui Rutilium, Aquilam et Rufinianum ex Pithoeana recensione sub-

iecit *Primis lineis artis oratoriae*, Ienae 1745. 8.*)
24 adspersis nonnullis emendationibus, quas in editionem nostram recepimus.

Novissime Argentorati 1756. 4. Rhetores Pithoeani repetiti sunt cum notis Claudii Capperonnerii, **) editionem curante Phil. Christiano Rangio, qui etiam editiones Rhenanianam et Aldinam, quanquam negligentius, contulit, et coniecturas in Rutilium et Aquilam, quas vir quidam egregie doctus in margine editionis Rhenan. notarat, adiecit.

Initio constitueramus uni Rutilio hanc operam navare. Nam Aquilam et Rufinianum, quos propter argumenti similitudinem Stephanus, Gesnerus, et alii Rutilio iunxerant, non satis dignos, qui cum eo iungerentur, iudicabamus. Verum cum cogitare coepissemus, utrumque parem cum Rutilio sortem in Stephaniana officina subiisse, mutato consilio, eos quoque ad antiquarum editionum fidem restituimus, Aquilam ad Venetam, Rhenanianam et Aldinam, Rufinianum ad solam Rhenanianam. In his recensendis nulla nobis a libris scriptis subsidia fuerunt; nec tanti videbatur, illa, cum nostra et amicorum molestia, conquirere.

Aquilam, diximus pag. 140. inferiorem esse tempore Antoninorum. Nunc addimus, eum superiorem esse aevo Constantini. Nam laudatur a

---

*) Libelli (ibid. 1753. 8. repetiti) inscriptio haec est: Io. Matthiae Gesneri primae lineae artis oratoriae, exercitationum ab eas instituendarum causa olim ductae et nunc passim auctae et emendatae. Accedunt Rutilii Lupi, Aquilae Romani, Iulii Rufiniani, rhetorum antiquorum, reliqua, ad Fr. Pithoei exemplar recensita, emendata et indice [figurarum] instructa. Fr.

**) Antiqui Rhetores Latini e Francisci Pithoei Bibliotheca olim editi. Recognovit, emendavit, notis auxit Claudius Capperonnerius. Fr.

Digitized by Google

Iulio Rufiniano, qui sub Constantino vixit. Itaque multum fallitur Iac. Nic. Loënsis Epiphyll. III. 16. qui eum credit Maecenatis esse libertum, Aquilam, 25
qui, tanquam *Notarum* auctor commemoratur a Dione Cass. LV. 7. et Isidoro Orig. I. 21. *Orthographiam* Aquilae laudat Cassiodorius *) de Orthograph. pag. 619.

Iulii Rufiniani mentionem nusquam invenimus, nisi in inscriptione veteri apud Maffeium Veron. illustrat. Part. I. pag. 360. n. XL. et Muratorium Inscr. pag. MXIX. 2. quae, quoniam et patris et filii memoriam praeclare illustrat, integra subiicienda videtur:

TATIANI
C. IVLIO RVFINIANO
ABLABIO TATIANO C. V. RVFI
NIANI ORATORIS FILIO FISCI PA
TRONO RATIONUM SVMMARVM
ADLECTO INTER CONSVLARES IVDI
CIO DIVI CONSTANTINI LEGATO PRO
VINCIAE ASIAE CORRECTORI TVSCIAE
ET VMBRIAE CONSVLARI AE
MILIAE ET LIGVRIAE PONTIFICI
VESTAE MATRIS ET IN COLLE
GIO PONTIFICVM PROMA
GISTRO SACERDOTI HER
CVLIS CONSVLARI CAM
PANIAE HVIC ORDO SPLEN
DIDISSIMVS ET POPVLVS
ABELLINATIVM OB INSIGNEM

*) Apud Friedemannum pag. 298. vs. 10. est *Cassiodorus*; sed fortassis Ruhnkenius Cassidorum, qui vulgo vocatur, dicere *Cassiodorium* maluit cum Scip. Maffeio, cuius vide praefat. ad *Cassiodorii Senatoris Complexiones in epist. et acta Apost. et apocalyps.* (Florent. 1721. 8.) pag. XXXXV. sq. Fr.

Digitized by Google

ERGA SE BENIVOLENTIAM ET RELIGIONEM ET INTEGRITATEM EIVS STATVAM CONLOCANDAM CENSVIT.

26 Ex hoc monumento Rufiniani cum aetatem, tum professionem intelligimus. *Orator* accipiendus est rhetor ex cadentis Latinitatis consuetudine. Tres Titiani rhetores *oratores* vocantur a Capitolino Maximin. Iun. 1. Cassiodor. de Instit. div. liter. 25. et in marmore apud Fabrett. pag. 208. et 700. Endelechius, qui et ipse rhetor fuit, *orator* in subscriptione, quam in Tacit. et Apulei Cod. Florentino reperit Pichena, in Apulei Cod. Vatic. Sirmondus ad Sidon. Apollin. IV. 8. Felix item *orator* in subscriptione Codd. Horatii, quam protulit Bentleius praef. ad Herat. pag. 6. Arusiani Messii *Elocutionum exempla* hunc titulum praeferunt: *Arusiani Messii V. C. Or. Comitis primi ordinis Quadriga* etc. ubi *Or.* non in *Gr.* mutandum, ut sit *Grammatici*, sed explicandum *Oratoris*, ut Donatus in titulo Scholiorum in Terentium dicitur *V. C. Orator Urbis Romae.* Ex Ictis huius significationis exempla dedit A. Augustinus ad Modestin. s. de Exeus. pag. 1571. Sunt quidem duo Ciceronis loci, Acad. I. 2. [§. 5.] et de Orat. III. 21. [§. 81.] ubi *orator* pro rhetore dicatur. Sed cum facilis in his vocibus librariorum lapsus fuerit, assentiar Zach. Pearcio, illa loca ad melioris aetatis normam castigati. Vide eundem ad I. de Orat. 62. *)

Reliqua huius marmoris, etsi non ad patrem Rufinianum, sed ad filium pertineant, tamen paucis emendare et illustrare nihil vetat. Prima vox

*) Pearcii rationem merito reiecerunt recentes editores. Vid. Goerenz. ad Acad. l. c. pag. 8, b. Ed.

Tamen tollenda videtur: quam quadratarius, per 27
errorem sculpens, reliquit, ne marmor deformaret.

Rationum summarum dicitur, qui *Rationalis summarum* in Notitia Dignitatum, et L. 7. Cod. Theodos. de iure fisci, Tom. III. pag. 413. ubi vid. Iac. Gothofredum. Sic servi, qui rationes summae rei curabant, simpliciter *summarum* dicuntur, ut *primarum* et *secundarum*, actores partium primarum et secundarum. Lapis apud Murator. pag. MCCCCLXXXVIII. 4.

PATROCLO SVMMARVM
VLPIVS PRISCVS
ANIMAE MERENTI.

Quem Genitivum exemplis illustrat Hagenbuchius Epist. Epigraph. pag. 523.

Consulari Aemiliae et Liguriae. Ex hoc loco emendanda est inscriptio utriusque Codicis, Theodosiani et Iustinianei. L. 1. Cod. Theod. de Vectigal. Tom. I. pag. 421. sic inscribitur: *Imp. Constantinus A. ad Iunium Rufinum, Consularem Aemiliae.* L. 4. Cod. Iust. eod. tit. *Imp. Constantinus A. ad Rufum*, vel, ut MSS. quidam, *ad Iulium.* Scribendum ex marmoris fide: *Imp. Constantinus A. ad Iulium Rufinianum.* et praeterea in Cod. Theod. plenius legendum: *Consularem Aemiliae et Liguriae.* praesertim cum Anianus etiam in exemplo suo legerit *et Liguriae*, probante Go- 28
thofredo.

Consulari Campaniae —— Populus Abellinatium. Ex L. 68. Cod. Theod. de Decurion. Tom. IV. pag. 442. etiam patet, Abellinatium civitatem fuisse sub Consulari Campaniae. Vide ibi Gothofredum.

Digitized by Google

Historia Critica Oratorum Graecorum, quam Rutilio praemisimus, quomodo nata sit, et quo consilio scripta, suo loco dicetur. Tu, Lector, his fruere, et vale.

Digitized by Google

ROBERTI STEPHANI 29

PRAEFATIO

Cum magnam orationi lucem afferre soleant habitus illi, et quasi figurae cum sententiarum, tum verborum, quae Graeci σχήματα vocant; eoque a Cicerone lumina orationis nominata sint: magno certe Dei beneficio factum esse iudico, ut authores hi, quos tibi nunc damus, nostra denique aetate sint in Germania inventi: qui de figuris ita tractant, ut nemo mea sententia neque brevius, neque elegantius. in primis Rutilius Lupus, Gorgiam secutus, non illum Leontinum, sed alium sui temporis, ut ait Quinctilianus. qui ita sententias Demosthenis, Lysiae, Lycurgi, aliorumque nobilium Graeciae oratorum Latine exprimit, ut Ciceronis aemulus fuisse, non solum imitator videatur. Enimvero egregius hic author ita corrupte editus adhuc erat, ut nemo esset, cum omnes tamen utilissimum, lectuque dignissimum iudicarent, qui eum discipulis suis interpretari auderet. Quod nos cum animadverteremus, usi amicorum opera, ita restituendum vobis curavimus, ut praeter duo loca, quae tamen asteriscis notavimus, integrum dare nos Rutilium confidamus. Quod ne nos fingere arbitreris, exemplo uno erimus contenti. 30
reliqua tu perlegendo libro, cumque ante impressis

Digitized by Google

conferendo facile cognosces. Igitur in schemate prosopopoeia, haec Hyperidis verba ita legebantur: *Quid si tandem, Iudices, hanc causam agemus? Atque ita divisit muliebrem personam, ut suum cuique opus atque officium distribueret. Ego hanc ostenderem, tui liberi ritu esse suo corpore ad lusum. Nemo vehementissime admiraretur, si quisquam non gratissimum munus arbitraretur. Virum se natum esse deprehendo* etc. Quae ut verba cum nostris confer: et mirabere tam difficili obiecto scopo quantumvis acrem coniecturam potuisse collimare. Vale.

Digitized by Google

PRAEFATIO

Cum primas lineas artis oratoriae olim a me ductas, et instituendis exercitationibus non inutiliter a me et aliis adhibitas, recudi ante aliquot annos opus esset, rogatus a Bibliopola eam, pinguiorem aliquanto reddere libellum mihi vellem. Ego vero hanc non ultimam (ultimam non solam!) eius dotem arbitratus, quod brevis est, et doctori facultatem rei inquit varie illum illustrandi: eam dotem minimam eiusdam non putavi.

Ne tamen non satisfacerem non reprehendendo Bibliopolae desiderio, auctor ei fui, ut adiungeret veteres libellos, seu excerpta potius Rutilii Lupi, Aquilae Romani, et Iulii Rufiniani, principum in illis Rhetoribus, quos *Franciscus Pithoeus* Parisiis MDXCIX. 4. publicavit. Quod volumen adeo hodie rarum est, ut paucissimis studiosorum vel videndi illius copia contingat. *) Mentur tamen triumvirorum, quos dixi, fragmenta, quae innotescant eloquentiae candidatis, si non propter praecipiendi subtilitatem, in qua re ipsi, et ipsi quoque capitales triumviri Cornificius, Tullius, Fabius, fa-

*) Haec causa est etiam, quod pluscula de his libellis nondum sunt relata in Lexica.

Digitized by Google

cile vincuntur a Vossio: certe propter exempla, quae
32 hic bene multa ex perditis postea notae bonae scriptoribus laudata, vel ab ipsis auctoribus e Graeco versa, excogitata denique, digna omnino sunt, quae familiaria fiant adolescentibus, et communi eruditorum usui pateant, cum ceteri in Pithoeani Bibliothecis queant sine detrimento relinqui.

Hos igitur libellos, vel saltem pretiosulas rhetorum antiquorum reliquias publicare tum visum est, non ut appendicem libelli mei, sed ut separatum, et illo nostro praestantius opusculum, quod tamen, qui vellent, una emere, circumferre una possent. Verum intercedere non potui, quo minus suum in ordinandis libellis consilium Bibliopola sequeretur.

Caeterum expressa est, quantum curare potui, Pithoeana lectio, illis exceptis locis, ubi manifestissimas quasdam mendas tolli aequum videbatur; in plerisque tamen potius emendandi rationem in margine indicavi. Numeros apponendos curavi, ut tanto commodius adhiberi et laudari possint hi libelli in posterum. Exemplorum sedes indicare ubique otium nostrum non ferebat. Factum illud tamen, quibusdam in locis, quae dubium quiddam aut difficultatem habere videbantur. In aliis turpe non putavi fateri, si quid non assequerer: quam rationem si semper tenerent, qui libros antiquos edunt, ipsa illa professione literis prodessent, vel consolandis, qui sibi displicent, cum quaedam non intelligunt, vel aliorum studio ad conandum aemulationis stimulis accendendo. Scr. Gotting. a. d. XXVIII. Mart. MDCCXLV. Retractab. XX. Apr. MDCCLIII.

Digitized by Google

DAVIDIS RUHNKENII

HISTORIA

CRITICA

ORATORUM GRAECORUM

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA CRITICA ORATORUM GRAECORUM *)

Pag. 35. edit. Lugd.

Saepe et ipse miratus eram, et alios arbitror miratos, quid sit, quare Gorgias, cuius librum e Graeco vertit Rutilius, in summa exemplorum, quae decem Oratores Attici suppeditabant, copia, tamen permulta sumserit a Pythea, Demochare, Hegesia,

*) Auroclum hunc Davidis Ruhnkenii libellum, qui in tanta brevitate tantis excellit elegantiae pariter atque eruditionis laudibus, tanquam singulare operis sui ornamentum repetiit Reiskius Orator. Graec. Vol. VIII. pag. 121 — 173. addidit (a pag. 173. med. — 188.) praeter brevem disputationem de duabus emendationibus Ruhnkenii (vid. infra pag. 61. et 81. ed. Lugd.) ac pauculas quasdam et laviculas, ut ipse vocat, animadversiones (quae pag. 190. subiecit indici oratorum in Hist. Crit. commemoratorum) illis ad Rutilium adnotationibus, quarum argumentum cum Historia Critica esset coniunctum. Idem fecit Bergmanus, Ruhnkenianorum opusculorum clarissimus editor, et qui eum sequutus est Friedemannus. „Sed hoc interest," inquit Bergmanus (in praefat. ad Ruhnk. Opusc. pag. XXVIII.) „quod, quas Reiskius in suo deinceps posuerat, eas nos, Lectorum commodo, in ipsa Historia Critica ad „suum quasque locum retulimus. Quod quoniam subinde sine levi „verborum immutatione fieri non poterat, de eo sane loco universe „monuimus; et, ne quisquam inde reprehendendi ansam capiat, „aut conceat, nos in alieno opere nimiam nobis licentiam sumsisse, „singularum mutationum in Addendis rationem reddere statuimus." Ceterum Friedemannus *Historiam Criticam* exhibet Ruhnk. Opusc. Vol. I. pag. 285 — 373., Tom. I. pag. 310 — 392. Bergmanus, cuius viri adnotationes huc transcribendas putavimus. Fr.

Digitized by Google

aliis, quos ceteri Rhetores vel negligebant, vel imitandos esse negabant. Cuius instituti caussas cum diligentius quaererem, digua mihi res visa est, quae paullo altius repeteretur. Atque ita nata est Ora-
86 torum Graecorum historia: in qua conscribenda hanc mihi legem dixi, ut, quorum memoriam Meursius, Fabricius et Taylorus satis illustrassent, eos verbo tantum, propter historiae seriem, attingerem, quorum historia parum explicata videretur, in iis ornandis diligentius versarer. Nemo tamen putet, hic omnes Graeciae Oratores recenseri. Nam ex mille, quos ante se fuisse dicit Demosthenes de Coron. pag. 555. [pag. 301. Rsk. 269, 219. Bekker.] aliisque Demosthenem consecutis, tanquam florem, delibavimus eos, quos, satis constat, aliquid literis mandasse, et apud posteros Oratorum laudem tenuisse. Haec autem historia multo et uberior et accuratior futura esset, si Theopompi excarpsa, quem, teste Athenaeo IV. pag. 166. D. in decimo historiae Philippicae περὶ τῶν Ἀθήνῃσι δημαγωγῶν fecerat, ad nos pervenisset. Nunc, quod ille unus copiose tradiderat, per scriptores multos tenuibus vestigiis quaerendum fuit. In variis autem Oratorum aetatibus constituendis ducem secuti sumus Ciceronem in Bruto 7. seqq. et de Orat. II. 22. 23. audemusque hanc historiam Ciceronis studiosis, tanquam iustum in illa loca commentarium, commendare.

Vera eloquentia ita propria est Athenarum, ut nullam Graeciae civitatem in illius gloriae societatem admittant. Cicero Brut. 13. *Hoc autem studium non erat commune Graeciae, sed proprium*
87 *Athenarum. Quis enim aut Argivum oratorem, aut Corinthium, aut Thebanum scit fuisse temporibus illis? —— Lacedaemonium vero usque ad hoc tempus audivi fuisse neminem.* Quem locum

ob nitulos habuit Velleius Paterc. I. 18. *Una urbs Attica pluribus annis eloquentiae, quam universa Graecia, operibusque floruit, atque ut temporis gentis illius separata sit in alias civitates, ingenia vero solis Athenienses muris clausa exstiterunt. Neque ego hoc magis miratus sum, quam neminem Argivum, Thebanum, Lacedaemonium oratorem, aut dum vivit auctoritate, aut post mortem memoria dignum existimatum.* Sic habet unicum illud exemplar Murbacense, quod prolatum Velleius est. Sed eius editores, Elzevir. Burmannus, non pro ratione sua religione, Lipsii coniecturam in textum invexerunt: *Una urbs Attica pluribus annis eloquentia, quam universa Graecia, uberisque floruit.* Noli dubitare, quin Velleius scripserit: *Una urbs Attica pluribus annis eloquentiae, quam universa Graecia, operibus efflorui.* *) *Samam eloquentiam* opponit corruptae Asiaticorum, ut Cicero Brut. 51. *sta peregrinata tota Asia est, ut se externis illinerent moribus, omnemque illam Atticae dictionis quasi sanitatem perderet.* ubi Lambinus MSti auctoritate bene expungit glossam *salubritatem*, quicquid dicat membranarum *marum* mancipium, Gruterus. Mox Cicero: *Rhodii saniores et Attici similiores.* Idem de opt. gen. dic. 3. *imitemur illos potius, qui incorrupta sanitate sunt, quod est proprium Atticorum, quam eos, quorum vitiosa abundantia est, quales Asiaticos, tulit.* Auctor Dialog. de Oratore 26. *omnes tamen eandem sanitatem eloquentiae servant.* Vid. Interprett. ad Petron. 2. Vigavit Athenis eloquen-

*) Emendationem suam postea probavit Rahnkenius in editione Velleii Paterculi. Quid de ea ipse fateretur, operae pretium est legere in ipsius Vita a Cl. Wyttenbachio conscripta, pag. 221. Burgman.

sit circiter centum et quinquaginta annis, et, facta populi libertate, ipsa quoque concidit, libertatis tutela et alumna. Ex eo tempore eius studium invasit populos per Asiam, Rhodios item, et aliarum insularum cives: unde extitit discrimen Oratorum Asianorum, Rhodiorum et Atticorum, de quo vide Ciceronem Brut. l. c. et Quinctilian. XII. 10. pag. [ed. Gesner.] 623. [§. 16. sqq.]

Prima eloquentiae aetas fuit sub Themistocle, Cimone, Pericle, Alcibiade, Thucydide. Cicero Brut. 7. de Orat. II. 23. Quam aetatem, fuerunt, qui non ordine tantum, sed etiam excellentia primam existimarent. Plutarchus Demosthenem ait in eius Vita pag. 852. B. [cap. 13.] dignum esse, qui reponatur *οὐκ ἐν τῷ κατὰ Μιλτιάδην καὶ Πολύευκτον καὶ Ὑπερίδην ἀριθμῷ τῶν ῥητόρων, ἀλλ' ἄνω μετὰ Κίμωνος καὶ Θουκυδίδου καὶ Περικλέους.* Themistoclem et Cimonem nihil literarum monumentis mandasse, satis constat. Pericles et Alcibiades num quid scriptum reliquerint, dubitatur. Cicero altero loco dicit, utriusque scripta constare, altero, *Periclis quaedam scripta fervi.* At Plutarchus in Pericle pag. 156. D. [cap. 8.] et Pseudo-
39 Plutarchus de Vit. X Orat. pag. 832. D. quicquam a Pericle scriptum esse negant. Equidem accessorim Quinctiliano, quicquid sub Periclis nomine venditatum est, commentitium iudicanti, III. 1. pag. 118. [§. 12. ubi cf. Spald.] De Alcibiade vero Pseudo-Plutarchus l. c. cum Cicerone sentit, eique scriptas orationes tribuit. Sed de his quoque idem, quod de Periclis, dicendum. Nec aliter iudicarunt veteres dicendi magistri, tanquam Sopater Prolegomenis in Aristidem: *Τρεῖς φοραὶ ῥητόρων γεγόνασιν· ὧν ἡ μὲν πρώτη ἀγραφος ἔλαμπε, ἧς ἐστι Θεμιστοκλῆς, καὶ Περικλῆς, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους ῥήτορες.* Alcibiadi multi scriptores eloquentiae lau-

Digitized by Google

dem tribuunt, quae hinc oratorum princeps, Demosthenes adv. Mid. pag. 139. [pag. 561. Reik. 595. 145. Bekker.] καὶ λέγειν ἐδόκει πάντων, ὡς φασιν, εἶναι δεινότατος. ubi tamen observa illud ὡς φασιν, quod additum non fuisset, si de eius in dicendo facilitate e scriptis orationibus existimare potuisset. *) Theophrastus apud Plutarch. Polit. praec. pag. 804. A. narrat, Alcibiadem, dum in ornando verba et structuras elegantiores quaerebat, aliquando hacitasse. Nec tamen versus Eupolidis, mistos a Plutarcho in Alcibiad. pag. 196. E. [cap. 13.] et Gellio l. 15. ἀμαθὴς ἄρτιος, εὐδυναστόλογος λέγειν, de Alcibiade accipiendus erat ab H. Stephano Thes. L. Gr. v. ἀμαθής, et P. Wesselingio ad Diodor. Sic. Tom. I. pag. 595. sed de Phaeace, oratore, ut Plutarchi contextus facile docet. Thucydidem Cicero inter oratores refert propter orationes historiae intextas. Male Simsonus Chron. ed. a. 3534. et Fabricius Bibl. Gr. Vol. V. 40 pag. 834. intelligunt Thucydidem, Melesiae F. Periclis in republica gerenda adversarium. **) quem quis usquam retulit in numerum Oratorum? ***)

*) Hic illud ὡς φασιν quod nos dicimus, wie wir hören, wie man behauptet wird, nam, wie man sagt, si narratur de rebus vel certissimis in *fama minime obscura*, non de iis, quae a nonnullis sive paucis traduntur. De iis Graece est φασὶν ἔνιοι, φασί τινες. Eadem ratio est Latinorum verborum *dicunt*, *ferunt*, *tradunt*, *perhibent*. Vid. Schaef. ad Demosth. Tom. III. pag. 295. Similiterque dic. de λόγος, de quo dixit idem Tom. IV. pag. 61. Fr.

**) Vit. Plutarch. Pericl. capp. 6. 8. 11. 14. Nicia cap. 2. Caetanus Thucydides hunc (τὸν Μελησίου) Ruhnkenius recte vocat *Melesiae* filium. Alii perperam faciunt *Milesium*, i. e. Mileto oriundum, alii *Milesiae* vel *Milesii* filium. Sed quemadmodum apud Platonem in Lach. recte scriptum est *Μελησίας* (cf. Menon. pag. 81. C.) et in Theag. pag. 130. A. HSt. *Θουκυδίδην τὸν Μελησίου* vide, ita apud Plutarchum Pericl. cap. 8. *Θουκυδίδου τοῦ Μελησίου* atque in Nicia l. l. *Θουκυδίδης ὁ Μελησίου* restituendum est. Fr.

***) Schol. in Aristoph. Vesp. 382. (341.) Θουκυδίδης Μιλησίου υἱὸς Περικλεῖ ἀντικοπτόμενος. τέσσαρες δέ εἰσι Θουκυ-

Thucydidi, Periclis et Alcibiadi suppar, inter Nicias, quem Oratorum catalogo inseruit Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV. pag. 485. laudans Clementem Alexandr. Strom. VI. pag. 748. *Νικίας ἐν τῷ πρὸς Λυσίαν ὑπὲρ καταλυσιστήρου*. *Ἐὰν μὲν παρουσιαστὴν καὶ πηνικαυτίαν τῶν ἀνθρώπων ὁρᾶν, ὁ ἄνδρες δικασταί.* Enimvero Nicias non eloquentia, sed opibus et fortunis sibi vitae ad honorem mutuivisse docet Plutarchus in eius Vita pag. 524. D. [cap. 3.] Itaque ille ex Oratorum catalogis expungendus, et in Clemente nomen hic transponendum *Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Νικίαν ὑπὲρ καταλυσιστήρου*. Quae ex hac oratione citantur, etiam occurrunt in Lysiae Or. de Aristophanis bonis pag. 331. [pag. 399. 2. Bekker.] Vide Taylorum ad Aeschin. adv. Ctesiphont. init.

Hos Oratores, ut Cicero ait, *conquisivi sunt Critias, Theramenes, Lysias, Carmantidas, Tyrannis*, latis nota historia. Tyrannis unus deliberativi generis valdisse scribit Auctor Prolegomenorum in Aphthonium, Bibl. Gr. pag. 59. quem Langbaenius ad Longin. pag. 17. [pag. 41.] secutus, Troilum Sophistam vocat. Hunc autem puto de Theramene non ex scriptis orationibus iudicasse, sed tantum audivisse, ut de se fatetur Cicero. *Declamationes*, et alia rhetorica a Theramene scripta dicit Suidas in Quae omnia recentioribus Sophistis ficta videntur. Recte enim Quinctilianus II. 4. pag. 76. [§. 41.] *Fictae ad imitationem fori consiliorumque materiae apud*

διδαν Ἀθηναῖοι ὁ λεγομενος φάσκων, ἀλλ' ἐκ τῆς τριβῆς καὶ τῆς ἐμπειρίας ὃν ἐπιστάμενος ἐν τῷ δικάζειν οὐκ ἠδυνήθη ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσον ἐπιστρεφόμενος, ἰσχυρὰ γλῶττα καὶ οὕτω κατεδικάσθη, εἶτα ἐξεπατρίσθη. Fr.

Graecos dixerit, circa Demetrium Phalereum instituimus, fere constitit. Plura de Theramene Gr. Taylorus in Lysiae VI. pag. 44. Sed hic Cicero, saltem fallens in Theramene, ad Lysiam, plures omittit, quorum peritiam illustrium sed memoria, ut Abramonium Ruhnkenius, (*) partim obscura et in vetustatis tenebris latens, Lysiae aetatem qui praecesserint, vel attigerint, fere hi sunt:

Cephalus. De eo Suidas ita: Κέφαλος, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ καὶ Θεμιστοκλέους ἑταῖρος, ὃς πρῶτος προοίμια καὶ ἐπιλόγους συνέθετο. γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς ὀγδοηκοστῆς ὀλυμπιάδος. ἔσχε θυγατέρα τὴν Ὀλύνθιον. Hunc Olympi in matrimonium collocatam esse, et Philochoro subit Harpocration v. Ὀλύνθιον. Cephalum, ut virum probum, patriae amantem, et ad civitatem quam bonis partibus peperisset, excellentem, laudant Andocides de Myster. pag. 19. [pag. 126, 150. Bekker.] Demosthenes de Cor. pag. 555. [pag. 305. Bsk. 269, 219. Bekker.] et Dinarchus adv. Demosth. pag. 35. [pag. 157, 38. Bekker.] Itaque facile credam Scholiastae Aristophan. Eccles. 248. alium esse, quem ibi Comicus perstringit. Morum integritatis tantam fiduciam Cephalus habuit, ut, narrante Aeschine adv. Ctesiph. pag. 440. [pag. 448, 194. Bekker.] ausus sit cum Aristophonte Azenieo contendere, uter aetatem egerit honestius. Recentior, nec orator, sed dicendi magister, vel Sophista videtur Cephalus ille, cuius ὑπόμνημα Λαγίου πρὸς ἑταίρους laudat Athenaeus XIII. pag. 592. C. Neque enim Oratores illi veteres in iudicris argumentis uti solebant. Scimus quidem, Hele-

(*) De qua videtur peculiaris Ruhnkenii Disputatio, supra, harum Opusc. pag. 142 — 182. [apud Friedemann. Vol. I. pag. 140 — 175.] in qua nonnulla etiam de Theramene leguntur pag. 165. [pag. Friedem. 160. sq.] Bmchian.

nam ab Isocrate esse laudatam. Sed Isocrates non tam Orator, quam Sophista fuit. Reliqua de Cephalo habet Taylorus in Lysiae Vit. pag. 131.

Archinus, ex Coele, Thrasybuli in libertate vindicanda adiutor. Eunchemen eius oratione laudat Plato Menex. pag. 492. A. [pag. 234. HS.] ex qua multa in Panegyricum suum derivavit Isocrates, teste Photio Cod. CCXII. pag. 1459. Ex eadem oratione sumtum videtur, quod citat Clemens Alex. Strom. VI. pag. 749. Πόσον μὲν ἀνθρώποις ὠφέλεσιν ἀποθανεῖν ἢ πρότερον ἢ νῦν ἔστερον. Archini nomen restituendum Suidae Ἰσοκράτης — διδάσκαλος δὲ Γοργίας. οἱ δὲ Τισίαν φασὶν, οἱ δὲ, Ἀρχῖνον. Repone Ἀρχῖνον. Cetera, quae de hoc Oratore dici possent, occuparunt Valesius ad Harpocrat. pag. 253. et Taylorus in Lysiae Vit. pag. 51. Ἀρχίνους vocatur a Pseudo-Plutarcho Vit. X. Orat. pag. 832. D. et Suida v. Σαμίων. Sed Taylorus l. c. et Lect. Lysiac. cap. VII. malit Ἀρχῖνος. Minus recte. Nam in his nominibus triplex forma usitata, Ἀρχίλιος, Ἀρχίνους, Ἀρχῖνος. Sic Euthynous Cicero Tusc. Disp. I. 48. Euthynus alii. Ἀλφῖνος et Ἀλφίνους promiscue Pseudo-Plutarchus l. c. pag. 848. B. et 849. B. Ἀρτίνους et Ἀρτῖνος Pausan. pag. 617.

43 618. Πανίνους Isocrates et Harpocrat. Πανῖνος Suid. *Callinus*, elegiaci carminis auctor, a Terentiano Mauro de Metr. pag. 2421. *Callinous* dicitur, non metri necessitate, ut quidam scripserunt, sed quod haec etiam forma usitata esset. Nam et in soluta oratione *Callinous* vocat Marius Victorinus Art. Gramm. III. pag. 2555. *Alcinus* et *Alcinous* promiscue passim. Vide Dukerum ad Thucyd. III. 70. Haec contractio Graecis etiam placuit in nominibus appellativis. Hesychius: Κακόνος. κακονοῶν. Idem: Λαμῖνος. ἄφρων, ἠλλοιωμένος.

Quamquam intelligo, non magnam in talibus esse Hesychii auctoritatem. Numero quidem plurali κόνοι et σύνοι Attico dixisse, docet Marklandus V. C. ad Lysiae Orat. XVIII. pag. 578.

Andocides, Pittheusis, acer status popularis vindex, et Alcibiadis adversarius, de quo inculcatus locus est Thucydidis VIII. 65. Produxit testes, qui Alcibiadem Hermarum mutilatorum accusarent. Plutarch. Alcibiad. pag. 200. D. [cap. 19.] Eius etiam mentio apud Andocidem de Myster. pag. 4. [pag. 23, 27. Bekker.] Laudatur ab Aristotele Rhetor. II. pag. 500.

Sophocles, diversus a Tragico, unus ex Προβούλοις, sive Decemviris, qui ante Quadringentos orti sunt cum summa potestate legibus scribendis. Vid. Aristotel. Rhet. III. pag. 448. et Valcn. ad Harpocrat. pag. 181. Eundem esse puto, qui inter XXX Tyrannos commemoratur a Xenophonte Hellen. II. pag. 461. B. [cap. 3. §. 2.] Eius orationem *pro Euctemone* laudat Aristoteles Rhetor. I. pag. 246.

Cleophon, turbulentus demagogus, et similis Hyperbolo et Cleoni, quibuscum saepe iungitur. Cicero de Republica, [IV. 10.] apud Augustin. de C. D. II. 9. *Quem illa* (Comoedia) *non attigit, vel potius quem non vexavit? cui pepercit? Esto: populares homines, improbos in republica, seditiosos, Clemenem, Cleophontem, Hyperbolum laesit.* Plutarchus Polit. praec. pag. 805. C. φαῦλον ἄνθρωπον, ἀπονοίᾳ δὲ καὶ δεινότητι πεποιημένον ὑφ' αὑτῷ τὴν πόλιν, οἷος ἦν Κλέων Ἀθήνησι καὶ Κλεοφῶν. Repone Κλεοφῶν. Aristides Platon. II. pag. 176. φαίνειν, ἐνδεικνῦναι, δημεύειν, ὥσπερ Κλέωνα, καὶ Κλεοφῶντα, καὶ Ὑπέρβολον. Alia loca, in quibus iidem demagogi iungantur, indicat magnus Hemsterhusius ad Lucian. Timon. pag. 145. Cleophon-

Digitized by Google

tem in transcursu exagitat Aristophanes Ran. 996. seqq. sed Plato integra Comoedia, quae *Cleophontis* nomine inscripta erat, eius improbitatem notavit. Eam, praeter alios multos, laudat Grammaticus Sangermanensis MS. [vid. Bekkeri Anecd. Gr. Tom. I. pag. 79, 20.] *ἀμγύρια, πληθυντικῶς, ἐπιχώριος. Πλάτων Κλεοφῶντι* et Lexicon Sangermanense MS. [vid. Bekkeri Anecd. Gr. Tom. I. pag. 418, 15.] *Ἀλκιβιάδου παῖδε 908 κωμικοῦ ἐκ τοῦ Πλατωνίου. Πλάτων Κλεοφῶντι. Ἀλλ' οὐκ ἀκριβεῖ καὶ ἀκόρεστοι ἀκόρεστοι φάσκουσι.* Sed et Tragicus Euripides eum perstrinxisse creditur Orest. 902 sqq. [891 Matth.] Scholiastes ita: *Θέλεν εἰπεῖν Ἀθηναῖον ὄντα Ἀθηναῖον, ὄντα πολίτην, ἀλλὰ πόθεν πολίτην, πρὸς τὸν Θρᾶξ ὄν, ἐν Ἀλφεσιβοίᾳ ὁ Κλεοφῶν.* ubi Palmerius Exercit. in Auct. Gr. pag. 778. insuficiter conficit *Ἀδουήλτου*, non videns, *ἐν Δίκτῳ* vitiosam esse scripturam nominis *Κλεοφῶν*, atque adeo illam sanandam. Cleophontis orationem *adversus Cristiam* laudat Aristoteles Rhetor. I. pag. 54. Plura Perizon. ad Aelian. V. H. XII. 43. Wesseling. ad Diodor. Sicul. XIII. pag. 583. et Taylorus in Dysiae Vit. pag. 43.*)

Aristophontes. Tres Aristophontes in horum temporum monumentis occurrunt. Quos cum vidissemus, Is. Casaubonus ad Theophrast. Char. 8. confuderit, et P. Burmannus, eos distinguere conatus, ad Quintilian. V. 12. pag. 452. nihil expedierit, age, quomodo discernendi sint, breviter doceamus. Primus est Azeniensis, a Quadringentis legatus ad Lacedaemonios missus Olymp. XCII. 1.

*) Interfectum eum esse seditione et factione eorum qui, post cladem ad Aegospotamos, urbem Lysandro dedere studebant, diserte narrat Lysias adv. Agoratum pag. 236. monente Cl. Wytenbachio ad Select. Princ. Hist. Gr. pag. 399. [ed. 3. Lugd.] Burman.

Thucydid. VIII. 86. Idem Archonte Euclide Olymp. XCIV. 1. legem scripsit, ne quis civis haberetur, nisi qui matre libera natus esset. Carystius apud Athen. XIII. pag. 577. B. Perizon. ad Aelian. V. H. XIV. 6. Taylor. in Lysiae Vit. pag. 55. et Corsinus Fast. Att. Tom. III. pag. 275. Iphicratem et Timotheum proditionis accusavit, ex quo intelligitur, eum vitam ultra Olymp. CVI. 1. extendisse. Dinarchus adv. Demosth. pag. 92. [pag. 150, 14. Bekker.] adv. Philocl. pag. 110. [pag. 190, 17. Bekker.] Plutarch. de Exil. pag. 605. E. Polit. praec. pag. 801. F. et Cel. Wesseling. ad Diodor. Sicul. XVI. pag. 98. Inter viros eloquentissimos refertur 46
a Demosthene adv. Leptin. pag. 55. [pag. 501. Rsk. 453, 146. Bekker.] ubi Taylorus reliqua Demosthenis et Aeschinis loca, quae ad eum pertineant, collegit.*) Ex more Atheniensium, quo filius avi nomen gerebat, coniicere licet, Aristophontis patrem fuisse Demostratum, oratorem, quem memorat Plutarchus Alcibiad. pag. 200. B. [cap. 18.] et Nicia pag. 531. D. [cap. 12.] filium Aristophontis, Demostratum, cuius mentionem facit Xenophon Hellen. VI. pag. 590. B. [cap. 3. §. 2.] —— Alter Aristophon, quem cum Azeniensi confundit Ulpian. in Demosthen. de Cor. pag. 580. Colyttensis, orator et ipse, quo senescente florere incepit Demosthenes. Pseudo-Plutarchus l. c. pag. 844. D. et Libanius Tom. I. pag. 436. C. Crebra eius mentio apud Demosthenem, tanquam de fals. leg. pag. 217. [pag. 436. Rsk. 396, 297. Bekker.] de Coron. pag. 494. [pag. 248. Rsk. 221, 70. Bekker.] adv. Timocrat. pag. 368. [pag. 703. Rsk. 6, 11. Bekker.] et aliis locis. Scribae munere apud eum functus est

*) Cfr. F. A. Wolfius pag. 367. ap. Schaef. Apparat. Crit. Tom. III. pag. 870. sq. Fr.

Digitized by Google

Aeschines, teste Anonymo scriptore Vitae Aeschinis. Quanta hominis potentia in republica fuerit, cognosci potest ex fragmento, quod ex Hyperidis adversus eum oratione affert Scholiastes Platonis inditus [in Theag. pag. 384. ed. Bekker.]: *Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοφῶντος· Οἶδα γὰρ αὐτῷ δεδομένην ἄδειαν καὶ πράττειν καὶ γράφειν, ὅ τι ἂν ἐμβρονῶν βούληται.* Eandem orationem citant Pollux VII. 11. et Grammaticus Sangermanensis MS. [vid. Bekkeri Anecd. Gr. Tom. I. pag. 108, 1.] *Μοιχίδιον, τὸ ἐκ μοιχοῦ γεγεννημένον. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοφῶντος.* —— Tertius Aristophon est Archon Eponymus Olymp. CXII. 2. Vide Diodor. Sical. XVII. pag. 208. et ibi Wesseling. item Cousin.
47 Fast. Att. Tom. IV. pag. 44. Hunc a Colyttensi diversum esse, clarum est ex Demosthene de Coron. pag. 531. [pag. 281. Rsk. 251, 161. Bekker.] ubi Colyttensem mortuum dicit. At hic illum ipsum annum, quo habita est oratio *de Corona*, suo nomine signabat. Erunt fortasse, qui Archontem etiam in Oratorum numero ponant, secuti Theophrastum Char. 8. *προσδιηρήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπὶ Ἀριστοφῶντος ποτὲ γενομένην τοῦ ῥήτορος μάχην.* Verum, nisi aliis testimoniis confirmetur, Archontem Oratorem fuisse, potius in hanc partem inclinem, ut vocem *ῥήτορος* ab iis, qui Archontem cum Oratoribus confunderent, temere intrusam putem.

Andocides et Phaeax. Horum Oratorum historiam, ob causas, mox intelligendas, coniungamus. Sed ante quaedam removenda sunt, quae efficere huic disputationi, et vim eius minuere possent. Extant Vitae X Oratorum, quas, qui ex Lampriae catalogo librorum Plutarcheorum didicerant, Plutarchum eiusdem argumenti librum scripsisse, re non explorata, Plutarchi nomine proscripserunt. Nam librum, qui nunc superest, non esse a Plutarcho

Digitized by Google

scriptura, tam crebrum et perspicuum est, ut Iomius de Scripter. H. Ph. III. 6. pag. 224. eius rei demonstrationem supersedere potuisset. Hunc librum, multis mutatis, multis adiectis, plerisque aptius dispositis, ut opus suum, in Bibliothecam intulit Photius, Cod. CCLIX. et seqq. At qualis tandem liber est? Plenum fraudis, mendaciorum, errorum dicit Taylorus Lect. Lysiae V. et VI. ad Demosthen. adv. Midiam init. et ad Aeschinem adv. Ctesiph. init. tot convicia congessit in libri scriptorem, ut cupiditas quaedam, quae a tali re procul removenda erat, facile animadvertatur. Ego vero, hec scriptore saepe multumque tractando, cognovi, cognitumque confirmo, nec, quamvis quaerentem, quae in malae fidei suspitionem vocarem, ne levissimum quidem fraudis vestigium reperisse. Itaque huic scriptori summam fidem tribuo, summum veri studium. Sed idem fateor, mediocrem in eo iudicandi facultatem fuisse. Nam ejusdem nominis scriptores saepe confundit, ut in Vita Antiphontis: quanquam ille error ei communis est cum Philostrato. Cumque omnia tam perturbate scripta sint, nihil ut suo loco dicatur, verissimum puto, quod dudum suspicatus sum, mera esse Excerpta, nullo vel ordine, vel delectu facta, ex Hermippo, Caecilio, Dionysio Halicarnassensi, qui saepe laudantur, aliisque deperditis Vitarum scriptoribus. Taylorus, studiose rerum ordine, qui apud Photium est, inductus, Photium libri auctorem esse credit, Plutarchum nihil nisi Photiana compilasse, et erroribus auxisse. Quod sane miror, non dicam Taylero, recti iudicii et praestantis doctrinae viro, sed vel mediocriter docto, in mentem venire potuisse. Nam primum omnia sunt pleniora et exquisitiora apud Plutarchum, ut facile videbit, qui eas v. c. in Lycurgo ubertatem cum Photiana ieiunitate contulerit: multa etiam veterum scriptorum

48

49

Digitized by Google

testimoniis confirmata, quae Photius, ut fastidio seculi, quo vivebat, occurreret, praetermisit. Deinde Plutarchea certum habent vetustatis indicium, quippe in quibus nullus scriptor, qui Dionysio Halicarnassensi posterior sit, laudatus reperiatur. At quales in Photiana accessione laudantur? Aristides, Libanius, Paulus Germinus, Aspasius. His praemissis, videamus, an Taylorus recte Plutarcho eidem abrogarit in Andocidis historia enarranda. Plutarchus, vel, si malis, Pseudo-Plutarchus ita: Ἀνδοκίδης Λεωγόρου μὲν τὴν πατρὸς, τοῦ θεμίστου πατὴρ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνην Ἀθηναίοις. Atque avus Andocides pacem fecit cum Lacedaemoniis, non pater Leogoras, ut ipse Andocides testatur de Pace pag. 24. [pag. 136, 6. Bekker.] confirmatque Aeschines de fals. legat. pag. 302. [pag. 373, 174. Bekker.] Ergo Pseudo-Plutarchus manifestus erroris tenetur. Sed quomodo, qui se Andocidis orationes legisse fateatur, in re tam clara errare potuit? Aequius erit, culpam in librarios conferre, et suam scriptori manum hoc modo restituere: Ἀνδοκίδης Λεωγόρου μὲν τὴν πατρὸς, τοῦ Ἀνδοκίδου, τοῦ θεμίστου etc. ——— Andocides genus ducebat a Mercurio, ut Pseudo-Plutarchus et Photius scribunt; ab Ulysse, ut verus Plutarchus Alcibiad. pag. 201. E. [cap. 21.] et Suidas v. Ἀνδοκίδης, omnes Hellenicum testem laudantes. Iterum vanus et mendax Pseudo-Plutarchus. Sed hic quoque laberanti succurrimus. Propior generis auctor Ulysses erat, remotior Mercurius. Ulyssem a Mercurio per matrem originem ducere, liquet ex Ovidio Met. XIII. 148. quem locum ipse Taylorus laudavit. Adeo fuit opinio tam vulgaris, Ulyssem ex Mercurii posteris esse, ut omni gentis Mamiliae, quae originem suam ad Ulyssem referebat, in altera parte Mercurii caput, in altera Ulyssem exhibeant. Vide Vaillantium de Nu-

nis Familiarum in hac gente, quem ab Ovid. laudat Burmannus. Sed quid est, quare Pseudo-Plutarchus Metourium potius commemoret, quam Ulysem? In promtu est ratio. Clarius sic apparebat Andocidis cognatio cum Caryceibus, qui a Caryce, Mercurii filio, arti crudebantur. — Sequitur apud Pseudo-Plutarchum: πρεσβευτὴς πεμφθεὶς παρὰ Ἑλλήνων, ἀνὴρ νεανίας· εἶτα Κορινθίοις βοηθήσας διαφερομένοις πρὸς Κορινθίους. In his secutus est Thucydidem I. 51. ex quo patet, expeditionem illam susceptam esse Olymp. LXXXVI. 1. cum Andocides ageret actatis annum 33. At Taylorus contendit, huius classis imperium frustra ad Andocidem referri, quem nullam unquam militiae partem attigisse dicat Lysias adv. Andocid. pag. 125. [pag. 215, 46. Bekker.] οὐδαμόθεν τὸν σῶν πάλαιος ἐπαρτίσατο, οὔτε ἱππεὺς, οὔτε ὁπλίτης, οὔτε πρεσβευτὴς, οὔτ' ἐπιβάτης. Hic mihi non alia, nisi haec, parata est responsio: Andocidis historiam parum cognitam fuisse orationis auctori. Nam Criticos veteres dubitasse, an Lysiae sit oratio, Harpocration non uno loco ostendit. Et vero alia de Andocide in hac oratione dicuntur, quae nullo modo inter se cohaerent, v. c. pag. 117. [pag. 208, 12. Bekker.] dicitur opes suas minuisse, et inter debitores divisisse; contra pag. 127. [pag. 215, 48. Bekker.] tam opulentus esse, ut reipublicae inopiam levare voluisset, sublevare potuisset. Tenemus igitur id, quod etiam Duberus V. C. ad Thucyd. tetigit, Andocidem, Oratorem, classi praefuisse. Nam quod Taylorus Andocidem arma intelligit, mitto bene computavit tempora, nec sensit, ipso sem octogenario classis praefecturam deferre. — Pseudo-Plutarchus quinque Andocidis orationes recenset: 1. περὶ μυστηρίων 2. περὶ καθόδου. 3. περὶ ἐνδείξεως. 4. ἀπολογίαν πρὸς Φαίακα. 5. περὶ τῆς εἰρήνης. Photius praetus

hoc certamine in libro περὶ νόμων scripsisse, ex Schol. Luciani ad Timon. pag. 142. intelligimus, pro Nicia nominasse Phaeacem; se tamen nulle sequi plures, qui duos tantummodo, Niciam et Alcibiadem, de ostracismo certasse tradunt. Iam cum in hac controversia nulla Andocidis mentio fiat, contra Phaeax non solum tertius in hoc certamine, sed etiam auctor Orationis in Alcibiadem commemoretur, Taylorus inde confici, orationem, quae nunc sub Andocidis nomine legitur, Phaeaci tribuendam esse. Haec, fateor, aliquam vim habitura essent, si scriptores, quos Plutarchus secutus est, inter se convenissent, et res uno modo narraretur. Nunc videmus, quam vaga et incerta sit narratio. Tres inter se de ostracismo contendisse, ex Oratione superstite, sive Andocidis, sive Phaeacis sit, planissimum est. Tamen plerique scriptores, Plutarcho teste, duos tantum commemorant. Itaque qua negligentia plerique tertium omiserunt, eadem pro Andocide Phaeacem posuerunt. Sed fingo, Phaeacis esse orationem. Illene Alcibiadem, quocum de Hyperbolo eiciendo consenserat, tam indignis modis accepisset? Et quis orationem habet adversus eum, quocum conspiret? Quid? Phaeacis oratio, Plutarcho lecta, si ostracismum in disceptationem vocasset, Plutarchus rem confectam habuisset, nec ullo modo dubitare potuisset, sicut dubitat, an Phaeacis partes quaedam in hoc certamine fuerint. Ex his cogimus, longe aliam caussam in Phaeacis contra Alcibiadem oratione tractatam esse, atque in Andocidis oratione tractatur. Quo uno argumento Taylorianae rationes omnes convelluntur.

II. Inter caussas, quibus exilium a se removet Andocides, hanc quoque ponit pag. 33. [pag. 156, 31. Bekker.] *εἰ δεῖ καὶ τὸ γένος σκοπεῖν, ἐμοὶ μὲν οὐδαμόθεν προσήκει τούτου τοῦ πράγ-*

μετος. Hic, Taylorus ait, oratorem genus suum humile et obscurum vocare; idque convenire Phaeacidi, parum claris maioribus orto, non Andocidi, uni ex Mercurii vel Ulyssis posteris, qui ipse gentis suae amplitudinem iactet de Myster. pag. 14. 18. 19. [pag. 114, 196. 124, 141. 125, 146. Bekker.] de Redit. pag. 23. [pag. 133, 26. Bekker.] Enimvero nimium ovissae, quam susceperit, studium hic etiam transversum egit virum doctissimum. Non nolim licet orator genus suum, sed hoc tantum dicit, si et ipse et Alcibiades ex genere iudicandi essent, Alcibiadi ostracismum convenire, cuius utrique avus Megacles et Alcibiades, in exilium sint eiecti, non sibi, cuius ex gente nemo hanc poenam subiit. Nec verum est, quod V. C. dicit, Phaeacem obscure genere ortum fuisse. Nam Plutarchus in Alcibiad. l. c. eius maiores disertè γνωρίμους vocat.

III. Orator pag. 34. [pag. 158, 41. Bekker.] recenset legationes a se pro republica suscepitas: ἐγὼ πρεσβεύσας εἰς Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν καὶ εἰς Μολοσσίαν καὶ εἰς Θεσπρωτείαν καὶ εἰς Ἰταλίαν καὶ εἰς Σικελίαν etc. Haec, Taylorus negat, ab Andocide dici potuisse, cuius ἀποδημία, non πρεσβεία, per Siciliam, Italiam, Peloponnesum, Thessaliam, Hellespontum, Ioniam, Cyprum, a Lysia c. Andocid. pag. 196. [pag. 207, 6. Bekker.] commemoretur: sed pulcre convenire Phaeaci, quem Thucydides V. 4. narret legatum in Italiam et Siciliam missum esse. Verum tardus sit oportet, qui non videat, Lysiam, ut accusatorem, quam πρεσβείαν dicere debebat, invidiose ἀποδημίαν dicere. Quod autem ad Phaeacem attinet, non ille legatus obiit Thessaliam, Macedoniam, Molossiam, Thesprotiam, sed solam Italiam et Siciliam, atque inde, Thucydide teste, domum revertit. Ergo, quae

de legatione Orator dicit, ad Andocidem, non ad Phaeacem, referenda. *)

IV. At, quae Plutarchus e Phaeacis oratione affert, in hac Andocidis reperiuntur. Hic vir egregius, velut victuria parta, prope iuveniliter exultat et triumphat. Enimvero, si quis loca, quae eadem esse dicuntur, accuratius inter se comparet, et verbis et sensu discrepare reperiat. Phaeacis locus a Plutarcho sic laudatur: ὅτι τῆς πόλεως πολλὰ πομπεῖα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ κεκτημένης, Ἀλκιβιάδης ἐχρήσατο πᾶσιν αὐτοῖς ὥσπερ ἰδίοις πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν διαίταν. Andocidis locus hic est pag. 33. [pag. 154, 29. Bekker.] τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχαιοθεωρῶν αἰτησάμενος, ὡς εἰς ἀπίνικια τῇ προτεραίᾳ τῆς θυσίας χρησόμενος, ἐξηπάτησε, καὶ ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελε, βουλόμενος τῇ ὑστεραίᾳ πρότερος τῆς πόλεως χρήσασθαι τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις. Hunc ipsum locum laudat Moeris Atticista pag. 382. Πομπεῖα, Ἀττικῶς, τὰ θυμιατήρια καὶ τὰς χέρνιβας, ὡς Ἀνδοκίδης. Sequimur enim coniecturam Cl. Valckenarii apud Pierson. quà pro vulgato Θουκυδίδης legit Ἀνδοκίδης. Athenaeus etiam IX. pag. 408. D. eundem locum laudat: Ἀττικοὶ δὲ χερνίβιον λέγουσιν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις. Quae ex eo descripsit Eustath. ad Od. A. pag. 33. Sed Athenaeus memoriae lapsu Lysiam laudavit pro Andocide, bene id observante Tayloro. Iam videst mihi aliquis, quam non verba
57 tantum diversa sint in duobus locis allatis, sed etiam sensus. In altero vasa sacra ad usus privatos, in altero ad pompam in sollemnitate Olympica adhi-

*) Utriusque, et Taylori et Ruhnkenii, sententiam reprehendit Sluiterus Lect. Andoc. pag. 14. ipse castigatus a Cl. Wyttenbachio, in huius libri censura, Bibl. Crit. P. XI. pag. 78. Bergman.

Digitized by Google

bita esse dicuntur. Denique, qui familiaritatem aliquam cum Andocide contraxerit, sentiet profecto eandem in hac contra Alcibiadem, quam in ceteris Andocidis orationibus, dicendi formam esse, eandem vim et gravitatem. Ex his igitur omnibus efficimus, orationem, quam saepe diximus, auctori suo, Andocidi relinquendam esse, nec Phaeaci tribuendam, praesertim cum etiam Harpocration v. *Ἐμποδών* et v. *Εὐκαιρία*, et Photius in Bibl. ne quid de Moeride dicam, eam, ut Andocidis, laudent. Huc accedit consensus viri praestantissimi, et collegae coniunctissimi, L. C. Valckenarii, qui Taylorianas rationes iisdem, quibus nos, argumentis in Adversariis suis oppugnarat. *)

Autocles, Strombichidae, eius, qui a XXX tyrannis interfectus est, filius, legationem obiit ad Lacedaemonios. Xenophon Hellen. VI. pag. 590. B. 591. B. [cap. 3. §. 5. sq.] ubi dicitur *μάλα δοκῶν ἐπιστρεφὴς εἶναι ῥήτωρ*, h. e. *orator sollertissimus*, non, ut Victorius Ind. in Aristotel. Rhetor. explicat, *orator valde suavis*. **) Damascius apud Phot. pag. 1031. *ἀγχίνους δὲ ὢν καὶ ἐπιστρεφής*. Eius orationem *adversus Mixidemidem* laudat Aristoteles Rhetor. II. pag. 488.

Iphicrates. Hunc Demosthenes adv. Timoth. pag. 1024. E. [pag. 1187. Rsk. 410, 9. Bekker.] dicit *τό τε πράττειν καὶ τὸ εἰπεῖν δυνάμενον.* 58
quibus simillima illa Iustini VI. 5. *in quo non im-*

*) Conferantur quae, hac praefatione, ex Viri Cl. Adversariis postea in lucem protulit Sleiterus Lect. Andoc. pag. 17 — 26. adhibita Wyttenbachii admonitione, l. c. pag. 79. qui de hac Ruhnkenii disputatione breviter quoque retulit in eius Vita pag. 146. Bergman. Cf. etiam Bachrius ad Plut. Alcib. pag. 125. sqq. Fr.

**) *ἐπιστρεφής. versutus.* Toupius. Toupii adnotationes inditas ad Rutil. Lup. edidit Thom. Kiddius in Opusc. Ruhnken. ed. Lond. praefat. pag. XXXVII. sq. repetiit Bardilius in Friedemanni et Seebodii Miscellan. Crit. Vol. I. Part. II. pag. 381. sq. Fr.

Digitized by Google

peratorque vitam, verum et oratorias artes fuere. Eius orationes, plenus militaris spiritus, vehementer laudat Aristides περὶ παραφορᾶς. pag. 385. Minus magnifice de eius in dicendo facultate sentiunt Dionysius Halic. in Lysia pag. 95. et Plutarch. Polit. praec. pag. 818. A. Sed cui rectius credamus, quam ipsi Iphicrati, qui apud Plutarchum l. c. pag. 801. F. se ab Aristophonte eloquentia vinci fatetur. Ex oratione περὶ προδοσίας adversus Aristophontem fragmentum est apud Quinctilian. IV. [V.] 12. pag. 243. [§. 10.] *Cui simile quiddam fecisse Iphicrates dicitur, qui cum Aristophontem, quo accusante similis criminis reus erat, interrogasset, ut is accepta pecunia rempublicam proditurus esset? Isque id negasset: Quod igitur, inquit, tu non fecisses, ego feci?* Cuius dicti vim et acrimoniam Quinctilianus diluit vertendo. Graeca haec sunt apud Aristotelem Rhetor. II. pag. 480. et Aristidem l. c. οὐ μὲν Ἀριστόφων οὐ, οὐ προδοὺς, ἐγὼ δ', ὦ Ἰφικράτης; quae fere miratur Cl. Valckenarius in eruditissima Diatriba in Euripidis Fragm. cap. XV. pag. 211.*) Plura de Iphicrate Victorius ad Aristotel. Rhetor. II. pag. 478. et Taylorus ad Lysiae Fragm. pag. 687. quae nihil attinet repetere. Pluscula eius vel magnifice, vel acute dicta collegit M. A. Muretus Var. Lect. VIII. 22.

Callistratus, Callicratis filius, Aphidnaeus, causa super Oropo perorunda tale Demosthenis eloquentiae, quale Herodotus historia sua recitanda Thucydidi historiae, stadium iniecit, ut ex Demetrio**) Magnesio refert Pseudo-Plutarch. pag. 844.

*) Cf. Spalding. ad Quinctiliani l. l. Fr.

**) Apud Plutarch. Tom. IX. pag. 857, 2. Reiz. et Ἡγησίας ὁ Μάγνης. At vide Reimkeu ad Reiz. Exp. I. §. 7. pag. 27. ed. Ingd. Fr.

B. et Hermippo Gellius III. 13. Magna apud populum auctoritate valuit, teste Demosthene de fals. legat. pag. 219, [pag. 436. Rsk. 396, 297. Bekker.] Adversarium in republica administranda habuit Melanopum. Plutarch. Demosth. pag. 851. F. [cap. 13.] quem etiam accusavit oratione, laudata Aristoteli Rhetor. I. pag. 244. Eloquentia sic excelluit, ut nemo sui temporis ei par poneretur. Vide, praeter Aeschinis et Nepotis testimonia, ab aliis allata, Demosthen. adv. Timoth. pag. 1074. E. [pag. 198. Rsk. 420, 47. Bekker.] Narrat Ulpianus in Demosth. c. Timocr. pag. 822. interrogatum Oratorum principem, uter esset melior orator, ipsene, ab Callistratus? respondisse: ἐγὼ μὲν γραφόμενος, Καλλίστρατος δὲ ἀπολογούμενος. Callistratus exercitui praefuit una cum Timotheo et Chabria, Olymp. C. 4. Diodor. Sicul. XV. pag. 24. [cap. 38.] Post Iphicrates illum sibi adsciviit sive ut consiliarium inprimis idoneum, sive ut arbitrum et spectatorem rerum a se gerendarum. Xenophon Hellen. VI. pag. 589. D. [cap. 2. §. 27.] Archon fuit Olymp. CVI. 2. Nec erat, quare dubitaret Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV. pag. 56. confundens praeterea cum Pseudo-Plutarcho duos Callistratos, alterum Callicratis, alterum Empaedi filium. Capitis damnatus Callistratus in exilium abiit. Demosthen. adv. Polycl. pag. 1091. A. [pag. 1221. Rsk. 440, 48. Bekker.] et Liban. Tom. I. pag. 442. D. 452. B. Ex quo cum, invito populo, rediisset, ad supplicium raptus est. Lycurg. adv. Leocr. pag. 214. [pag. 198. Rsk. 221, 93. Bekker.] Reliqua de hoc Oratore dederunt viri summi, H. Valesius ad Ammian. Marcell. XXX. 4. et P. Wesselingius ad Diodor. Sicul. XV. pag. 32. Suidas v. Ἰσοκράτης testimonio Καλλιστράτου τοῦ ῥήτορος confirmat, Isocratem iuniorem natum esse Apolloniae in Ponto, vel Heracleae.

Digitized by Google

Qui Callistratus per temporis rationes non potest esse Aphidnaeus. Intellige igitur Domitium Callistratum, cuius libri περὶ Ἡρακλείας saepe laudantur. Vid. Suid. v. Φιλόξενος.

Cephisodotus. Varii Cephisodoti in Attica historia memorantur. Sed Orator est Cephisodotus ex Ceramico, qui a Demosthen. adv. Leptin. pag. 56. [pag. 501. Rsk. 453, 146. Bekker.] dicitur οὐδενὸς ἧττον τῶν λεγόντων δεινὸς εἰπεῖν. Idem mihi videtur, quem legatum ad Lacedaemonios missum esse scribit Xenophon Hellen. VI. pag. 590. B. [cap. 3. §. 2.] VII. pag. 615. D. [cap. 1. §. 23.] Laudatur ab Aristotele Rhetor. III. pag. 647. 650. 651. *)

Lysias. De eo Cicero Brut. 9. *Tum fuit Lysias, ipse quidem in caussis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor, atque elegans, quem iam prope audeas oratorem perfectum dicere.* Hactenus ille de Lysia. Nam quae sequuntur, de Demosthene dicuntur, nec a Tayloro in Testimon. de Lysia pag. 83. ad Lysiam referri debebant. Hius autem historiam Taylorus, et ipsius, et aliorum Oratorum sospitator, ita illustravit, nihil ut supra addi posse videatur.

Lysiam sequitur Isocrates, communis prae-
61 ceptor Oratorum, quos deinceps recensebimus, prope omnium. Cicero de Orat. II. 22. [§. 94.] *Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cuius e ludo, tanquam ex equo Troiano, meri principes* **) *exierunt: sed eorum partim in*

*) Qui proxime attigerint Lysiae aetatem Oratores, illis addatur Archedemus, ὁ Γλαύκων cognomine, demagogus haud ignobilis, de quo videantur Scriptores laudati Cl. Wyttenbachio ad Sel. Princ. Hist. Gr. Annot. pag. 392. Bergman.

**) Codd. omnes, *innumeri princ.* quod iure reiecerunt Schützius atque Orellius. Fr.

Digitized by Google

pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. Itaque et illi, Theopompi, Ephori, Philisti, Naucratae, multique alii naturis differunt: voluntate autem similes sunt, et inter sese, et magistri: et ii, qui se ad caussas contulerunt, ut Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus, aliique complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen sunt omnes in eodem veritatis imitandae genere versati. ubi Lambinus bene reiicit glossema, quod de margine in textum venit, *magister istorum omnium*, cui frustra codicum consensum obiicit Zach. Pearcius. *) Nam pleraque glossemata, quae vel in Cicerone, vel in aliis scriptoribus reperiantur, vetustiora sunt Codicibus, qui nunc supersunt. Sed idem gravius peccavit recipienda pessimorum librorum scriptura: *tamen sunt omnes in eodem virtutis imitandae* **) *genere versati.* Neque enim vitium est in *veritatis*, sed in *imitandae*. Lege: *tamen sunt omnes in eodem veritatis tutandae* ***) *genere versati. Tutari veritatem*, conservare eloquentiam, quae veras caussas tractat, non fictas ad ostentationem. Vim vocis *veritas* explicuimus ad Rutil. II. 6. pag. 92. De Isocrate insignis etiam locus est Ciceronis Brut. 8. quem et ipsum Interpretes

*) Servavit haec verba Orellius, laudans qui ea habeat etiam Nostrum. Fr.

**) *imitandae*. Recte. Tour.

***) *tutandae*. Male. Tour. Improbabat Reiskius quoque, qui in hunc modum disputat: „Tullii dictionem, *veritatis imitandae* mutatum it V. C. cum *veritatis tutandae*. in quo non possum facere, quo minus vulgatam defendam, cuius haec est sententia: discipulos Isocratis, umbras vel ideas praeceptorum a magistro in scholis propositas (nostro loquendi more systematicas et metaphysicas illas abstractas de arte rhetorica praeceptiones) ad veritatem, h. e. ad praxin, transtulisse, et in actu rerum (haec enim est veritas) sive in forensibus causis agendis, sive in scribendis historiis, imitatos esse, h. e. expressisse, exercuisse et ad usum vocasse.“ Bene. Nam *imitari* h. l. est μιμεῖσθαι, *darstellen*, Ital. *esprimere, rappresentare*. Fr.

Digitized by Google

62 male coeperunt: *Extitit igitur iam senibus illis Isocrates, cuius domus cunctae Graeciae quasi ludus quidam putuit, atque officina dicendi, magnus orator, et perfectus magister, quanquam forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem, meo iudicio, est postea consecutus.* In hoc loco etsi nihil desideres, tamen Lipsius Var. Lect. III. 14. e Rufino Grammatico legit: *quam nemo quidem, meo iudicio, est poëta consecutus.* Quae scriptura sic placuit Grutero, ut eam, praeter morem suum, in textum inferret. Sed nullus hic Poëtae locus est. Cicero dicit, Isocratem ea floruisse gloria, quam nemo quidem dicendi magister, suo iudicio, sit postea consecutus.*) Quod verissimum esse, ex historia constat. Nam nullus unquam Rhetor aut plures discipulos habuit, aut per eos famam suam latius propagavit. Isocratem, etiam in historico scribendi genere, imitati sunt discipuli, Theopompus, Ephorus, Philistus, ut Cicero ait. Idem de aliis historicis refert Dionys. Halicarn. in Dinarcho pag. 115. *οἱ δ' Ἰσοκράτην καὶ τὰ Ἰσοκράτους ἀποτυπώσασθαι θελήσαντες, ὕπτιοι, καὶ ψυχραὶ, καὶ ἀστόχοφοι, καὶ ἀναλθεῖς.* **) *οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ περὶ Τίμαιον, καὶ Πλάτωνα, καὶ Σωσιγένην.* ubi grave vitium, quod in nomine *Πλάτωνα* haeret, sic corrigendum: *οἱ περὶ Τίμαιον, καὶ Ψάωνα, καὶ Σωσιγένην. Psaon*, Plataeensis, historiae scriptor, quem idem reprehendit de Structur. or. pag. 5. ubi *Σάωνα* legebatur ante Ion-

*) Cf. Wyttenbach. Bibl. Crit. Vol. I. P. I. pag. 25. Fr.

**) Leg. *ἀναλήθεῖς*. Tour, Cf. eius annot. ad Longin. pag. 161. ubi obloquitur Ruhnkenio, ad istum Longini locum sect. III. pro *χαῦνοι καὶ ἀναλήθεις*, cum Tanaq. Fabro, legenti *χ. κ. ἀναλθεῖς*. quod et Wyttenb. probat Bibl. Crit. P. III. pag. 35. Bergmann. Cf. Goeller de Situ et Orig. Syracus. pag. 185. Fr.

Digitized by Google

stum de Script. H. Ph. I. 2. pag. 11. et Valesium Emend. III. 14.

LEODAMAS, Acharnensis, Isocratis discipulus. 63
Pseudo-Plutarch. l. c. pag. 837. D. et Photius Cod. CCLX. pag. 1456. Eloquentia quantum excelluerit, intelligitur ex Demosthene c. Leptin. pag. 55. [pag. 501. Rsk. 453. 146. Bekker.] sed multo magis ex Aeschine c. Ctesiph. pag. 417. [pag. 428. 136. Bekker.] Accusavit Callistratum. Aristotel. Rhet. I. pag. 126. Item Chabriam propter praemia publice ei tributa. Demosthen. et Aristotel. ll. cc. Ipse accusatus a Thrasybulo, Colyttensi, ni fallor, se defendit. Aristotel. Rhet. II. pag. 503. Legationem suscepit ad Thebanos, quibuscum ipsi quaedam necessitudo intercedebat. Aeschines adv. Ctesiph. l. c. Si vulgata exemplaria Pseudo-Plutarchi et Photii in Vita Aeschinis sequamur, sicut illa secuti sunt Victorius ad Aristotel. Rhetor. I. pag. 126. et Olear. ad Philostrat. de V. S. I. 18. pag. 509. Leodamas Aeschini viam ad eloquentiam praeivit. Quanquam apud Photium alio loco, Cod. LXI. pag. 61. Aeschines Antalcidae discipulus dicitur. Verum pro *Λεωδάμαντος* et *Ἀντιλκίδα* legendum est *Ἀλκιδάμαντος*. Nam Suidas v. *Αἰσχίνης* diserte tradit, eum Alcidamantis Eleatae discipulum fuisse. Et sic Xylandro ad Plutarch. l. c. [pag. 846. Tom. IX. pag. 342. Rsk.] et Ionsio de Scriptor. H. Ph. III. 1. pag. 216. placet. Io. Faber ad Fulv. Ursini Imag. Illustr. pag. 51. in gemma, cui *Leodamantis* nomen insculptum erat, praeter Leodamantis, Aeschinis discipuli caput sibi videre visus est. Quod quam vanum et ridiculum sit, ex modo dictis intelligitur. Error librariorum, in Plutarcho et Photio *Λεωδάμας* et *Ἀλκιδάμας* confundentium, mihi suspicionem iniecit, an in Aristo- 64
tele Rhetor. I. pag. 232. pro *Ἀλκιδάμας ἐν τῷ*

Digitized by Google

Μεσσηνιακῷ legendum sit *Λεωδάμας ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ*, ut haec oratio habita sit contra Callistrati orationem *ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἐκκλησίᾳ*, quam laudat Aristoteles Rhet. III. pag. 739. Dissensisse inter se hos Oratores, paullo ante vidimus. Sed non oportet nimis esse suspicacem.

Lycoleon. Ex eius *pro Chabria* oratione fragmentum habet Aristoteles Rhetor. III. pag. 653. in quo cum statuae, quam Nepos Chabr. 1. et Diodor. Sicul. XV. pag. 28. Chabriae positam narrant, mentio fiat, clarum est, hanc orationem habitam esse post Olymp. C. 4.

Coccus, Atheniensis, Isocratis discipulus, teste Suida in v. Sed Quinctilianus eum videtur antiquiorem statuere non solum Isocrate, sed etiam Lysia, XII. 10. pag. 624. [§. 21.] *Quis erit hic Atticus? Sit Lysias, hunc enim amplectuntur amatores istius nominis modum. Non igitur iam usque ad Coccum et Andocidem remittemur.* Nisi forte locum subobscurum de Cocci et Andocidis contemtu interpretari malis. *)

Isaeus. Eius vitam enarrarunt Dionysius Halicarnassensis, Pseudo-Plutarchus et Photius, ex iis et aliunde Meursius et Fabricius, ad quos Isaei studiosos ablegamus. Fabricius in Dionysii Halic. Ep. ad Amm. pag. 120. *Ἰσοκράτην* reponens pro *Ἰσαῖον*, non videtur ipsum Dionysium inspexisse. Rectius Fr. Sylburgius in eiusdem Demosth. pag. 167. *Κριτίας* legit, ubi vulgo editur *Ἰσαῖος*.

65 Eubulus. Tres Eubuli, ut Comicum taceam, in Attica historia commemorantur. Primus est Spinthari F. Probalisius, cuius mentionem facit Demosthenes c. Neaer. pag. 580. [pag. 1361. Rek. 557,

*) Cf. Buttmann. ad Quinctiliani l. l. Fa.

48. Bekker.] et monimentum Athenis vidit Pausanias I. pag. 73. Sed hunc oratorem fuisse, nullo documento constat. Alter est Mnesithei F. Cypsius, vel Cytherius, ut Valesio ad Harpocrat. pag. 80. et Corsino Fast. Att. Tom. I. pag. 236. videtur, cuius decretum de legatis ad Philippum mittendis memorat Demosthenes de Cor. pag. 494. 495. [pag. 248. Rsk. 221, 70. sqq. Bekker.] ubi Ulpianus eum dicit Macedonibus studuisse. Tertius est Anaphlystius, maximae auctoritatis orator et demagogus, quem ubicunque Eubulus simpliciter commemoretur, intelligendum puto. Is Aristarchum caedis accusavit, eoque crimine implicuit Demosthenem. Ulpian. in Midian. pag. 667. 669. 694. Ex quo tempore Demostheni perpetuae cum illo simultates intercesserunt. Ulpian. in Demosth. de fals. leg. init. Midiam adversus Demosthenem defendit, ut liquet ex Midiana pag. 159. [pag. 580. Rsk. 523, 206. Bekker.] Aeschini, olim scribae suo, patronus adfuit in iudicio de ementita legatione. Aeschin. de fals. legat. fin. Demosthen. in Or. eiusdem argumenti pag. 217. [pag. 434. Rsk. 394, 290. Bekker.] et Ulpian. pag. 382. effecitque auctoritate sua, ut populi suffragiis liberatus discederet. Photius Cod. LXI. pag. 62. et Taylor. ad Demosth. Or. laud. init. Errant enim, mea sententia, Pseudo-Plutarchus l. c. pag. 840. C. et Photius Cod. CCLXIV. pag. 1466. Aeschinem ab Eubulo Probalisio tum servatum scribentes; nollemque adeo, quo in errore66 ipsi sunt, in eundem induxissent Valesium ad Harpocrat. pag. 80. et Taylorum ad Aeschin. c. Ctesiph. pag. 611. Anaphlystius Eubulus, nullam e bello laudem consectatus, curam pecuniae publicae suscepit, reditus auxit, classes instruxit, urbem monimentis exornavit. Aeschines c. Ctesiph. pag. 375. [pag. 388, 25. Bekker.] Dinarch. c. Demosth. pag.

Digitized by Google

102. [pag. 173, 96. Bekker.] et Plutarch. Poll. praec. pag. 812. B. Sed in hac pecuniae cura pernicioseam divitati legem tulit, ut, qui pecuniam theatralem in militarem convertisset, capite plecteretur. Ulpian. in Demosth. Olynth. I. pag. 14. Quam legem, Philito etiam memoratam apud Harpocrat. v. Θεωρικά, vehementer reprehendit Dionysius. Olynth. I. pag. 4. A. [pag. 14. Rsk. 16, 20. sq. Bekker.] III. pag. 39. A. [pag. 31. Rsk. 34, 11. sqq. Bekker.] et de rep. ord. pag. 123. A. seqq. [pag. 166. sq. Rsk. 181. sq. Bekker.] ubi vide Ulpianum. Ac vere iudicat Theopompus apud Harpocrat. v. Βύβουλος, nunquam civitatem imbelliorem et ignaviorem, quam cum ab illo administrabatur, fuisse. Mox, cum necessitas venisset pecuniae non in theatrales voluptates, sed in bellum impendendae, legis sine mutandae consilia agitavit. Demosthen. de fals. legat. pag. 217. [pag. 434. Rsk. 394, 290. Bekker.] Suscepit etiam legationem ad Philippum. Demosthen. de Cor. pag. 450. [pag. 235. Rsk. 229, 29. Bekker.] Quum cum sic gessisset, ut Macedonum partibus studere videretur, facta eius exagitavit Demosthenes. Aeschin. de fals. leg. pag. 241. [pag. 316, 8. Bekker.] Cum Phrynone et Philocrate, improbis demagogis, iungitur a Luciano Encom. Demosth. pag. 520. et
67 Ulpiano in Olynth. III. pag. 45. Ei Demosthenem in republica gerenda successisse, scribit Libanius Tom. I. pag. 436. C. Mortuum quidem esse ante Demosthenem, patet ex Or. de Cor. pag. 531. [pag. 281. Rsk. 251, 162. Bekker.] Sed rempublicam per plures annos una cum Demosthene administrasse, ex iis, quae diximus, intelligitur. Adde Or. c. Leptin. pag. 52. [pag. 498. Rsk. 450, 137. Bekker.] de fals. leg. pag. 180. [pag. 400. Rsk. 362, 191. Bekker.] de Cor. pag. 476. [pag. 232. Rsk. 206, 21. Bekker.] Mores hominis egregie describit Theopom-

pis apud Athen. IV. pag. 166. D. et apud Harpocrat. v. *Εὔβουλος*. Potentia quanta fuerit, docet Demosth. de fals. leg. pag. 217. [pag. 434. Rsk. 394, 290. Bekker.] et ad eum Ulpianus. Mortuo honores decreti sunt, de quibus fuit Hyperidis oratio, *) quam saepe laudant Grammatici. Ex Eubuli *adversus Charetem* oratione haec habet Aristoteles Rhetor. I. pag. 257. *Οἷον Εὔβουλος ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐχρήσατο κατὰ Χάρητος, ᾧ Πλάτων εἶπε πρὸς Ἀρχίβιον· Ὅτι ἐπιδέδωκεν ἐν τῇ πόλει τὸ ὁμολογεῖν πονηροὺς εἶναι.* ubi Victorius perperam Platonem, philosophum, intelligit, cum Comicus sit intelligendus, e cuius dicto si syllabam, quae abundat, cum Valckenario nostro sustaleris, finis senarii erit, *ἐπιδέδωκε τῇ πόλει.* Sed hic non est praetermittendus locus Plutarchi de fratern. amor, pag. 486. D. *οἱ δὲ βίοις χρώμενοι διαφόροις, τάχ τε φθόνον ἐκτρέπονται, καὶ συνεργοῦσιν ἀλλήλοις μᾶλλον, ὡς Δημοσθένης καὶ Χάρης, καὶ πάλιν Αἰσχίνης καὶ Εὔβουλος, καὶ Ὑπερίδης καὶ Λεωσθένης.* Quis est ille Eubulus imperator, qui Aeschini mutuam operum praestiterit? Equidem nullum hoc nomine cognovi. Noli dubitare, quin mutilus locus sit, atque hoc modo restituendus: —— *ὡς Δημο-* 68
σθένης καὶ Χάρης, καὶ πάλιν Αἰσχίνης καὶ Φωκίων, καὶ Εὔβουλος καὶ Διοπείθης, καὶ Ὑπερίδης καὶ Λεωσθένης. Quam emendationem ipse Plutarchus confirmat Phocion. pag. 744. F. [cap. 7.] *τοὺς μὲν λέγοντας ἐν τῷ δήμῳ καὶ γράφοντας μόνον, ὧν Εὔβουλος ἦν, καὶ Ἀριστόφων, καὶ Δημοσθένης, καὶ Λυκοῦργος, καὶ Ὑπερίδης· Διοπείθη δὲ καὶ Μενεσθέα, καὶ Λεωσθένη, καὶ Χάρητα, τῷ στρατηγεῖν καὶ πρεσβευεῖν* **) *αὐξοντας ἑαυτούς.* Pho-

*) Photius [Lex. MS.] in v. *Εὔβουλος*. Tour.

**) Legendum videtur, non *πρεσβευεῖν*, quod vulgatae dent.

cion, imperitor, Aeschini adfuit in causa male ebitae legationis, ut ipse testatur in Apologiae suae fine. Haec, ni fallor, veterum de Eubulo loca sunt omnia, quae se alibi daturum promittebat Taylorus ad Aeschin. c. Ctesiph. pag. 611.

Hactenus eloquentiae ortum et incrementa vidimus. Nunc ad illud tempus venimus, quo se ad tantum extulit fastigium, ut, ultra quo progrederetur, non haberet. Quod etsi multorum ingeniis studiisque perfectum est, unus tamen Demosthenes praecipue hanc laudem tulit; de quo, verissime indicat Cicero Brut. 9.: *Plane perfectum oratorem, et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris. Nihil acute inveniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil, ut ita dicam, subdole, nihil versute, quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius; nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate, sed*
69 *sententiarum, quo quidquam esset elatius.* Cum quo loco conferendus est alter de Orat. 7. Ceterum de Demosthene, eiusque aequali, et adversario perpetuo, Aeschine, tanto minus aliquid dicere attinet, quod speramus, futurum, optamus quidem certe, ut utriusque historia, a Tayloro promissa, post eius fata in lucem proferatur. *)

---

sed πρὸς πολέμοις εἶναι. Reisk. (pag. 190.) Idem ad Plutarch. Vol. IV. pag. 979. scripsit haec: „Malim πρὸς πολέμῳ, aut πρὸς „πολέμοις εἶναι. aut saltem προπολεμεῖν leg. (detracta signate) „subaudi τῆς πατρίδος." Vulcob. offert simplex πολεμεῖν, quod Coraës ac Schaeferus receperunt. Fr.

*) Vana fuit Ruhnkenii spes. Utrinque Oratoris historiam inchoavit Taylorus, neutram absolutam reliquit. Prodidit tamen Reiskius, Or. Graec. Vol. VIII. pag. 696—771., *Excerpta e Taylori schedis de Demosthenis et Aeschinis Codicibus Mssis et Editionibus, Vita, fortunis, rebus gestis, orationibus*, caet. quibus fere materia continetur, futuro editori et Vitarum Demosthenis Aeschinisque scriptori haud spernenda, caterequin ad modum Adversario-

Demosthenes, ut Cicero pergit Brut. 9., *Hyperides proximus, et Aeschines fuit, et Lycurgus, et Dinarchus, et ea, cuius nulla extant scripta, Demades, aliique plures. Haec enim aetas effudit hanc copiam.* De Hypereide *) nonnulla diximus ad Rutilium I. 12. pag. 64. Καλυστεὺς vocatur ab iis, qui vitam eius enarrarunt. Itaque Eustratius in Aristotel. Nicom. IX. pag. 148. b. Aeschini, qui Κοθωκίδης fuit, ὁμογενεῖς Καλυστεῖς tribuens, duos Oratores confundit. Ex oratione, qua Hyperides laudarit, qui in bello Lamiaco perierant, bene longum et praeclarum fragmentum superest apud Stobaeum Serm. CXXIII. pag. 618. inde repetitum a Tayloro Lect. Lyc. cap. III. cui in transcursu medicinam faciamus: τοὺς ταῖς ψυμαῖς τῶν θεῶν καταλυομέναις βοηθήσασας, πλείστης εὐδωρούσης ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχάνειν. Legendum: —— πλείστης ηὐδαιμονίας **) ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχάνειν. Quod Gesnerus in MS. reperit, ἐπιμελείας, est explicatio vocis, quam reposuimus. Nobilis imprimis est alius Δημοσθ., e quo duo luculenta fragmenta conservarunt Sopater in Hermagor. pag. 183. et Scholiastes anonymus in eundem pag. 399. inde relata ab Is. Casaubono ad Athen. X. c. 70 Alterum eorum sic legitur apud Ioannem Sicelio-

rum undique congesta, non item ad vetustatem scriptionis legum exacta. De Demosthene quidem, ne ex veteribus Plutarchum excitemus, nuper vernaculo sermone egit A. G. Beckerus, in libro, diligenti utique et probabili ratione scripto, cui titulus: *Demosthenes als Staatsmann und Redner*, *Halle und Leipzig* 1815. Bergman.

*) Nomen hoc in MSS. Codd. modo Ὑπερίδης est, modo Ὑπερείδης. Vid. Herodian. ap. Lobeck. pag. 454. Fn.

**) ηὐδαιμονίας. Male. Tour. quem cf. etiam ad Longin. sect. XXXIV. pag. 218. Ruhnkenio adstipulatur Wyttenb. ad Plut. Consol. Apollon. pag. 107. D. et Gaisford. ad Stob. Vol. III. pag. 423. ed. Lips. Fn.

tam Commentario MS. in Hermogenem: *Λέγεται γὰρ τὴν Λητὼ κύουσαν ἐκ Διὸς, ἐλαύνεσθαι ὑπὸ τῆς Ἥρας κατὰ πᾶσαν γῆν τε καὶ θάλασσαν ἐγκυτυπούσης. ἡδὴ δὲ αὐτὴν ἡ ὠδὶς καταλαβοῦσα, εἰς τὴν ἠμεσόραν χώραν λῦσαι τὴν ζώνην· ἀνθ' ὧν νῦν ὁ Ζωστὴρ ἀπὸ δεκατιποῦ ἔπειτα εἰς Δῆλον διαβᾶσαν διδύμους τεκεῖν, Ἄρτεμίν τε καὶ Ἀπόλλωνα, τοὺς θεούς.* ubi scribendum: *ἀνθ' ὧν νῦν ὁ Ζωστὴρ ἀπὸ τοῦδε καλεῖται.* Vid. Stephan. Byz. v. *Ζωστήρ.* *) Apud Plutarchum de Glor. Atheniens. pag. 350. B. Hyperidi tribuitur *Πλατεϊκὸς*, quae Isocratis est oratio. Sed assentiar eruditissimo Valckenerio, *Δηλιακὸς* reponenti. Eiusdem Oratoris *Κυθνιακὸς* laudatur a Suida v. *Θαρραλέον*, cuius quale argumentum fuerit, nondum licuit indagare. Eum orationis titulum Valesius in Maussac. not. ad Harpocrat. pag. 338. restituendum putabat in Schol. Aristoph. ad Av. 881. ubi vulgo legitur, *Ὑπερείδης ἐν τῷ Χαλκῷ.* Sed melior est altera coniectura et ipsius Valesii, et aliorum, *ἐν τῷ Δηλιακῷ.* Immo suspectum habeam titulum *Κυθνιακὸς*, dum alterius scriptoris auctoritate confirmetur. *Hyperidis* et *Euripidis* nomen librarii non semel commutarunt. Aristotel. Rhetor. II. pag. 345. *Διὸ εὖ ἔχει ἡ τοῦ Εὐριπίδου ἀπόκρισις πρὸς Συρακουσίους.* Ipsum responsum, ut notum illo tempore, Aristoteles praetermisit, sed, quale fuerit, explicat Scholiastes: *Εὐριπίδης πρὸς τοὺς Συρακου-*
71 *σίους πρεσβῦς ἀποσταλεὶς, καὶ περὶ εἰρήνης καὶ φιλίας δεόμενος, ὡς ἐκεῖνοι ἀνένευον, εἶπεν· ἔδει, ἄνδρες Συρακούσιοι, εἰ καὶ δὴ οὐδὲν ἄλλο, ἀλλά γε διὰ τὸ ἄρτι ὑμῶν δέεσθαι, αἰσχύνεσθαι ἡμᾶς ὡς θαυμάζοντας.* Quod Graeculus iste non finxisse, ut Victorius putat, sed ex vetustis commentariis, ut alia

*) Add. Heeren ad Menandr. de Encom. pag. 42. not. d. Fr.

quodam, hausisse videtur. Sed pro Εὐριπίδης legendum Ὑπερίδης. Nam Hyperides varias pro republica legationes suscepit, non Euripides. De legationes ad Eleos vide Pausan. V. pag. 431. et Pseudo-Plutarch. l. c. pag. 850. A. de legatione ad Rhodios, Pseudo-Plutarch. ibid. Hic καὶ Ῥοδιακὸν habuit, quem unus memorat Grammaticus Sangermanensis MS. [vid. Bekkeri Anecd. Gr. Tom. I. pag. 112, 10.] Προπεσεῖν, προπέσωσί τι ποιῆσαι. Ὑπερίδης Ῥοδιακῷ.

Lycurgi vitam quam eradite enarrarit Taylorus, *) nemo nescit.

De Dinarcho, vide, quae diximus ad Rutil. II. 5. pag. 88. 16. pag. 126.

Demadis (**) nulla extare scripta, dicunt Cicero l. c. et Quinctilian. II. 17. pag. 195. [§. 13.] XII. 10. pag. 629. [§. 49.] Sed legit eius orationes Tzetzes, vel potius Rhetor antiquus, quem ille compilavit, Chil. VI, 36. 37. Immo superstitem habemus partem Orationis ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας, quam ipsam memorat Suidas v. Δημάδης. Adscribamus illum locum, quo nullus in Suida neque corruptior est, neque difficilior ad emendandum: Δημάδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς πανοῦργος καὶ εὐτυχής. ***) πρότερον ναύτης ὤν. ἔγραψε

*) In praefat. ad editam ab se Lycurgi adv. Leocrat. orationem quae repetita est in Reiskii Oratoribus Graecis, Vol. IV. pag. 105 — 128. De Lycurgo cfr. etiam ann. ad Rutil. I. 9. pag. 10. et II. 4. pag. 84. Fr.

**) „Demades" inquit Heuning. in Observatt. Antibarb. pag. 89. „quia contractum est ex Δημεάδης, mediam longam habet, auctore Prisciano lib. II. pag. 584. [pag. 82. Krehl.] de quo dixi ad Corn. Nep. Phoc. cap. 2." Fr.

***) Laudat Toupius Damasc. apud Phot. pag. 1029. Εἰσὶ μὲν ἐνφυεῖς τε καὶ εὐτυχεῖς ὀνειροπολεῖσθαι — postea ἐντρεχής. de qua voce vid. ipse Toupius ad Longin. sect. XLIV. pag. 233. et Weiskius ad eundem pag. 648. Bastius Comment. Palaeogr. pag. 744. Locus [ap. Phot.] est in ed. Hoeschel. pag. 1032. εἰσὶ μὲν δὴ καὶ Ἀλεξανδρεῖς ὀλίγον πάντες κ. τ. λ. Bunemann.

tam Commentario MS. in Hermogenem: *Λέγεται γὰρ τὴν Λητὼ κύουσαν ἐκ Διὸς, ἐλαύνεσθαι ὑπὸ τῆς Ἥρας κατὰ πᾶσαν γῆν τε καὶ θάλασσαν ἠλύτυπούσης. ἤδη δὲ αὐτὴν ἡ ὠδὶς καταλαβοῦσα εἰς τὴν ἡμεσόραν χώραν λῦσαι τὴν ζώνην· ἀφ' ὧν νῦν ὁ Ζωστὴρ ἀπὸ δεκατινοῦ. ἔπειτα εἰς Δῆλον διαβᾶσαν διδύμους τεκεῖν, Ἄρτεμίν τε καὶ Ἀπόλλωνα, τοὺς θεούς.* ubi scribendum: *ἀφ' ὧν νῦν ὁ Ζωστὴρ ἀπὸ τοῦδε καλεῖται.* Vid. Stephan Byz. v. *Ζωστήρ.* *) Apud Plutarchum de Glor. Atheniens. pag. 350. B. Hyperidi tribuitur *Πλατεϊκὸς*, quae Isocratis est oratio. Sed assentiar eruditissimo Valckenario, *Δηλιακὸς* reponenti. Eiusdem Oratoris *Κυθηριακὸς* laudatur a Suida v. *Θαῤῥαλέον*, cuius quale argumentum fuerit, nondum licuit indagare. Eum orationis titulum Valesius in Maussac. not. ad Harpocrat. pag. 338. restituendum putabat in Schol. Aristoph. ad Av. 881. ubi vulgo legitur, *Ὑπερείδης ἐν τῷ Καλῳῷ.* Sed melior est altera coniectura et ipsius Valesii, et aliorum, *ἐν τῷ Δηλιακῷ.* Immo suspectum habeam titulum *Κυθηριακὸς*, dum alterius scriptoris auctoritate confirmetur. *Hyperidis* et *Euripidis* nomen librarii non sed vel commutarunt. Aristotel. Rhetor. II. pag. 345. *Διὸ εὖ ἔχει ἡ τοῦ Εὐριπίδου ἀπόκρισις πρὸς Συρακουσίους.* Ipsum responsum, ut notum illo tempore, Aristoteles praetermisit, sed, quale fuerit, explicat Scholiastes: *Εὐριπίδης πρὸς τοὺς Συρακου-*
71 *σίους πρεσβῦς ἀποσταλεὶς, καὶ περὶ εἰρήνης καὶ φιλίας δεόμενος, ὡς ἐκεῖνοι ἀνένευον, εἶπεν· ἔδει, ἄνδρες Συρακούσιοι, εἰ καὶ δὴ οὐδὲν ἄλλο, ἀλλά γε διὰ τὸ ἄρτι ὑμῶν δέεσθαι, αἰσχύνεσθαι ἡμᾶς ὡς θαυμάζοντας.* Quod Graeculus iste non finxisse, ut Victorius putat, sed ex vetustis commentariis, ut alia

*) Add. Heeren ad Menandr. de Encom. pag. 42. not. d. Fr.

Digitized by Google

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Digitized by Google

φεν ἀπολογίαν πρὸς Ὀλυμπιάδα τῆς ἑαυτοῦ ἀποδημίας, ὑποτοπίαν περὶ Δήλου, καὶ τῆς γενέσεως
72 τῶν τῆς Λητοῦς παίδων. οὗτος κατέλυσε τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας. τελευτᾷ δὲ ἐπὶ Ἀντιπάτρου. Quae vitiata sunt, nici coniecturis, quae lurata, sic locis suis reponenda: ἀφικόμης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς πανοῦργος καὶ εὐφυής· πότερον ταύτης ὢν, ἔγραψε ἀπολογισμὸν περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀποδημίας· ἱστορίαν περὶ Δήλου, καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων. τελευτᾷ δὲ ἐπ' Ὀλυμπιάδος ρις. ἐπὶ Ἀντιπάτρου, ὃς κατέλυσε τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας, καὶ μετ' Ἀλεξάνδρου βασιλεύσας, Θήβας ἀνέστησε. Nunc, age, singularum quotiarum rationem reddamus, et locum paucis illustremus. Εὐφυὴς apud Atticos significat dicacem, facetum. Grammaticus MS. in Bibl. Reg. Εὐφυὴς καὶ εὐμαθὴς διαφέρει. εὐμαθὴς μὲν ὁ καλῶς μανθάνων. εὐφυὴς δὲ, ὁ ποικίλος καὶ σχάπτειν. Sic etiam Amaroniana, ubi Valckenarius V. C. docte explicuit hanc vocis potestatem. *) Plutarch. Demosth. pag. 857. B. [cap. 26.] οἱ δ' εὐφυεῖς γελοιάζουσι, οὐχ ὑπὸ συνάγκης ἔφρεζον, ἀλλ' ἵν' ἀγωνιάσῃς εἰλῆφθαι εὐκαιρῶ τὸν δημαγωγόν. Atqui inter illos εὐφυεῖς Demadem fuisse, tradit Pollux VII. 104. Cicero quoque Orat. 26. [§. 90.] Demadem *praeter ceteros oratores facetum* dicit: idque satis ostendunt multa eius dicta, quae passim commemorantur. *Nauta* ab aliis etiam scriptoribus Demades vocatur: ἰχθυοπώλης a Proclo Prolegomenis meditis in Hesiodum. Vocem Ὀλυμπιάδος, quam Interpretes ridicule de Alexandri matre acceperunt, in se-
73 dem suam revocavimus, udiectimusque numeros qui. Nam Diodorus Siculus XVIII. pag. 293. Demadis

*) Cf. Schäfer. ad Plutarchi Vit. Tom. IV. pag. 402. adp. 3. Ed.

mortem refert ad Olymp. CIV. 2. Ut natus Demades orationem, qua rerum per dustolocia annis a se gestarum rationem reddidit, περὶ τῆς δωδεκαετίας inscripsit, sic Demetrius Phalereus, teste Diogene Laërt. V. 81. librum scripsit περὶ τῆς δωδεκαετίας, quo non decennalem Troiae obsidionem enarravit, ut inepte monuit Menagius, sed rationem reddidit decem annorum, quibus ipse reipublicae praefuerat summa cum austeritate. *Historiam Deli* praeter rem Demadi tribui, bene iudicat Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV. pag. 421. Non autem Demades iudices et Oratorum certamina sustulit, sed Antipatro post proelium ad Crannonem. Itaque verba, ὃς κατέλυσε etc. ad Antipatrum transtulisse. Ultima verba, καὶ μετὰ Ἀλεξανδρον etc. haec inquiunt articulo revocanda esse, viderat etiam doctissimus Kusterus. Hactenus de Suidae loco. Demades etiam attigit Harpalicam graecuniam. Dinarch. c. Demosth. pag. 101. [pag. 171, 89. Bekker.] et c. Aristogit. pag. 106. [pag. 182, 15. Bekker.] Euthyeratem, Olynthium, ab Atheniensibus infamia notatum, in integrum restituit, et publicum hospitium fecit. Suid. v. Δημάδης. Quod eius decretum Polyeactus oppugnavit oratione, quae laudatur ab Apsine Art. Rhet. pag. 707. Cum Phocione de nube tradenda Antipatro consensit. Nepos Phocion. 2. et ibi Lambinus. Filium, eximia forma praeditum, Philippo ad turpes voluptates reliquit. Scholiast. in Hermogen. 74 pag. 356. et Suid. in v. Mores hominis et formam ita describit Pytheas apud Athen. II. pag. 44. F. ὁ δὲ παρρησιαστὴς καὶ μεθυσκόμενος, καὶ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προγάστωρ ἡμῖν ἐν τοῖς ἐκκλησιαις ἀναστρεφόμενος. Plura de eo Fabricius l. c.

Nunc reliquos huius aetatis Oratores, a Cicerone praetermissos, enumeremus.

Andronion. Andronis, forte eius, quem Har-

poeration unum ex Quadringentis fuisse scribit, Elias, Isocratis discipulus. Suid. in v. Contra hunc extat Demosthenis oratio, quam, quod sibi cum Isocratis discipulo certandum esset, summa arte elaboravit. Scholiast. in Hermogen. pag. 401. ἐπετήδευσεν ὁ Δημοσθένης κεκαλλωπισμένον ἐργάσασθαι τὸν κατ' Ἀνδροτίωνος, ἀντιφιλοτιμούμενος πρὸς Ἰσοκράτην (leg. Ἰσοκράτειον) ῥήτορα παρίσοις ἀκμαζόμενον κατὰ ζῆλον τοῦ δεδεικτάλου. Vide Taylorum ad init. Androtianae. Laudat Androtionem Aristoteles Rhetor. III. pag. 583. Ad hunc Ionius de Script. H. Ph. II. 9. pag. 159. refert Ἀνδῶν, cuius auctor nobis ab Oratore diversus videtur.

Cydias. Eius oratio περὶ τῆς Σάμου κληρουχίας laudatur ab Aristotele Rhetor. II. pag. 348. Ex orationis argumento colligi potest, quando Cydias vixerit. Nam Philochorus apud Dionys. Halic. in Dinarcho pag. 118. auctor est, colonos in Samum missos esse, Archonte Aristodemo, Olymp. CVII. 1. Vide Vales. ad Harpocrat. pag. 111. et Corsin. Fast. Att. Tom. IV. pag. 20.

75 Arsion, Demosthenis condiscipulus. Suid. v. Δημοσθένης. Hic de superiorbus et sui temporis Oratoribus quid sentiret, rogatus, respondit: ὡς ὀπωνίον μὲν ἄν τις ἐθαύμασεν ἐκείνους εὐκόσμως καὶ μεγαλοπρεπῶς τῷ δήμῳ διαλεγομένους· ἀναγινωσκομενοι δ' οἱ Δημοσθένους λόγοι, πολὺ τῇ κατασκευῇ καὶ δυνάμει διαφέρουσι. Sic ex Hermippo narrat Plutarch. Demosth. pag. 851. A. [cap. 11.] Demosthenem ipsum de se et Callistrato eodem modo iudicasse, tradit Ulpianus in Demosth. c. Timocr. pag. 822. Laudat Arsionem Aristoteles Rhetor. III. pag. 650. Vide Ionium de Script. H. Ph. I. 7. pag. 36.

Philinus, Nicostrati filius, si modo idem est, cuius mentionem facit Demosthenes adv. Mid. pag.

Digitized by Google

144. [pag. 566. Rek. 510. 161. Bekker.] Ejus eius orationes laudat Harpocration. Prima est πρὸς Ἀλκιβιάδου, Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνας, v. Θεωρικά, opposita decreto Lycurgi, ut his Tragicis statuae ex aere ponerentur; quod bene vidit magnus Valesius ad Net. Maussac. in Harpocrat. pag. 290. Altera κατὰ Δωροθέου, ab aliis Hyperidi tributa. Harpocrat. v. Ἐπὶ κόρρης. Tertia Κροκωνιδῶν διαδικασία πρὸς Κοιρωνίδας, ab aliis tributa Lycurgo. Harpocrat. v. Κοιρωνίδαι. Eam, ut Philini, laudat Athenaeus X. pag. 425. B. ubi vide Is. Casaubonum; eodemque haec pertinent in Lexico Rhetorico MS. [vid. Bekkeri Anecd. Gr. Tom. I. pag. 273, 5.] Κοιρωνιάδαι. γένος Ἀθήνησιν ἱερὸν ἀπὸ Κοίρωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Κόρωνος. καὶ Κοιρωνίδαι, γένος ἱερὸν Ἀθήνησιν. ἀμφότεροι δ' ἦσαν παῖδες Τεμπτολέμου. Quae sic corrigenda ex Harpocratione: Κοιρωνίδαι. γένος Ἀθήνησιν ἱερὸν ἀπὸ Κοί- 76
ρωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Κρόκωνος. καὶ Κρυκωνίδαι etc. Male apud Suidam Κυρωνίδαι, nec bene apud Athenaeum Κροκανιδῶν. Grammaticus vetus de scriptorum partis apud Clement. Alexandr. Strom. VI. pag. 748. Philinum aliquid a Demosthene sumsisse dicit. Ex quo Valesius aliud argumentum edpere poterat contra Maussacum, qui illum Antiphontis aequalem statuebat.

Aristogiton. Hunc non ex articulo quodam, sed totum dognoscere licet ex Demosthenis et Dinarchi adversus eum orationibus, quae supersunt.*) Vide Maussac. ad Harpocrat. v. Αὐτοκλείδης. Valesium in Maussac. not. pag. 254. Taylor. ad Demosth. c. Aristogit. pag. 510. et ad Aeschin. c. Timarch. pag. 83.

*) De duabus orationibus in Aristogit. quas non pauci Critici Demosthenis esse negant, vid. Schaef. ad Demosth. Tom. IV. pag. 394. et 377. Fr.

Digitized by Google

Hegemon, Gratii ex Horatii numero, qui nullis litteris omnibus ad eloquentiam exercendam venerint, de quibus insignis locus est Syriani in Hermogen. pag. 16. ὥσπερ καὶ τὴν ὅλην ῥητορικὴν τέχνην οὐ βούλονται (τέχνην εἶναι), ἀλλ' ἐμπειρίαν, ἀπὸ τῆς τῶν μεταχειρισαμένων ἀπαιδευσίας ὁρμηθέντες, (leg. ὁρμηθέντων *)) οἷον Δημάδου τοῦ ἀπὸ τῆς πάνυ ἀνίπτοις τὸ τοῦ λόγου χεροῖν **) ἐπὶ τὰ ῥήματα πηδήσαντος, καὶ Ἡγήμονος καὶ Πυθέου, καὶ Ἀριστογείτονος. Hegemonem non tam Oratorem, quam sycophantam fuisse, dicit Troilus Sophista Prolegom. in Aphthon. pag. 596. Bibl. Coisl. ἡ ῥητορικὴ ἀντίστροφος τῇ συκοφαντικῇ, ἣς ἠγήσαντο Ἀριστογείτων καὶ Ἡγήμων. ἡ ἀνάπαλιν τροφος τῇ κολακευτικῇ, ἣς ἡγήσαντο Δημάδης καὶ Ἀριστόδημος. ubi *Hegemonis* nomen, quod e Codice, quo usus est, Montfauconius, excuderat, restituimus ex Versione horum Prolegomenorum, facta ab Hilariione Monacho Veronensi, quae sub titulo *Hermogenis Rhetorices compendium* reperitur inter Rhetores Latinos Aldinos, pag. 152. Hegemon, Philippi mimorum corruptus, Macedonum partibus favit. Pseudo-Aeschines Ep. XII. pag. 746. Liban. Tom. I. pag. 471. B. et Harpocrat. in v. ***) Maiestatis accusatus est ab Aristogitone. Demosthen. Or. I. adv. Aristogit. pag. 481. [pag. 784. Rsk. 80, 47. Bekker.] Tulit legem de cura pecuniae theatralis scribae committenda. Aeschines c. Ctesiph. pag. 335. [pag. 388, 25. Bekker.] et ibi Taylor. Praeterius

*) ὁρμημένων. Male. Vide Theod. Metochit. pag. 16. ed. Bourg. Guid. v. Ἀνακάμπτω. Tour.

**) Pro ἀνίπτοις χεροῖν, cui defendendo quid praeterea posset, haud me fugit, legi tamen malim ἀνίπτοις ποσίν. Insilitur enim in rem, non manibus, sed pedibus. Reisk. (pag. 190.)

***) Cf. Schaefer. Apparat. Crit. ad Demosth. Tom. II. pag. 349. sq. Fr.

ab a πρόπαππος, cum deligendus esset, qui orationem funebrem haberet. Demosthen. de Cor. pag. 577. [pag. 322. Reiz. 283. 285. Bekker.] Petit denique ut cum Iansico suo, Phocione. Plutarch. Phoc. pag. 751. C. 758. B. [cap. 33. et 35.]

Apsinatus, Isocratis privignus, et per adoptionem filius, orationes quasdam scripsit. Pseudo-Plutarch. pag. 836. B. et Suid. in v. Eius orationem πρὸς Μεγαλλείδην περὶ τῆς ἀντιδόσεως laudat Dionys. Halic. in Isocrat. pag. 102.

Menesaechmus, acerbus et vehemens aliorum et melioribus accusator, qui non modo Lycurgum, sed etiam eiusdem mortui liberos vexavit. Pseudo-Plutarch. l. c. pag. 842. D. E. et Photius l. c. pag. 1489. Ioannes Siceliota Commentario MS. in Hermogen. ὅθεν (Δημοσθένης) καὶ τῷ δήμῳ γράφει τὰς ἐπιστολὰς, συκοφαντουμένοις τοῖς Λυκούργου τοῦ ῥήτορος παισὶν ὑπὸ Μενεσαίχμου προθυμῶς δικαιοῦν. Ipse etiam a Lycurgo accusatus est. 78
Pseudo-Plutarch. l. c. pag. 843. C. Porro memoratur inter eos, qui Demosthenem propter acceptam pecuniam Harpalicam reum egerint. Pseudo-Plutarch. l. c. pag. 846. C. Sed, qualis fuerit, melius intelligitur ex Dionysio Halic. in Dinarcho pag. 117. ἀφαιροῦμαι δὲ τοὺς περὶ Μενεσαίχμου λόγους ἀμφοτέρους, Δεινάρχου —— δεά τε τὸν χαρακτῆρα ὑδαρῆς γὰρ, καὶ κεχυμένος καὶ ψυχρὸς καὶ ὅτε λέγων αὐτὸς ὢν οὔτε ἄδοξος, καὶ μετὰ Λυκοῦργον τὴν διοίκησιν τῶν δημοσίων χρημάτων παραλαβὼν, ἐξεταζόμενος δὲ πολλάκις αὐτὸς, ὡς ἐν τοῖς λόγοις περὶ ἀπάντων μηνύει καὶ ἐν ἰδίαις καὶ ἐν δημοσίαις ἀγῶσιν, οὐκ ἂν ἦν ἀδύνατος, ὥστε Δεινάρχῳ λογογραφεῖ χρῆσθαι. ubi legendum esse ὑπὲρ Μενεσαίχμου, conexus docet. Recte vero Dionysius negat, Dinarchum pro Menesaechmo orationes

scripsisse. Nam a Suida v. *Πρωγματεία* laudatur Dinarchi oratio *contra Menesaechmum*.

Hegesippus. Huic Aeschines *Κρωβύλον* cognomen per indibrium indidit, ex quo illud annotarunt Grammatici, Harpocration, Hesychius, Suidas, et, ut legitimum cognomen, tenuit Plutarchus. *) In republica Hegesippus eodem, quo Demosthenes, sensu fuit. Liban. Tom. I. pag. 461. A. auctor societatis cum Phocensibus ineundae. Demosthen. de fals. legat. pag. 139. 140. [pag. 264. Rsk. 326, 72. sqq. Bekker.] et Aeschines c. Ctesiph. pag. 409. [pag. 420, 118. Bekker.] ubi vide Taylor. item auctor belli Philippo indicendi. Demosthen. de Cor. pag. 496. [pag. 250. Rsk. 222, 75. Bekker.] Itaque in legatione Macedonica contume-
79 liose habitus a Philippo est. Demosthen. de fals. legat. pag. 231. [pag. 447. Rsk. 406, 331. Bekker.] Obiit etiam legationem ad Peloponnesios. Demosthen. Phil. III. pag. 95. A. [pag. 129. Rsk. 118, 72. Bekker.] Timarchum, ab Aeschine accusatum, defendit. Aeschin. c. Timarch. pag. 37. [pag. 231, 64. Bekker.] Callippum accusavit. Liban. Argum. orat. de Haloneso. Critici veteres ei tribuunt duas Demosthenis orationes, alteram *de Haloneso*, **) alteram *de foedere cum Alexandro*. ***) Vide Meursium Att. Lect. III. 7. Acuta eius dicta refert Plutarchus, Demosth. pag. 853. E. [cap. 18.] et Apophthegm. pag. 187. D.

---

*) Et alibi, et in Demosth. loco infra a Ruhnken. allato, ad quem de eo notavit Phil. Bartonus in edit. Vitt. Demosth. et Cicer. pag. 192. monente Cl. Wyttenbachio in Ann. ad Sel. Princ. Hist. Gr. Supplem. pag. 460. Brauman. Vid. Doct. Hom. Commentatio in Plut. Vitt. Parall. Vol. I. pag. 45. sq. ed. nostr. Fr.

**) Vid. Ernesti Schaumanni Prolegomena ad Demosth. pag. 88. sq. Quae ibi memoratur Weiskii nostri dissertatio repetita est in Schaef. Apparatu Crit. Tom. I. pag. 437. sqq. Fr.

***) Cf. Schaumann. l. l. pag. 42. Fr.

Digitized by Google

Moeroeles, Salaminius, nobilis inprimis demagogus. Harpocrat. in v. Saepe pro *Μοιροκλῆς* scriptum reperitur *Μυροκλῆς*. Nec multum referre putat Wolfius ad Demosth. de fals. legat. pag. 218. [Schaef. Apparat. Crit. ad Dem. Tom. II. pag. 717.] utro modo scribatur. Sed veram scripturam esse *Μοιροκλῆς*, docent Victorius ad Aristotel. Rhetor. III. pag. 649. et Meursius Att. Lect. I. 13. *) Moeroclis decretum adversus eos, qui mercatores iniuria afficerent, memorat Demosthen. c. Theocrin. pag. 547. [pag. 1339. Rsk. 538, 53. Bekker.] ubi vide Taylor. Accusatus est ab Euboio, quod a singulis eorum, qui metalla redemerant, vicenas drachmas exegisset. Demosthen. de fals. legat. pag. 218. [pag. 435. Rsk. 384, 293. Bekker.] In republica gerenda meliorum partium fuit. Liban. Tom. I. pag. 406. B. Itaque Antipater vel Alexander postulavit, ut sibi cum aliis demagogis dederetur. Vid. notas ad Rutil. I. 9. pag. 33. Laudatur ab Aristotele Rhetor. l. c. Praeclare H. Valesius ad Harpocrat. pag. 129. eius nomen restituit Timocli apud Athen. VIII. pag. 341. F.

Δημοσθένης τάλαντα πεντήκοντ' ἔχει,
Μαιμάριος εἴπερ μεταδίδωσι μηδενί.
Καὶ Μοιροκλῆς εἴληφε χρυσίον πολύ.

Ante legebatur *Μητροκλῆς*. Eiusdem nomen corruptum latet in Pseudo-Plutarcho l. c. pag. 842. D. *ἀποθανόντος δὲ (Λυκούργου) παρέδωκαν τοὺς παῖδας τοῖς ἔνδεκα, Μενεσαίχμου μὲν κατηγορήσαντος, γραψαμένου δὲ Θρασυκλέους.* Sic etiam in Plutarcho legit Photius l. c. pag. 1486. ut intelligatur, non recens natum, sed inveteratum mendum

*) Probante Cl. Wyttenbachio ad Plutarchi locum in Demosth. in Sel. Princ. Hist. Gr. Ann. pag. 425. Bergman. Vid. Doct. Hom. Commentar. in Plut. Vitt. Parall. Vol. I. pag. 38. ed. nostr. Fr.

Digitized by Google

esse. Lege: —— γραμματέων δὲ Μοιροκλέους.*) Nam Moeroclas Lycurgi liberos in carcerem coniecit. Demosthen. Ep. III. pag. 197. E. [pag. 1438. Rsk. 641, 1. Bekker.] εἰ δὲ Μοιροκλῆς ἀποπέφευγε, ταῦτα μὲν σοφώτερα ἢ καθ' ἑαυτὸν εἶπε· ἵνα δὲ μὴ ἀποδρῶσιν, αὐτὸς αὐτοὺς δῆσαι etc. Thrasicles, Pylagoras, est apud Aeschin. c. Ctesiph. pag. 408. [pag. 419, 118. Bekker.]

Polyeuctl. Duo hoc nomine Oratores fuerunt. Primus est, qui orationem, ab alio in Socratem scriptam, recitavit. Phavorinus apud Diogen. Laërt. II. 38. ubi Menagius male intelligit Polyeuctum Sphettium. Contra hunc orationem scripsit Antiphon Grammaticus Sangermanensis MS. [vid. Bekkeri Anecd. Gr. Tom. I. pag. 82, 85.] Ἀναδέδεται, οἷον ἐγγυῆσαι. Ἀντιφῶν πρὸς Πολύευκτον, Ἀστάλαγος Ἀλθαίᾳ. Alter, multo clarior, est Sphettius, dissentiens illo quidem in causa Midiana a Demosthene, ut patet ex Midiana pag. 137. [pag. 569. Rsk. 508, 139. Bekker.] sed in republica gerenda Demosthe-
81 nis rationem ita secutus, ut ille coniunctionem haberet neminem. Pseudo-Plutarch. l. c. pag. 844. F. et Liban. Tom. I. pag. 499. B. 422. A. Cum Demosthene et aliis legatus missus est in Peloponnesum. Demosthen. Phil. III. pag. 95. A. [pag. 129. Rsk. 118, 72. Bekker.] et Pseudo-Plutarch. l. c. pag. 841. E. Aliquanto post aliam ad Arcadas legationem suscepit. Pseudo-Plutarch. l. c. pag. 846. C. Crimen auri ab Harpalo accepti in eum iacit Dinarchus c. Demosth. pag. 103. [pag. 174, 100. Bekker.] cuius non unam adversus illum orationem Grammatici laudant. Corporis obesitatem, quae di-

*) Non adsentitur Schaeferus ad Demosth. Tom. V. pag. 743. „Thrasicles fuit ὁ γραμματεύς, Moeroclès, ut Archen, ὁ δήμαρχος." Fr.

centum impediret, in eo risit Phocion, Plutarch. Phoc. pag. 746. A. [cap. 9.] Luxuriam notat Anaxandrides apud Athen. IV. pag. 166. D. Eius de Demosthene et Phocione iudicium hoc fuit: μέγιστος μὲν ῥήτωρ Δημοσθένης, δυνατώτατος δὲ εἰπεῖν Φωκίων. Plutarch. Demosth. pag. 850. D. [cap. 10.] Phoc. pag. 753. F. [immo pag. 743. cap. 3.] Polit. praec. pag. 803. E. Iudicium de Aeschine quod Photius Cod. LXI. pag. 62. ad Dionysium Sophistam refert, Tzetzes Scholiis MSS. in Hermogenem tribuit Polyeucto, haud dubie duo diversa iudicia confundens. Orationes Polyeucti laudantur ab Aristotele Rheter. III. pag. 749. et Diog. Laërt. VI. 23. Elegans inprimis, quamvis aliquot mendis deformatum, ex oratione *contra Demaeidem* fragmentum est apud Apsinem Art. Rhet. pag. 708. Τί γὰρ σχῆμα ἕξει; τὴν ἀσπίδα προβέβληται; (f. προβεβληκότος) ἀλλὰ ταύτην γε ἀπέβαλεν ἐν τῇ μάχῃ τῇ περὶ Χαιρώνειαν. ἀλλὰ ἀκροστόλιον νεὼς ἕξει; ποίας; ἢ τῆς τοῦ πατρός; ἀλλὰ βιβλίον ἐν ᾧ φάσεις καὶ εἰσαγγελίαι ἔσονται γεγραμμέναι; ἀλλὰ τὴν Δία στήσεται προσευχόμενος τοῖς θεοῖς, καὶ πόνους ἐν τῇ πόλει, καὶ τὰ ἐσωνεία πᾶσιν ἡμῖν εὐχόμενος, ἀλλὰ τοῖς ἐχθροῖς ὑπηρετῶν. *) ubi mi-

82

*) In hoc loco emendando manus V. C. festinans ab eius sententia aberravit. Non enim προβεβληκότος ipsum dare voluisse, vel προβεβλημένον, extra dubium est. Verum tamen certior et convenientior haec videtur emendandi ratio esse, si legatur προβεβλήσεται. Referemus totum locum. Τί γὰρ σχῆμα ἕξει; Eccuam formam, quem habitum referet eius statua; τὴν ἀσπίδα προβεβλήσεται; num scutum proiectum ante se tenebit? ἀλλὰ ταύτην γ' ἐπέβαλεν ἐν τῇ μάχῃ τῇ περὶ τὴν Χαιρώνειαν. atqui scutum certe iniecit in pugna ad Chaeroneam. ἀλλ' ἀκροστόλιον νεὼς ἕξει; at rostra certe navis tenebit? ποίας; at cuius? ἢ τῆς τοῦ πατρός; num eius, quae, patre ipsius eam cum imperio trierarchi regente, capta fuit ab hostibus? ἀλλὰ βιβλίον; at codicem certe tamen tenebit? Recte ais. Codicem tenebit utique. Sed quem? ἐν ᾧ φάσεις καὶ εἰσαγγελίαι ἔσονται γεγραμμέναι. eum nempe, in quo perscriptae erunt eius delationes et iudicinae, quadruplatore, quam vire ha-

Digitized by Google

retan aliquis, quod Polyeuctus dicit, Demadem in proelio Chaeronensi scutum abiecisse. Nam Demosthenem, scuto abiecto, fugisse, Demadem in acie captum esse, inter omnes scriptores constat.

Pytheas. De eo quae ab antiquis scriptoribus narrentur, congessimus ad Rutil. I. 11. pag. 40. quibus adde locum Plutarchi Phocion. pag. 751. A. [cap. 21.] πρὸς δὲ Πυθέαν ἀρχόμενόν ποτε *) πρῶτον ἐντυγχάνειν Ἀθηναίοις, ἤδη δὲ λάλον ὄντα καὶ θρασύν, Οὐ σιωπήσεις, ἔφη, καὶ ταῦτα νεώνητος ὢν τῷ δήμῳ;

Stratocles. De eo diximus ad Rutil. I. 9. pag. 32. Hic addimus, *Patroclis* nomen in Pseudo-Plutarcho et Suida, cui *Stratoclis* substituimus, retinendum videri. Nam Patrocles, Phlyensis, demagogus, occurrit apud Demosthen. de Cor. pag. 509. [pag. 261. Rsk. 233, 105. Bekker.] Nec dubium est, quin adversus illum orationem scripserit Hyperides. Vide Meursium Att. Lect. I. 18.

Cephisodorus, Isocratis discipulus, inter Oratores refertur a Dionysio Halic. Ep. ad Amm. pag. 120. quem etiam vide in Isaeo cap. 111. Nullam eius orationem commemoratam invenimus. Sed tanto frequentius laudatur *Apologia Isocratis adversus Aristotelem*, de qua vide Ionsium de Scriptor. H.

---

nesto, digniores. ἀλλὰ νὴ Δία στήσεται προσευχόμενος τοῖς θεοῖς; *At profecto tamen, ita me Iupiter amet, referet eius statua habitum sublatis ad coelum manibus deos orantis?* Illene deos oret pro salute patriae? κακόνους ὢν τῇ πόλει, *qui tanto odio, tanta malignitate erga rempublicam ardeat?* καὶ τὰ ἐναντία πᾶσιν ἡμῖν εὐχόμενος, *et quae nostrum cuique inimica atque pestifera sunt, ea deos flagitet.* Non ita stabit, ἀλλὰ τοῖς ἐχθροῖς ὑπηρετῶν. *Sed famulans hostibus.* Mirificam vim et acrimoniam et igneam contentionem huic loco inesse, nemo facile est, qui non sentiat. Reisk.

*) Reiskius (pag. 190.) una litterula mutata legendum ait ἀρχόμενον τότε. Recte. Et sic Anonym. Cod. probante etiam Solano. Fr.

Digitized by Google

Ph. I. 13. pag. 96. Ad hunc Cephisodorum retulerim *Historiam belli sacri*, sive *Phocicos*, cuius duodecimum librum laudat Anonymus interpres, 83
quem Aspasium puto, ad Aristotelis Nicomach. III. pag. 46. b. Nam plerique Isocratis discipuli se ad historiam scribendam contulerunt.

Philiscus, Milesius, Isocratis discipulus. Suid. in v. Hunc Dionysius eodem loco inter Oratores recenset. Itaque δημηγορίαι, quas Suidas Philisto Syracusio tribuit, huic tribuendae videntur. Lycurgi Vitam ab eo scriptam laudat Olympiodorus Commentario MS. in Platonis Gorgiam. Vide Taylorum praef. ad Demosth. et Lycurgi Oratt. pag. 2. Eiusdem Epigramma in Lysiam conservavit Pseudo-Plutarchus pag. 836. cuius tenebras dispellere conati sunt viri praestantissimi, Ier. Marklandus apud Taylor. in Vita Lys. pag. 60. et Io. Toupius Emendat. in Suidam Tom. II. pag. 194. *) Inter Philisci discipulos fuit Timaeus, historiae scriptor. Vid. Suid. v. Τίμαιος.

Timocrates, Phaselites, Platonis, Isocratis et Aristotelis discipulus, item a Dionysio l. c. inter Oratores refertur. Stephanus etiam Byz. v. Φασηλίς, ei tribuit λόγους ῥητορικοὺς ἑπτά. ubi in corrupto ἑπτὰ orationum numerus latet. Eius *Apologiam Socratis* laudat Aristoteles Rhet. II. pag. 490. 495. aliam orationem, quae Νόμος inscripta est, ibid. pag. 994. Quali usus sit dicendi genere, docet Dionysius in Isaeo pag. 111. Reliqua, quae de Theodecte dici possent, non sunt huius loci.

Naucrates, vel Nausicrates, (non *Nauscratites*) Erythraeus, Isocratis discipulus. Cicero de 84
Orat. II. 23. III. 44. Orat. 51. Quinctilian. III. 6. pag. 129. [§. 3.] et Suid. v. Θεοδέκτης, et v. Ἰσο-

*) Cf. Reisk. Plutarch. Vol. IX. pag. 325. Fa-

κράτους. Excitatus exempło magistri, qui Euagoram mortuum laudaret, orationes funebres scripsit. Dionys. Halic. in Arte pag. 39. Talem orationem Cimonis memoriae ab illo consecratam esse, videor mihi colligere e Plutarchi Cimone pag. 491. C. [cap. 19.] Sed frustra quidam in Diogene Laërt. II. 55. legunt: καὶ Ναυκράτη Γρύλλου ἐγκώμιον γεγραφέναι. Nam Σωκράτη tenendum esse, contextus satis docendit. De Naucratis in dicendo facultate indicat Dionysius Halic. in Isaeo pag. 111. Plura Taylorus Lect. Lysiac. cap. III. Apud Suidam reperio, Philistum Naucratitam, vel Syracusium, scripsisse πρὸς τὸν Τρικάρανον λόγον *) περὶ Ναυκράτους quem locum cave de Naucrate, Oratore, accipias. Nam scribendum, περὶ Ναυκράτιος, de Naucratio, urbe Aegypti.

Isocrates, Apolloniates, Amyclae filius, Isocratis Atheniensis discipulus et successor, et quinque orationum auctor **). Suid. in v. Haio Harpocration v. Ἐπακτὸς ὅρκος tribuit Παραίνεσιν πρὸς Δημόνικον, quae vulgo Isocratis Atheniensis putatur. In quo Harpocration consentit cum Suida. Nam Apolloniatae προτρεπτικὸς λόγος, quem ille vocat, non alius est, nisi Παραίνεσις. Suidae testimonium effugit M. A. Muretum et H. Stephanum, qui de huius libelli auctore multis disputarunt, non item
85 elegantissimum virum, Iacobum Facciolatum in praefat. Paraenesis a se editae. Eundem Apolloniatem Isocratem, Suidas v. Θεοδέκτης et v. Ἰσοκράτης narrat, cum Theopompo, Theodecte, et Naucrate interfuisse certamini de laudibus Mausoli dicendis. At

*) Τρικάρανος λόγος. Lege, πρὸς τὸν Χίφωνα λόγον. Vid. Suid. v. Χάφων, ubi recte περὶ Ναυκράτους. Tour.

**) Fortassis idem scripsit Artem, memoratam ab Quinctil. Inst. Oratt. II. 15. 2. ubi vid. Spalding. Ed.

Pseudo-Plutarchus pag. 838. B. maiorem Isocratem Mausoli laudes cum illis decertasse scribit. Gellius etiam X. 18. esse dicit, qui *Isocratem ipsum cum iis, quas diximus, certamina memoriae mandaverint.* Sed omnem controversiam dirimit Theopompus, qui apud Porphyrium, cuius locum retulit Euseb. P. E. X. 3. pag. 464. gloriatur, magistrum Isocratem a se victum esse. Quis, qui Historicorum fidem recte aestimare didicit, non potius credat Theopompo, huius ipsius certaminis notori, quam certum Suidis, incertam famam sequitur? Tamen Taylorus Lect. Lysiac. cap. III. in alia omnia discedit, et Pseudo-Plutarcho, recte narranti, insultat. Tantam caliginem cupiditas doctis etiam hominibus offundere solet. In Apolloniatem Isocratem acerbe et contumeliose invehitur Auctor Socratic. Epist. XXVIII. pag. 65. τὸν δὲ Ποντικὸν μαθητὴν ἀπέδειξε τῆς αὐτοῦ σοφίας διδάσκον, οὐ σὺ πολλοὺς τιθεμένος σοφιστὰς βιβλιογράφον οὐκ ἐώρακας et mox pag. 67. μὴ θαυμάζειν δὲ, εἰ καί τινες ἐπαινοῦσι ὁ Ποντικὸς μολύνεσθαι †) καὶ φαυλότερον καὶ φαίνεσθαι τὸν λόγον. Sic ille locus scribendus, in quo, quid μολύνεσθαι esset, non intellexit Allatius. Lex. Rhetor. MS. [vid. Bekkeri Anecd. Gr. Tom. I. pag. 280. 10.] Μολύνεσθαι τὸ ἀμβλύτερον, καὶ ἀσυνθέτερον ‡) καὶ ἄνευ τοῦ ἄχου, ubi pro ἀσυνθέτερον lege ἀκανθάρτερον, et ad eandem normam corrige Photium Lex. MS. et Etymologum M. Illam vero inter Socraticas epistolam Cl. Valckenarius suspicatur a Speusippo scriptam, testamque ab Isocrate, qui illum

86

†) μολύτερον. Leg. καθίστερον. Vid. A. Gronov. ad Aeliani V. H. pag. 348. Schol. ad Nicandr. Ther. v. 32. et Suid. v. ῥαδία. Tayl.

‡) ἀσυνθέτερον. Vide Phot. in v. Tayl.

ipsum locum attigit Orat. ad Philipp. pag. 87. D. [pag. 96, 27. Rekker.]

Anaximenes, Aristocles F. Lampsacenus, discipulus Zoili et Diogenis Cynici, notior ut historicus, et dicendi magister, quam ut Orator. Vide Meursium ad Chaleid. pag. 419. et Vossium de Hist. Gr. I. 10. Attigit tamen genus deliberativum et iudiciale: Dionys. Halic. in Isaeo pag. 111. eiusque ingenio formata est oratio, quam Euthias *adversus Phrynem* habuit, ut ex Diodoro Periegete narrat Athenaeus XIII. pag. 591. E. ex Hermippo Harpocrat. v. *Βυθίας*, ubi vide Maussacum. Diodorus id sine dubio tradiderat in libris *περὶ μνημάτων*, quos laudat Plutarchus Theseo pag. 17. D. [cap. 36.] Themistocl. pag. 128. D. [cap. 32.] Cimon. pag. 488. C. [cap. 16.] Obiter monemus, *Διόδωρος* legendum esse in Pseudo-Plutarchi Hyperide pag. 849. C. ubi nunc editur: *Ἡλιόδωρος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ μνημάτων*. Vide Meursium ad Chaleid. pag. 414.

Crates, Trallianus, Isocratis discipulus. Diogen. Laërt. IV. 29. Huic tribuerim *λόγους δημηγορικοὺς καὶ προσβευτικοὺς*, quos Apollodorus apud Diogen. ibid. refert ad Cratetem, Atheniensem, philosophum Academicum. Frustra Menagius Cratetis
87 mentionem sibi reperisse visus est in Lucian. Rhet. praec. pag. 9. Nam ibi non Crates memoratur, sed Critias, statuarius, ut bene vidit Solanus.

Theopompus, Damasistrati F. Chius, Isocratis discipulus. De hoc Cicero de Orat. II. 13. *Postea vero, quasi ex clarissima rhetoris officina, duo praestantes ingenio, Theopompus et Ephorus, ab Isocrate magistro impulsi, se ad historiam contulerunt, caussas omnino nunquam attigerunt.* ubi vereor, ne sciolus aliquis inculcarit verba, *quasi ex clarissima rhetoris officina*, ex Brut. 8. et Orat.

Digitized by Google

13. *Causeas* Cicero intelligit *forenses*, ut contextus docet. Nam Dionysius Hal. Ep. ad Pompei. pag. 131. auctor est, Theopompum multas demonstrativi et suasorii generis orationes scripsisse. Immo Quinctilianus X. 1. pag. 500. [§. 74.] tradit, eum, *antequam ad historiam sollicitatus esset, diu oratorem fuisse*, atque eo *in historia similiorem esse oratori*. Ad suasorii generis orationes pertinent *αἱ πρὸς Ἀλέξανδρον συμβουλαί*, laudatae Ciceroni ad Attic. XII. 40. et Athenaeo VI. pag. 230. E. *Ἐπιστόλην πρὸς Ἀλέξανδρον* eas vocat Athenaeus XIII. pag. 595. A. quod aliquam epistolae formam haberent. Illa ipsa epistola referenda videtur inter *ἐπιστολὰς τὰς ἀρχαϊκὰς γραφομένας*, quas commemorat Dionysius l. c. ubi Fr. Sylburgius minus bene legit: *ἐπιστολὰς τὰς ἀρχαϊκὰς* vel *Ἀχαϊκὰς ἐπιγραφομένας*. verissime Valckenarius: *ἐπ. τὰς ἀρχαϊκὰς γραφομένας*. At cave *τὸν περὶ εὐσεβείας*, quem laudat Scholiast. Aristophan. ad Av. 1354. vel hra- 88
tionem Theopompi putes, vel librum, ut Meursius ad Apollon. Dysc. Histor. Mirab. pag. 99. et Vossius de Hist. Gr. l. 7. Scholiastae locus hic est: *Κύβεις — ἀπὸ τῶν Κορυβάντων. ἐκείνων γὰρ εὕρημα, ὡς φησι Θεόπομπος ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας.* Quem locum ad verbum descripsit Tzetzes Chil. XII. 496. Verum nemo dubitet, quin Scholiastes scripserit: *ὡς φησιν Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας.* Inter Theophrasteos hic liber censetur a Diogene Laërt. V. 50. Emendationem vero plane confirmant Porphyrius et Photius, illa ipsa verba, quibus *Κύβεις* a Corybantibus nomen invenisse dicuntur, ex Theophrasto afferentes. Alter de Abst. Anim. II. 21. *Μαρτυροῦσι δὲ ταῦτα οὐ μόνον ὑπὸ τῶν κύβεων, αἳ τῶν Κρήτηθεν εἰσὶ Κορυβαντικῶν ἱερῶν οἷον ἀνάγραφα τινὰ πρὸς ἀλήθειαν.* Sic ille locus scribendus. Alter Lex. MS. *Κύβεις*

Digitized by Google

Θεόφραστος δὲ, ἀπὸ τῶν Κρητικῶν Κορυβάντων· τῶν γὰρ Κορυβαντικῶν ἱερῶν βίον ἀντίγραφα αὐτοῦ εἶναι. Ex eodem Theophrasti libro fluctum est, quod Porphyrius habet II. 16. ubi pavem librariorum errorem deprehendimus. Nam pro Θεόπομπος ἱστόρησεν legendum Θεόφραστος ἱστόρησεν. De Theopompo hoc etiam narrat Suidas: γεγονὼς ὅτε καὶ Ἔφορος, Ἰσοκράτους ἀκουστής· ἅμα Ἐφόρῳ ἔγραψεν ἐπιτομὴν τῶν Ἡροδότου ἱστοριῶν ἐν βιβλίοις β'. Non injuria Vossio id mirum videbatur, duos summos viros tanillus rei simul operam dedisse. Sed prava interpunctio, quae etiam in Kusterianâ editione servata est, virum egregium fefellit. Recte Meursius l. c. inter-
89 pungendum vidit: γεγονὼς —— ὅτε καὶ Ἔφορος, Ἰσοκράτους ἀκουστὴς ἅμα Ἐφόρῳ ἔγραψεν etc. Theopompi *Epitomen Herodoti*, praeter Photium Lex. MS. et Suidam v. Σπουδάζω, laudat Grammaticus Sangermanensis MS. [vid. Bekkeri Anecd. Gr. Tom. I. pag. 80, 25.] Ἀναβῆναι τὸν ἵππον, ἀντὶ τοῦ ἐπιβῆναι. Θεόπομπος ἐν ἐπιτομῇ τῶν Ἡροδότου. ubi Herodoti verba a Theopompo servata ostendit Piersonus ad Moerid. Attic. pag. 4. Idem Grammaticus [Bekk. Anecd. Gr. I. pag. 104, 15.]: Κακόβιος. Θεόπομπος ἐν τῇ ἐπιτομῇ Ἡροδότου. et [ibid. pag. 115, 15.]: Φυγαδεῦσαι. τὸ φυγάδα ἐλάσαι. Θεόπομπος ἐπιτόμῳ τῶν Ἡροδότου. Quae loca huc retulimus, ut doceremus, Vossium, qui hanc Epitomen iuniori cuidam Theopompo tribuit, coniecturâ aberrare. Nam Grammaticus ille non nisi vetustissimos, et classicos, quos vocamus, scriptores laudat, ut eorum auctoritate vindicet voces et loquendi formulas, quas Atticiste temere damnassent.

Gnatiopus, Hyperidis filius, patris exempto eloquentiae studium secutus est, et orationes scripsit.

Bondo Plutarch. pag. 848. D. et Phocis pag. 1480. Eius orationem *contra Phocienses* laudat Plutarchus Phoc. pag. 743. C. [cap. 4.]

Agnon, vel Agnonides. Hic cum Theophrastum impietatis reum agere esset ausus, parum abfuit, quin ipse hoc crimine conflagraret. Diogen. Laert. V. 37. Atheniis pulsus a Magistratibus, post ab Antipatro, Phocidis principes, seditum impetravit. Plutarch. Phoc. pag. 754. F. [cap. 29.] Mox alterum Phocidi factionis dux et capitis, ob beneficium acceptum, ut Piraeei praeditorem, non damnavit. Nepos Phoc. 3. et Plutarch. l. c. pag. 756. F. 757. A. 758. A. [cap. 35. et 36.] Sed tum Atheniensis aera Phocionis damnati poenitentia subiisset, eius supplicio Phocionis manibus pretegerunt. Plutarch. l. c. pag. 759. B. [cap. 38.] Scripsit Agnonides *Rhetorices accusationem*. Quintilian. II. 17. pag. 105. [§. 15.] *Agnon quidem detraxit mihi intentionis ipsa fides, qua Rhetorices accusationem professus est.* ubi frustra laborat P. Burmannus, non animadvertens, *Agnonem* dici, qui alibi *Agnonides* dicatur. In Nepote l. c. multi Codices *Agnone* habent pro *Agnonide*; quod non de nihilo esse, hinc iudicat Vir summus, T. Hemsterhusius ad Lucian. Timon. pag. 157. qui plura exempla, in quibus nominum formae primitivae et patronymicae confundantur, dedit ad Aristophan. Plut. pag. 325. Statim de Oratore dicemus, qui modo *Democles*, modo *Democlides* vocatur. [1])

Cassandrenus. Dionysius Halic. in Dinarch. pag. 118. fatetur, se nihil huius Oratoris vidisse, sed in Tabulis Pergamenis ei tribui Dinarchi orationem *contra Demosthenem*. Quod non intelligendum de ora-

---

[1]) Cf. Spalding. ad Quinctil. l. c. Rehnk. ad Joseph. Mem. I. 2. 48. Fn.

tisque, quae nunc superest, sed de illis, quae periit. Nos quoque nullam huius Oratoris mentionem invenimus.

Hactenus eloquentiam vidimus summo fastigio stantem. Nunc, quomodo sensim inclinavit, sequitur, ut dicamus. Cicero de Orat. II. 23. *Postquam, extinctis his, omnis eorum memoria sensim*
91 *obscurata est et evanuit, alia quaedam dicendi mollioria ac remissiora genera viguerunt: inde Demochares, quem aiunt sororis filium fuisse Demosthenis; tum Phalereus ille Demetrius, omnium istorum, mea sententia, politissimus, aliique eorum similes extiterunt.*

De Demochare disputavimus ad Rutil. L. 2. pag. 17 quibus adde Corsinum Fast. Att. Tom. II. pag. 86.

De Demetrio Phalereo *) luculentus etiam locus est Ciceronis Brut. 9. *Phalereus accessit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus, quam palaestra. Itaque delectabat magis Atheniensem, quam inflammabat. Processerat enim in sudem, et pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis. Hic primus inflexit orationem, et leem mollem, teneramque reddidit, et suavius, sicut fuit, videri maluit, quam gravius: sed suavitate ea, qua perfunderet animos* (ὅπου χρὴ παρατλῆσαι, Longin.) *non qua perfringeret: et tantum ut, memoriam concinnitatis suae, non, quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis, cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, a quibus esset auditus.* Hunc primum inclinasse eloquentiam, etiam

*) Phalereus nunc Phalerius scribendum est, disputatur ad Rutil. Lupum pag. 128. Bergman.

Quintilianus dicit, X. 1. pag. 501. [§. 80.] Eius historiam enarrarunt Diogenes Laërt. V. 75. seqq. et Inc. Perizonius ad Aelian. V. H. III. 17.

Reliqui huius aetatis Oratores hi sunt:

Democrates, Theophrasti discipulus. Is Lycurgi 92
libros a Moerocli et Menesaechmi calumniis defendit. Pseudo-Plutarch. in Lycurgo pag. 842. D. *) Acerbo maledicto insectatus est Democharesi Timaeus apud Said. v. Ὦ τοῦ ἱερὸν πῦρ. Vide quae diximus ad Rutil. I. 2. pag. 8. Eum orationis eiusdem, quae Dinarcho tribuebatur, auctorem putat Dionysius Halic. in Dinarch. pag. 147. Democlides patronymica forma vocatur ab eodem Dionysio et Phinaeo l. c. Nec dubitem, quin Archon Epotimus fuerit Olymp. CVI. 1. Corsinus vero Fast. Att. Tom. IV. pag. 59. Democleidem Sphettium dicens, manifesto errore illum confundit cum Dromoclide Sphettio, eiusdem temporis Oratore, cuius mentio fit a Plutarcho Demetr. pag. 894. D. 905. B. [cap. 13. et 34.] Polit. praec. pag. 799. E.

Charisius. De eo diximus ad Rutil. I. 16. pag. 37. Erunt fortasse, qui eius nomen restituendum putent in Grammatico veteri Bibl. Coisl. pag. 439. Ὀργεῶνες εἰσὶν οἱ κοινωνοῦντες ἀλλήλοις θεῶν ἡρώων ἐν ἱεροῖς, καὶ κοινῇ θυηπολοῦντες, ὡς Χάρης λέγει ἐν τῷ κατὰ Διονυσίου καὶ πάλιν ὀργεῶνές τινες, ἐν ἀπολογίᾳ ὕβρεως παρὰ Ἡσιόδ. Sed Grammatici veteres non nisi decem Oratoribus Atticorum auctoritate uti solent, certe nusquam Charisii. Cl. Albertus ad Hesychium v. Ὀργεῶνες emendat Χάρης, intelligens Charetem, quem Suidas v. Ἀνθιπάτρος ut sibi cum aliis Oratoribus dedere-

*) Cf. supra pag. 80. ed. Lugd. Fa.

tisque, quae nunc superest, sed de alia, quae perit. Nos quoque nullam huius Oratoris mentionem invenimus.

Hucusque eloquentiam vidimus summo fastigio stantem. Nunc, quomodo sensim inclinarit, sequitur, ut dicamus. Cicero de Orat. II. 23. *Postaquam, extinctis his, omnis eorum memoria sensim*
91 *obscurata est et evanuit, illa quaedam dicendi mollioris ac remissioris genera viguerunt: inde Demochares, quem aiunt sororis filium fuisse Demosthenis; tum Phalereus ille Demetrius, omnium istorum, mea sententia, politissimus, aliique eorum similes extiterunt.*

De Demochare disputavimus ad Rutil. L. 2 pag. 1 quibus adde Corsinum Fast. Att. Tom. II. pag. 86.

De Demetrio Phalereo *) locuplenius etiam locus est Ciceronis Brut. 9. *Phalereus successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum hominum, sed non tam armis institutus, quam palaestra. Itaque delectabat magis Atheniensis, quam inflammabat. Processerat enim in oleum, et pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis. Hic primus inflexit orationem, et eam mollem, tenerameque reddidit, et suavis, sicut fuit, videri maluit, quam gravis: sed suavitate ea, qua perfundebat animos* (ὅπου χρὴ κατατήκων, Longin.) *non qua perfringeret: et tantum ut memoriam concinnitatis suae, non, quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis, cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, a quibus esset auditus.* Hunc primum inclinasse eloquentiam, etiam

*) Phalereus de Phaleris suo Peripatetico dictum est, disputatur ad Rutil. Lupum pag. 128. Bergman.

Quintilianus dicit, X. 1. pag. 501. [§. 80.] Eius historiam enarrarunt Diogenes Laërt. V. 75. seqq. et Iac. Perizonius ad Aelian. V. H. III. 17.

Reliqui huius aetatis Oratores hi sunt:

Democrates, Theophrasti discipulus. Is Lycurgi 92 liberos a Moerocli et Menesaechmi calumniis defendit. Pseudo-Plutarch. in Lycurgo pag. 842. D. *). Acerbo maledicto insectatus est Democharesi Timaeus apud Suid. v. Ὦ τὸ ἱερὸν πῦρ. Vide quae diximus ad Rutil. I. 2. pag. 8. Eum orationis eiusdem, quae Dinarcho tribuitur, auctorem putat Dionysius Halic. in Dinarch. pag. 147. Democlides patronymica forma vocatur ab eodem Dionysio et Pinaceo l. c. Nec dubitem, quin Archon Ipponimus fuerit Olymp. CVI. 1. Corsinus vero Fast. Att. Tom. IV. pag. 53. Democidem Sphettium dicens, manifesto errore illum confundit cum Dromoclide Sphettio, eiusdem temporis Oratore, cuius mentio fit a Plutarcho Demetr. pag. 894. D. 905. B. [cap. 13. et 34.] Polit. praec. pag. 799. E.

Charisies. De eo diximus ad Rutil. I. 10. pag. 37. Erunt fortasse, qui eius nomen restituendum putent in Grammatico veteri Bibl. Coisl. pag. 489. Ὀργεῶνες εἰσὶν οἱ κοινωνοῦντες ἀλλήλοις θεῶν ἡρώων ἐν ἱεροῖς, καὶ κοινῇ θυσιολοῦντες, ὡς Χάρης λέγει ἐν τῷ κατὰ Διονυσίου· καὶ πάλιν ὀργεῶνές τινες, ἐν ἀπολογίᾳ ὑπερῳῶν σαφῆς ποιεῖ. Sed Grammatici veteres non nisi decem Oratores Atticorum auctoritate uti solent, certe nusquam Charisi. Cl. Alberius ad Hesychium v. Ὀργεῶνες emendat Χάρης, intelligens Charetem, quem Suidas v. Ἀντιπάτρος ut sibi cum aliis Oratoribus dedere-

*) Cf. supra pag. 80. ed. Lugd. Fr.

tur, ab Antipatro postulatum scribit. Sed Charet imperator fuit, non Orator: de eaque Suidam acci-
93 piendum esse, planum est ex Arriano de Exp. Alex. M. I. pag. 22. [cap. 10.] Huc accedit, quod Iustinus XI. 4. narrat, non Oratores tantum postulatos esse, sed etiam duces. Equidem non temere suspicor, nomen Κάρης ex Δεινάρχου truncatum esse, cuius orationes κατὰ Δεωνίδου, et ἀπολογία ἑαυτοῦ laudantur a Dionysio Halic. in Dinarcho pag. 116. 118.

Hegesias, Magnes, Asiaticorum Oratorum antiquissimus, de quo disputavimus ad Rutil. I. 7. pag. 25.

Cleochares, Myrleanus, ex eodem numero Oratorum Asiaticorum, ut indicat patria. De eo disputatum ad Rutil. I. 2. pag. 5.

Isidorus, Pergamenus, postremus aetate Oratorum Asianorum, quos Rutilius laudat. Vide ad Rutil. II. 16. pag. 128.

Dareus, Myron, et Sosigenes, quos Rutilius laudat, *) et ipsi Asiatici Oratores fuisse videntur. Sed cum nullam eorum mentionem apud alios invenerimus, nihil certi pronunciare licet.

Recensitutus Oratores vere hoc nomine dignos, hoc ultra progredi constituimus. Nam quicunque post hos a Cicerone et aliis commemorantur Oratores Rhodii et Asiatici, non tam Oratores, quam Declamatores fuerunt. Itaque licebit illos ex hac Historia tollere, praesertim cum nec Gorgias noster ullam eorum rationem habuerit.

94 Sed tempus est, ut declaremus id, cuius causa omnis haec disputatio instituta est. Quaerebatur autem, quid sit, quare Gorgias, decem Oratoribus

*) I. 15. 20. II. 1. I. 8. II. 13. Fa.

Atticis, qui bene dicendi lex et norma habebantur, non contentus, aliorum etiam auctoritatem adhibendam existimarit? Antiquissimorum magistrorum in Rhetorica et Poëtica illustranda haec ratio fuit, ut per omnes Oratores et Poëtas vagati, quid in quoque rectum et pulcrum reperissent, laudarent, et ad imitandum proponerent, quid in quoque vitiosum, reprehenderent, et ad imitationem fugiendum negarent. Quae res non potest melius, quam Aristotelis exemplo, declarari, qui in dicendi praeceptis tradendis se non ut Demosthenem, aut reliquos novem Oratores, quasi in servitutem addixit, sed ex Andocide, Aristophonte, Iphicrate, Cephisodoto, aliisque multis excellentissimum quoque libavit. Poëtices praeceptis illustrandis exempla quamvis multa suppeditare poterant Homerus, Pindarus, Aristophanes, Sophocles, in suo quisque genere principes. At ille Empedoclem, Melanippidem, Ariaxandridem, Dicaeogenem, alosque plures assumendos putavit. Quod quin recte fecerit, non potest dubitari. Nam, ut Cicero dicit de Invent. Lib. 2, *in studiis a multis eligere homines commodissimum quodque, quam sese uni alicui certo voluit addicere.* Sed haec ratio mutata est tempore Ptolemaeorum. *) Exorti enim sunt duo summo ingenio et singulari doctrina Critici, Aristarchus et Ari- 95
stophanes Byzantius, qui, cum animadvertissent, ingentem scriptorum turbam plus obesse bonis literis, quam prodesse, suum iudicium secuti, certum omnis

*) Omnem hanc, quae sequitur, de Alexandrinis illis Grammaticis optimorumque scriptorum delectu disputationem exortus est super qui impugnaret refutaretque C. Ferdinandus Ranke, in Commentat. de Aristophanis vita (in ed. comoedd. Aristoph. quam emittere coepit Bernh. Thierschius, Tom. I.) P. I. cap. IX. pag. CIV. et sqq. Vid. infra pag. 66. et sqq. Fr.

Digitized by Google

generis scriptorum delectum haberent. Itaque ex magna Oratorum copia tanquam in canonem decem duntaxat retulerunt, Antiphontem, Andocidem, Lysiam, Isocratem, Isaeum, Aeschinem, Lycurgum, Demosthenem, Hyperidem, Dinarchum. Ex Heroicis poëtis recepti sunt Homerus, Hesiodus, Pisander, Panyasis, Antimachus: e Iambographis, Archilochus, Simonides, Hipponax: ex Elegiacis, Callinus, Mimnermus, Philetas, Callimachus: e Lyricis, Alcman, Alcaeus, Sappho, Stesichorus, Pindarus, Bacchylides, Ibycus, Anacreon, Simonides: e Tragicis, Aeschylus, Sophocles, Euripides, Ion, Achaeus: ex antiquae Comoediae scriptoribus, Epicharmus, Cratinus, Eupolis, Aristophanes, Pherecrates, Plato; ex mediae, Antiphanes et Alexis; ex novae, Menander, Philippides, Diphilus, Philemon, Apollodorus. In Historicorum censura probati sunt Herodotus, Thucydides, Xenophon, Theopompus, Ephorus, Anaximenes, Callisthenes. *) Tragicorum duplex ordo fuit. Principes illi, quos modo enumeravimus, τῆς πρώτης τάξεως fuerunt: Philiscus, Corcyraeus, cum sex aliis, quos recenset Scholiast. Hephaestion. pag. 32. 93. τῆς δευτέρας τάξεως. Vid. Suid. v. Φιλίσκος Κερκ. Hunc Criticorum cano-

*) Apud Beigmannum post *Ephorum* additur *Philistus*, et post *Callisthenem* etiam *Clitarchus*; cuius relato nomine adiiciuntur haec: „in *Philosophorum*, Plato, Xenophon, Aeschines, Aristoteles, „Theophrastus.“ de eaque se excusans ratione Berguianus in adnot. haec scripsit: „Philosophos, incertum quo casu omissos, suum in „locum restituimus ex Vita Ruhnken. pag. 145. sq. ubi idem ex„stat scriptorum census, ex Ruhnkeniano Indice, ut videtur, repe„titus, cum perdocta Cl. Wyttenbachii Annotatione pag. 286.: in„deque *Philistum* etiam et *Clitarchum*, quorum antea non erat fa„cta mentio, inter Historicos retulimus. Quam in alieno opere li„centiam, si tamen licentia est appellanda, quae mutuum et emen„datricem adhibet, ne ipsum quidem Ruhnkenium, si viveret, mo„leste laturum fore, certo confidimus.“ Fr.

nem, praeter Proclum Chrestomath. pag. 340. seqq. 96
et Grammaticum Bibl. Coisl. pag. 597, secutus est Quinctilianus libro decimo, ubi classicorum, quos dicimus, scriptorum densum agit. Primum vero delectum ab Aristarcho et Aristophane institutum esse, eiusdem Quinctiliani testimonio confirmatur, X. 1. pag. 496. [§. 54.] *Apollonius in ordinem a Grammaticis datum non venit, quia Aristarchus atque Aristophanes, poëtarum iudices, neminem sui temporis in numerum redegerunt.* Quo loco quaeri potest, quomodo Callimachus, Apollonii aequalis, in Elegiacorum ordinem venerit? Sed illum fortasse posteriores Critici in numerum redegerunt, sicut Tzetzes in Vita Lycophron. Apollonium in Pleiadem Poëtarum varii generis relatum tradit. Mox pag. 497. [§. 59.] *ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad ἕξιν maxime pertinebit unus Archilochus.* Scriptores, quos Critici in talem canonem retulissent, proprie dicebantur *in ordinem venire, in ordinem redigi, in numerum redigi, recipi:* contra, quos repudiassent, *numero eximi.* Quinctilian. I. 4. pag. 18. [§. 3.] *quo quidem iudicio ita severe usi sunt veteres Grammatici, ut —— auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero.* Quem locum Wowerius Polymath. cap. XVI. et alii, quos nominare non est necesse, sic acceperunt, quasi *in ordinem redigere* esset inter viles abiicere, *numero eximere*, ex inferiore loco in superiorem restituere. Quo quid potest dici perversius? Apud Graecos 97
signatum hac in re verbum est ἐγκρίνεσθαι. Suidas v. Δείναρχος. ῥήτωρ τῶν μετὰ Δημοσθένους ἐγκριθέντων εἷς. Photius Cod. LXI. pag. 64. Αἰσχίνην Φρύνιχος εἰς τοὺς ἀρίστους ἐγκρίνει. Cod. CCLXII. pag. 1460. ὧν λόγων τοῖς γνησίοις τρεῖς

Digitized by Google

καὶ τριάκοντα ἐγκρίνουσιν. Lex. Sangermaniense MS. v. Αἰμορυγχία. [vid. Bekkeri Anecd. Gr. Tom. I. pag. 362., 15.] Φρύνιχος μέντοι οὐκ ἐμφαίνει τὴν φωνήν. Sic Cl. Toupius Emendat. Tom. III. pag. 98. in Suida v. Πυθέας corrigebat: οὐκ ἐνεκρίθη μετὰ τῶν λοιπῶν ῥητόρων. Sed nihil mutandum. Nam simplex ἐκρίθη eandem vim habet. *) Ipse Suidas v. Λυκοῦργος. τῶν μετὰ Δημοσθένους κριθέντων ῥητόρων. et v. Νικόστρατος. ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐπὶ δευτέροις δέκα ῥήτορσι. et v. Ὑπερίδης. ῥήτωρ, τῶν πρώτων κεκριμένων δέκα εἷς. et v. Ἀλέξανδρος Αἰτ. ὡς καὶ τῶν ἑπτὰ Τραγικῶν ἕνα κριθῆναι. Contrarium est ἐκκρίνεσθαι. Diodor. Sicul. Tom. II. pag. 552. ὃν (Μύσωνα) ἀπτεσσῆσαν εἰς τοὺς ἑπτὰ σοφοὺς, ἐκκρίναντες τὸν Περίανδρον. Vide Scaligerum ad Euseb. Graec. pag. 419. et Kuhnium ad Diog. Laërt. VIII. 47. Haec autem Criticorum censura scriptoribus, quos diximus, tantum auctoritatis conciliavit, prope ut soli vigerent, et hominum studia tenerent. Certe Grammatici, qui sibi religioni ducerent, de Aristarchi iudicio dubitare, non nisi ab eo probatos, interpretandos duxerunt, et Rhetores tantum ex receptis decem Oratoribus, velut unis veris et legitimis, artem suam illustrarunt. Plus boni, an incommodi ex his Criticorum decretis profectum sit, in utramque partem
98 disputari potest. Utile erat, multos libros vulgares hominum manibus excuti, et perfectissima quaeque exempla ad imitandum proponi. Verum, quid perfectissimum sit, iudicare, quam anceps est et difficile! Nonne suspicari licet, alios ex hoc scriptorum choro fastidiosius exclusos esse, alios nimis indulgenter receptos? Cur, ut hoc utar, Dinarcho,

*) Cf. ad Rutil. I. §. 11. pag. 40. ed. Lugd. Fr.

Digitized by Google

quam ipsi veteres *hordeaceum Demosthenem* vocant, inter decem Oratores Atticos locus datus est, praeteritis Callistrato et Leodamante, quorum eloquentiam iidem laudibus in coelum ferunt? Quanquam video, Grammaticum Bibl. Coisl. l. c. novem tantùm Oratores Atticos, omisso Dinarcho, recensere. Sed sit unus et alter, quem admitti oportebat, repudiatus: teneat primas, qui secundae tribuendae erant. Leve hoc malum prae altero, quod inde consecutum est, videri debet. Etenim scriptores illi, quos Critici numero exemissent, primum legi, et in manibus versari, mox describi desierunt, et tandem, ut fieri necesse erat, plane interciderunt. Quae dicimus, exemplo, quo nullum reperiri potest clarius, illustremus. Narrat Photius Cod. CCLXII. pag. 1461. Paulum Mysum multas pulcerrimasque Lysiae orationes, velut spurias, damnasse. Ad cuius Critici auctoritatem cum se multi, qui ipsi, quid verum esset, iudicare non possent, temere contulissent, orationes illas obelo notatas desisse describi, atque ita, magno eloquentiae detrimento, periisse. Veruntamen non defuerunt, qui suis sensibus potius, quam decretis Criticorum, ere- 99
dere mallent, atque adeo saepe inter classicos scriptores referrent, quos ab illis praeteritos, vel reiectos scirent. Tales patroni uni ex Oratoribus, Aristogitoni obtigisse videntur. Nam Quinctilianus XII. 10. pag. 624. [§. 22.] ubi principes illos Oratores nominat, huius etiam mentionem interponit, et Hermogenes de Form. orat. I. pag. 296. superitatis exemplo ab illo petendo dicit. Itaque eius orationes diutius, quam aliorum, superfuerunt, quippe laudatae ab Harpocratione v. Αὐτομελίδης, et v. Θέρσανδρος. Supra e Quinctiliano monuimus, Aristarchi iudicio tres receptos esse iamborum scri-

ptores, in his Archilochum. Qui sint alii duo, dubitat Gesnerus V. C. ad Quinctil. an hodie scirí possit. Nobis satis certum videtur, Simonidem et Hipponactem fuisse, quos cum Archilocho coniungunt Lucianus Pseudolog. pag. 163. Proclus Chrestomath. pag. 342. et Grammaticus Bibl. Coisl. pag. 597. Sed ecce! Plinius, neglecto Aristarchi iudicio, iambographorum principem ponit Hero-
100 dem, IV. Ep. 3. *Ita certe sum affectus ipse, cum Graeca epigrammata tua, cum iambos proxime legerem. Quantum ibi humanitatis, venustatis! quam dulcia illa! quam antiqua! quam angusta! quam recta! Callimachum me, vel Herodem,* [Titzius ex Prag. Cod. dedit *Herodem*] *vel si quid* [*quis* ex Prag. Cod. Titz.] *his melius, tenere credebam.* *) Tzetzes etiam Prolegom. in Lycophro-

*) Interpretes multa ad hunc Plinii locum molliuntur, satisque ostendunt, se de Herode Iambographo ne fando quidem quicquam audivisse. Ex eius Choliambis fragmenta supersunt apud Zenobium VI. 10. Stobaeum S. LXXI. pag. 439. LXXVI. pag. 453. XCVI. pag. 520. CXVIII. pag. 591. et Maximum Tom. II. pag. 636. Nomen eius abiit in notius *Herodóti* apud Etymolog. M. pag. 411. 41. *Ζήτριον διὰ τοῦ ι συνεσταλμένον. καὶ παρὰ Ἡροδότῳ· Ἀγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζήτριον. ἔστι δὲ χαλιαμβικὸν τὸ μέτρον.* In mendosa *Ἡροδότῳ* haerebat Cl. Wesselingius Diss. Herodot. pag. 29. Idem Etymologi locus induxisse videtur Scaligerum ad Varron. de L. L. VI. pag. 189. [Tom. II. pag. 236. ed. Bipont.] ut Iamborum scriptorem *Herodotum* vocaret. Athenaeus III. pag. 86. B. laudat *Ἡρώνδαν ἐν Συνεφαζομέναις*. ubi Is. Casaubonus negat se alibi Herondam Comicum invenire. Verum non Comicus laudatur, sed, ut ex subiecto Choliambo apparet, Iamborum scriptor, Herodes, qui patronymica et Doribus propria forma *Ἡρώνδας* dicitur; quod bene vidit Salmasius Exerc. Plinian. pag. 111. Illam nominum formam illustrarunt Hemsterhusius ad Callimach. Fragm. pag. 590. et Valckenarius ad Schol. in Euripid. Phoeniss. pag. 364. Denique Herodem Iambographum cum Herode Attico gravissimo errore confundunt Interpretes Plinii, et Fabricius Bibl. Gr. Vol. VIII. pag. 710. [Ruhnkenii coniecturam probat Meinekius Cur. Crit. in Comicor. Fragm. pag. 48. not. 8. „Idem mendum est" inquit vir eruditissimus „in Zonarae Lex. pag. 957. ubi rem non expediit doctissimus „editor. Fuit autem ille *Herodes* Choliamborum scriptor, vixitque,

nem alios potius, quam Aristarchum, secutus, in iambis palmam defert Ananiae, Archilocho, Hipponacti. Eodem igitur modo Gorgias noluit alieni iudicii necessitate adstringi, sed liberum sibi putavit, eos laudare Oratores, quos suomet ipse sensu probasset. Ac nescio, an praesentiens, quid eventurum esset, Oratorum vulgo neglectorum ratione habenda cavere voluerit, ne in oblivionem hominum venirent, et tandem penitus interirent.

„nisi mea me fallit coniectura, Hipponactis temporibus, a quo „perstringi videtur in Fragm. ap. Schol. Nicandri Ther. 471. pag. „14. b. Ald.“ Fr.]

Digitized by Google

C. FERDINANDI RANKII

disputatio (vid. supra pag. 59.) concepta est his verbis:

Graecorum libertate deleta quum artium disciplinarumque cultura a regum tutela pendere incepisset, imprimis Alexandriae et Pergami Attali et Ptolemaei summo studio librorum copiam conquirere iisque suas ornare bibliothecas instituerunt. Undecunque igitur libros coëmentes paullatim tantam omnis generis librorum multitudinem sibi comparaverunt, ut in eorum bibliothecis quem primo librum, quem postea manibus teras, inscius haesiveris. Posteaquam igitur omnium librorum multitudinem notaverant omnesque scriptores, quantum id fieri potuerat, collegerant; in ordinem singulos redigere suoque quaeque loco ponere erat necessarium. Quo facto extiterunt viri docti prudentesque, qui omnium scriptorum, qui in Graecia per multa saecula floruerant, nomina eorumque libros, qui erant aut iam recepti in bibliothecas aut in posterum recipiendi, colligerent eorumque tabulas (πίνακας) conderent. *) Ex eo tempore de librorum auctoribus accurate explorare institutisque disquisitionibus, an eorum essent opera, quibus vulgo distribuerentur, suam iudicii sagacitatem exercere coeperunt. Neque credi potest, reges de librorum nobilissimorum conquisita multitudine superbos, invitos haec criticorum studia admisisse, **) quia simul summorum virorum a se nutritorum gloria valde gaudebant. Prodiit praeterea ars singulos scriptores interpretandi et emendandi. Nati igitur sunt critici libelli diversorum generum, quorum tamen nullus nostram aetatem tulit, quanquam Pergamenorum hominum studia etiam multo minorem, quam Alexandrinorum vim in posteritatem exercuerunt.

Quanquam illa aetas non ab omni parte poëtis carebat scripto-
105 ribusque excellentibus, tamen veteres longe praestantiores esse re-

*) Primus praestantissimum librum, πίνακας τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις κ' καὶ ρ', Suida teste, inscriptum, condidit Callimachus. cf. Demosthenis Philippicas orationes a Beckero in patrium sermonem translatas pag. 505. seqq. Alexandrinorum consuetudinem exceperunt Pergameni grammatici, de quibus disputantem audi eundem Beckerum pag. 507.

**) Ita minus recte Beckerus iudicasse videtur, l. l. pag. 508.

Digitized by Google

centoribus quum omnes crederent, inventionisque sollertia evanuisset hominesque essent doctiores quam ingeniosiores: natus est veterum scriptorum imitandorum amor vehementissimus. Inter omnes qui his studiis dediti Alexandrini commemorantur, amoremque hunc augere et quid in quoque scriptore imitandum, quid fugiendum sit ostendere susceperant, gloriam summam sibi conciliasse videntur Aristophanes et Aristarchus, Aristophanis discipulus et auditor. Quorum instituta ut intelligamus, non unum est et alterum adpiciendum, sed simul contemplanda sunt cuncta: Aristophanes igitur quum quae genuina et spuria in veterum scriptorum libris essent disquireret, accentus et interpunctionem inveniret, plurimumque scriptorum veterum libros interpretaretur, emenderet, et in ordinem redigeret, virtutes illorum et vitia percenseret, grammaticamque scholam primus aperiret *) quid aliud potuit, quam universe veterum scriptorum lectionem et imitationem omni modo adhavere, hominumque exercere institutionem et eruditionem. Aristarchus in his omnibus praeceptoris vestigiis inhaesit eisque coepta perficere instituit. **) Itaque condidisse utrumque artem grammaticam, tota antiquitas merito clamat. ***) Atque nisi fallor egregie, Aristophanis quae de singulis rebus grammaticis fuerit sententia, ex parte non ipse suis libris vulgavit et edidit, sed eorum cum doctis viris communicandorum honorem et gloriam reliquit discipulis. Quanquam enim Suidas enarrat, commentarios eum permultos conscripsisse „συγγράμματα δὲ αὐτοῦ πάνυ πολλά", tamen certa reperiuntur signa, sententias eius haud paucas non ex ipsius libris sed ex discipulorum scriptis demum innotuisse. Quod in Homericis lectionibus excerpendis interdum auctorem suum scholiastae produnt Callistratum, alia ex caussa, quam Wolfius detexit, 106
vere explicatur. ****) Sed quum commentariorum, quos ad Aristophanem scripserit, nulla reperiantur vestigia, †) ea Callistratus ab Aristophane ipso audivit, neque ex eius libris editis hausit. ††)

*) Cf. Wolf. Prolegg. pag. CCXVI. seqq. Sumus enim adhuc in his rebus semper ad Wolfium provocare coacti, testem sane locupletissimum, sed quem alii excipere et quaestiones ab eo tam feliciter institutas ad finem perducendas suscipere iam dudum debuissent. cf. Rhenanum Museum Niebuhrii Vol. I. pag. 199. seqq.

**) Cf. Wolf. Prolegg. pag. CCXXVII. seqq.

***) Cf. Ei. Prolegg. pag. CCXLVI. Sext. Empir. adv. gramm. pag. 124. Iacobs in Erschi et Graberi Encyclopaedia V. pag. 260.

****) Wolf. Prolegg. pag. CCXXI.

†) Stoecker de schol. pag. 6.

††) Cf. schol. Arist. ad Vespp. 106. Superest, ut addam, quod quae dixi antea de Aristophane ex Suidae lexico, explicet et confirmet. Protuli enim verba quaedam, quae s. v. Ἀριστοφάνης nomen in nostris exemplaribus reperiebat; ego autem eo tribuere sum conatus. Nam praeterquam Fabricius et Schweighaeuserus in iniquos errores lapsi, de Aristonymo praedicarant, comicos poetas, quae ad alium quem pertinent: primus pro sagacitate sua Meinekius reperit, Q. Sc. II. pag. 40. esse ea ad Aristophanem grammaticum referenda, Aristonymoque adimenda. „Excidisse igitur" dit „videtur in Sui-

Digitized by Google

lum si intrarent, delectus et consensus veterum scriptorum optimorum esse ab Aristophane et Aristarcho institutus, quomodo id, si verum est, intelligendum sit, facile patebit. Volebant sine dubio optimorum scriptorum et lectionem et imitationem adiuvare. Neque verum potest esse, quod Naekius opinatur, *) praeter praestantiam scriptorum id etiam spectasse eos, „ut reciperentur, qui aliquod illis neglectum genus rerum aggredi et redintegrare hoc consilio; successu quosunque, ab insigni tamen exemplo studuissent." Millia enim exemplorum abunde dedent, nihil eos spectasse, nisi ut optimos praestantissimosque scriptores nominarent, qui imitandi dignique essent, quibus erudiretur iuventus. Quod autem duo indicantur eiusdem rei auctores, id iam Wolfius recte intellexisse videtur. **) Animadvertimus enim, Quinctilianum interdum utrumque grammaticum, interdum unum duntaxat, iudicii auctorem appellasse. ***) Ubi autem utrumque commemorat, tamen Aristarchum primo, Aristophanem secundo loco nominavit, ubi unum, de solo locutus est Aristarcho. Qua ex re illum delectum esse ab Aristophane quidem institutum, sed ab Aristarcho absolutum, est probabile: ita ut quae antea dixi, iis haec optime conveniant. Cogitari enim potest, post Aristophanis mortem vulgasse Aristarchum iudicium Aristophanis eamque addidisse sententiam.

---

dae verbis nomen Aristophanis, cui quidem suspicioni non obstat, opinor, quod alio loco seorsim de Aristophane egit *homo negligentissimus*: idemque ei etiam aliis in locis accidisse neminî ignotum est." Vides exemplum iniustissimae criminationis. Excidere illo loco nomen Aristophanis duabus de caussis non potuit. Nam quum Suidas ordinem vocalium consonantiumque suum optime servaverit ubique, non poterat post Ἀριστόνυμος ponere Ἀριστοφάνης. Deinde sane interdum ex diversis libris bis de eadem re loquitur, sed non tam indiligenter, ut ab genitivis incipiat, quos cum alio nomine coniungere non licet „Πτολεμαίου τοῦ φιλαδέλφου" et quae sequuntur. Ut dicam quod sentio, culpa non est lexicographi, sed librariorum, qui quae coniungenda erant, distraxerunt. Aristophanis igitur vita, ab Suida descripta, haec est: Ἀριστοφάνης Βυζάντιος, γραμματικός, υἱὸς Ἀπελλοῦ ἡγουμένου στρατιωτῶν· μαθητὴς Καλλιμάχου καὶ Ζηνοδότου· ἀλλὰ τοῦ μὲν νέος, τοῦ δὲ παῖς ἤκουσε· πρὸς δὲ νούτοις καὶ Διονυσίου τοῦ Ἰάμβου καὶ Εὐφορονίδα τοῦ Κορινθίου, ἢ Σικυωνίου· γέγονε δὲ κατὰ τὴν μ΄. Ὀλυμπιάδα, βασιλεύοντος Πτολεμαίου τοῦ φιλαδέλφου, καὶ γοῦν μετ' αὐτὸν τοῦ φιλοπάτορος· καὶ προέστη τῆς τοῦ βασιλέως βιβλιοθήκης μετὰ Ἀπολλώνιον, ἔτος ἄγων ξδ΄. διασκευασθεὶς δὲ ὡς βουλόμενος πρὸς Εὐμενῆ φυγεῖν, ἐφυλάχθη ἐν εἴρκτῃ χρόνον τινά· ἠφείθη δὲ καὶ ὑπὸ στραγγουρίας τελευτᾷ ἔτη βεβιωκὼς οζ΄. συγγράμματα δὲ αὐτοῦ πάνυ πολλά." Ex his apparet, haec omnia arctissime cohaerere, et nunc demum plenam vitae descriptionem continere, quatenus de reliquis grammaticis in Suidae lexico reperitur. Quae antea de Aristophane apud Suidam reperiebantur, eaeis manca et imperfecta fuerunt.

*) Naeke Choeril. pag. 18.

**) Wolf. Prolegg. pag. CCXVIII.

***) Quinctil. Institt. Oratt. X. 1. 54. 59.

Digitized by Google

Ut ne in incerta et dubia delabamur, numero in disquisitione progressi, ad eam, quam nobis proposuimus, accedere cogimur disputationem, quid ventilandum sit de illo delectu classicorum scriptorum et in quoque genere principum, quem Alexandrinis grammaticis, Aristophani et Aristarcho, ut Ruhnkenius, Wolfius, Wyttenbachius, *) aliique sexcenti autumant, debemus. Nititur autem tota Ruhnkenii narratio mera coniectura. **) Etenim nemo de Aristarcho et Aristophane, tanquam de Graecorum scriptorum 108
iudicibus praeter Quinctilianum, quantum ex scriptis veterum hucusque repertis videre licuit, locutus est. Iam quum duobus vel tribus eorum iudiciis, quae ex Quinctiliano cognoscimus, grammaticum Cotellianum et Proclum constare videret, eos quoque in singulis iudiciis suis totos esse ab Alexandrinorum iudicium composuisse est suspicatus. Quod quo iure fecerit, videamus. Quinctilianus igitur in Institutionibus Oratoriis quum quomodo copia eum iudicio oratori esset comparanda docere vellet, ut optima legerent et audirent, praecepit; ***) et quum Theophrastum plurimum oratori conferre lectionem poetarum dixisset, et Cicero in hac lectione acquiescendum putasset, eorum sententiae assensum profitens, omnes tamen scriptores alero quodammodo orationem posse contendit. ****) Quibus dictis, quum id necessarium esse crederet, qui sint potissimum legendi, praecedentibus adiungere constituit, †) consiliumque suum ita persequitur, ut primum Graecorum, dein Latinorum scriptorum praestantissimos utilissimosque oratori percenseat. Ut in Latinis scriptoribus diiudicandis eum non aliorum, sed suum ipsius iudicium secutum esse par est: ita in Graecorum scriptorum delectu non raro eius dissensum ab aliis animadvertimus. ††) Quid mirum igitur, si ne celeberrimis quidem grammaticis parebat, et ab Aristophanis quoque et Aristarchi iudicio suum seponebat et segregabat? †††) Non enim obliviscen-

---

*) Cf. Ruhnk. Hist. Oratt. pag. 368. seqq. ed. Friedem. Wyttenbach. Vit. Ruhnken. pag. 144. seqq. 286. seqq. Wolf. Prolegg. pag. CXC. n. 60. CCXVIII. n. 89. Cf. Bernhardy Wissenschaftl. Synt. pag. 31. qui paullo obscurius suum explicuit opinionem, ut vix eam assequi possis; ac praeterea tabularum (πινάκων) indolem ac naturam non satis cognovisse videtur. Indices ex bibliothecis sumptos a grammaticorum de poëtis iudicio accurate discernit Quinctilianus Institt. Or. X. 1. §. 57. de cuius verbis Spaldingius bene disputat.

**) Qui Ruhnkenii narrationem legit „Exorti enim sunt duo“ cett. vix credet, haec omnia ex obscuris signis coniectura eum assecutum esse.

***) Institt. Oratt. X. 1. §. 8.

****) Ib. §. 27. seqq.

†) Ib. §. 37.

††) Ib. §. 56. Videtur in his Dionysii Halicarnassensis vestigia pressisse; de qua re antea diximus. Animadverte tamen, in iudicio de Oratoribus Graecis lato, X. 1. 76 — 80. Isaeum omitti, Phalereumque addi Demetrium a Quinctiliano.

†††) Ib. §. 54. 59. Postea sermo erit de Pisandro, §. 56. eo numero reiecto.

Digitized by Google

dum est, oratorem eum formare et instituere velle, neque universe de omnibus scriptoribus ita, ut veram eorum dignitatem ostenderet, iudicare. Sunt tamen, quae ex eius verbis facile elici
109 possint. Quinctilianus enim *) puerum, postquam legendi scribendique adeptus est facultatem, mittit ad grammaticos, eorumque artem maximi esse faciendam ratus, reprehensores et contemptores eorum refutat. Artis grammaticae partes duas facit, recte loquendi scientiam et poëtarum enarrationem: **) mixtumque his omnibus sit esse iudicium: quo tam severe usi essent, ut adeo auctores ***) alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. His dictis demum, exuti iubet omne scriptorum genus; quae ex re ad poëtas potissimum pertinisse artem grammaticam sole clarius elucet. Reliqua idem confirmant. Ad grammaticorum enim iudicium sanctissime provocat, apud nemquam propter pedestrem scriptorem, semper propter poëtas, ut Antimachum, Philetam, et iambicos. ****) Quid multa? docet Quinctilianus, optimos quosque poëtarum grammaticos Alexandrinos, ac nominatim Aristophanem et Aristarchum in ordinem recepisse, minus bonos numero eiecisse. Quae sine ulla hesitatione nobis dicere licet, poëtas classicos †) imitationi et lectioni hominum esse propositos et commendatos. Quod autem ex Quinctiliani loquendi ratione colligimus, idem omnibus, quae aliunde scimus, demonstratur. Legimus Immanuelis Bekkeri beneficio Dionysii Thracis ††) grammaticam artem multaque ad eam explican-
110 dam augendamque scriptas variorum scholiastarum commentationes. Quo in libro quamquam ab initio statim †††) ars grammatica non ad solos trahitur poëtas, sed simul ad pedestres scriptores; tamen

---

*) Ib. 1, 4. 1.

**) Scholiasta ad Dionysii Thracis grammaticam artem ap. Bekk. Anecd. II. pag. 736. seq. quattuor partes grammatices enumerat, διορθωτικόν, ἀναγνωστικόν, ἐξηγητικόν, κριτικόν, quae antiquitus fuerint doctae. Quinctilianus huic non adversatur. Cf. Anecd. Bekk. pag. 659. l. 1. 28. 728, 32.

***) Wyttenbachius l. l. contra scriptoris mentem auctorum nomine solos poëtas significari credit. Lege modo sequentia „Nec poëtas legisse satis est" cet.

****) Institt. Oratt. X. 1. 53. 58. 59.

†) Wyttenbachius, Vit. Ruhnk. pag. 145. *auctorum classicorum* nomen a censu Aristophanis et Aristarchi repetit, immemor, credo, Romanae originis. Apud Romanos enim valuit modo scriptorum classicorum nomen, apud quos modo non dissimili, habita ratione census, in classes divisi erant cives. Qui igitur prima erant classe recepti, classici appellabantur; infra classem, qui in secunda classe. cf. Cic. Acad. Quaest. IV. cap. 23. Gell. N. A. XIX. 8. VII. 13.

††) Non satis constat inter grammaticos, utrum ille Aristarchi fuerit discipulus, an alius quis. Profecto recte disputasse videtur, qui Bekk. Anecd. pag. 672. eum patre Pero, vel Peso natum esse contendit. cf. pag. 723.

†††) Bekk. Anecd. II. pag. 629, 1.

Digitized by Google

in reliquis omnibus poetas imprimis respicit. Grammatica autem in sex partes divisa, ultimam vocat κρίσιν ποιημάτων, omnibus enim γράμμασι. *) Simili deinde ratione ductus, περὶ ἀναγνώσεως ubi loquitur, poetarum modo exempla ponebat **) denique periodum de orationis distinctionibus exposuit, de rhapsodiarum numero suam proponit opinionem. ***) Scholiastae autem non minus saepe illi loquuntur, tanquam ars grammatica imprimis propter poetarum lectionem eumque loquendi orta, eorum libros poetarum spectasset. ****) Quae quidem omnia quum nostra favent sententiis aliarum tamen rerum testimoniis non minus comprobantur. Accedit enim causa, quam gravissimam esse puto, Aristarchum, quantum scimus, nullum unquam conandum et interpretandum suscepisse pedestrem scriptorem poeticque solis omnia sua studia impendisse. †) Neque Aristarchi praeceptor praeter Platonem et Epicurum, 111
pedestrium scriptorum quenquam adhibere videtur, ††) ita ut id unum apparet, fortasse praeter poetas eum de philosophis, quos ipse mire errore omiserat Ruhnkenius, †††) tulisse iudicium.

His omnibus collectis patet, Aristophanem et Aristarchum poetarum chorum distinxisse, multosque eorum in numerum redegisse, et multos ex ordine eiecisse; de pedestribus scriptoribus aut omnino non iudicasse, aut si iudicarint, (quod in tanta testium inopia in

---

*) Ib. 8.

**) Ib. 17—21.

***) Ib. pag. 650, 19—22.

****) Est enim scholiasta, qui pag. 658, 15. explicare vult τὸ αἴτιον, ut ait, τῆς γραμματικῆς, et dum vel διάφασιν, vel σαφήνειαν artem peperisse tradit, haec addit verba: „πολὺ πλέον ἐπιζήτησαν τὴν γραμμάτικὴν ἐν τοῖς ποιήμασι.“ Alius grammaticam artem celebrat, quia διδάσκει κάλλος ποιημάτων, 669, 25. 670, 2. coll. 725, 8. 15. (Saepe enim Bekkerus pluribus locis idem eadem verbis dictum bis terque recudi iussit.) Alius κρίσιν ad poetas pertinere dicit, 786, 29. Alius, cur Dionysius de voce ῥαψῳδία disputarit, eadem ratione explicat, pag. 785, 1. 25. Alii cum Dionysio, si definitionem produnt, pedestres scriptores addunt: si simpliciter sententiam suam depromunt, omittunt, 667, 22. seqq. 658, 13. seqq. Adde, quo modo Dionysii grammaticam interpretantur, 741, 24. seqq. Audi praeterea scholiastam, qui quo consilio inventa sit recentior grammatica exponit, pag. 729, 21—25. Praeclare enim, quae antea disputavimus, confirmat: „καὶ τῆς μὲν τέλος τὸ εἰς ἀναγνώσκειν, τῆς δὲ τὸ εὖ γράφειν.“

†) Cf. Wolf. Prolegg. pag. CCXXX. Wellauer in Erschi Encyclop. V. pag. 231. Imprimis observanda sunt, quae in Aristarchi laudem Panaetium philosophum dixisse accepimus, μάντιν eum nominasse, „διὰ τὸ ῥᾳδίως καταμαντεύεσθαι τὴν τῶν ποιημάτων διάνοιαν.“

††) Id. ib. pag. CCXII. Wyttenb. Vit. Ruhnk. pag. 287. Iacobs in Erschi Encyclop. V. 260.

†††) Wyttenb. Vit. Ruhnk. pag. 288. Bergman. ad Hist. Crit. Orat. pag. 369. ed. Friedem. [Vid. supra pag. 69.]

Digitized by Google

dum est,
verse de
ostenderet.
109 possint.
dique ad
artem m
eorum r
scientia
esse i
alios i
dictis
poëta
cet.
saepi
semp
Quid
mati
in
ull
le
Q
s
n
110 d
(
i

[illegible] non integri fuerunt [illegible] non tantum, quantum par [illegible] *) Neque tamen negaverim, alios [illegible] criticam artem factitasse, et [illegible] sincero iudicio aut laudasse [illegible], aut reprehendisse et ex he[illegible] agente enim omnium animi ad [illegible] Oratorum eodem et numerus natus [illegible] explicatione meam opinionem expe[illegible] quam dubia et incerta Rubnke[illegible] luculento intelligemus. Is enim [illegible] statim ab initio suae auctorem [illegible] non concentine animadvertit, ne[illegible] vitam ingressus sit non ne, admonitus [illegible] non decem, quos simul Athenis [illegible] admiratus, **) sed novem no[illegible] hanc sciebat Rubnkenius, non immo[illegible] exclusi potuisse. ***) Accedit quod [illegible] neque rhetorum, decem illos [illegible] ab Aristarcho in ordinem esse redactos, [illegible] ****) Quinctilianus ipse ita loquitur, ut certo[illegible] iudicium in hoc numero indicando esse [illegible] quidem signum nobis praebuerit. Ut tamen [illegible] de Oratoribus suum iudicium tulisset, [illegible] licet, nonne omnia eorum verba a posterio[illegible] obscurata, sed deleta vique ventorum rapta [illegible] Oblitusne erat Rubnkenius, quum, quoniam [illegible] diligenti duxerunt in rebus grammaticis et impri[illegible] pertinentibus de Aristarchi iudicio dubitare, [illegible] de decem Oratoribus latum referret, Pho[illegible], sed ad Phrynichum ut Aeschinem opti[illegible]? †) ipsumque Quinctilianum paucos tan[illegible] memorasse, iisque Phalereum Demetrium [illegible] compertum habebat illo tempore, quod postea [illegible] in arte critica deportata scripsit Schardanus tradidit? †††) qui quum ipsi rhetores essent,

[illegible] narrationem, qua omnes libros ex ordine quoti[illegible] perlegisse dicitur, Wolfius risit, Prolegg.

[illegible] Orat. X. 1. §. 76.

[illegible] Crit. Hist. Orat. pag. 371. ed. Fried. [supra pag. 63.]

[illegible] memoratu dignum est, quod in Oratorum prae[illegible] diluidicanda Dionysius Halicarnasseusis nunquam [illegible] et Aristophanem, tanquam oratorum iudices nunca[illegible] nominavit et reprehendit. Beckeri De[illegible] 309.

[illegible] pag. 64. Hist. Cr. Or. pag. 370. [supra pag. 61.]

[illegible] Orat. X. 1. 80.

†) De vita et scriptis Longini, pag. 430. seq. ed. Fried. [illegible] in Porphyr. pag. 18. „καὶ κρίνειν γε τοὺς παλαιοὺς

et de Oratoribus suam opinionem exponebant, meliorem quam grammatici auctoritatem sibi deposcebant. *) Et ut ad singulas descendam, quam diversa de Andocide apud veteres scriptores audimus iudicia? **) Profecto sine doctorum virorum consilio numerus ille 118
decem Oratorum inter ipsos Athenienses ortus videtur esse; quia decem Oratores a Solone erant instituti. Graeci enim, quaecunque in numerum redigere et in ordinem digerere susceperunt, semper studuerant numerum efficere aut divinis aut humanis rebus sanctum. ***) Quare quum septem una aetate sapientes viros vixisse, vox populi significasset; mente doctorum virorum, iudicii errorem quamvis maximo iure suspicatus esset, dempto aut addito uno, sanctum turbare numerum suasu est. Plato igitur quum Periandrum eorum numero eximendum esse iudicasset, eius loco Myscnem adiicere sese coactum esse intelligebat. ****) Musas praeterea Graeci venerabantur novem et tres Gratias. Novem propterea fuerunt lyrici poëtae, ad Musarum numerum coniuncti; unumquemque eorum ἀριθμὸς Μουσῶν ἔχειν dicebatur. †) In novem libros Sapphonis carmina lyrica erant descripta; ††) novem Musis singuli Historiarum ab Herodoto compositarum libri dedicati. Nam igitur trium Gratiarum caussa tres venerabantur prae ceteris poëtas tragicos, comicos,

---

ἐκπέφυκτο, καθάπερ πρὸ ἐκείνου πολλοὶ τινες ἕτεροι καὶ ὁ ἐκ Κιλίκων Διονύσιος πάντων ἀριδηλότερος — ἀλλ' ἡ Λογγίνου πάντων ἐπράκει πρίσις."

*) Tamen Aristarchus, Dionysius et Longinus possunt inter se propterea comparari, quia scriptorum iudices, ipsi aut nunquam aut non bene proprios libros composuerunt; cf. Porphyr. in Hor. Epist. II. 1. 257. ap. Wolf. Prolegg. pag. CCXXIX. seq. Ioann. Sicel. comment. MS. in Hermog. περὶ ἰδεῶν, ap. Ruhnk. in Longini Vita pag. 426. seq. et 433.

**) De Andocidis gloria Sluiterus testimoniorum largam messem congessit, Lectt. Andocid. pag. 3—5. de quibus saepe illi assentiri non possum. Nimis enim oratoris laudem videtur persequi. Quanquam enim fuerunt, qui in numerum decem oratorum reciperent laudarentque vehementer, inter quos Ammianum, Dionysium, Photium Plutarchumque nominavit, tamen alii plurimi longe aliter sentiebant. Dionysius iudic. de Thucyd. cap. 53. Antiphontem, Lysiam, Isocratem τοὺς πρωτεύσαντας τῶν τότε ῥητόρων vocavit, Hermogenes vehementissime eius orationum indolem vituperavit. In Quinctiliani verbis reprehensionem magis, quam laudationem reperio equidem, XII. 10. §. 21. Ac si Herodes, in decem oratorum numerum relatus, Ἀνδοκίδου μὲν βελτίων εἰμί dicebat, sine dubio non pravitatem morum reprehendere, sed orationum naturae laudem detrahere voluit. Est igitur ab Oleario Sluiterus in errorem inductus.

***) Niebuhr's kleine Schriften I. pag. 468.

****) Diodor. Sic. II. pag. 552. Plat. de Republ. pag. 336. HSt.

†) Iacobs in Anthol. Gr. VIII. 334.

††) Id. ib. pag. 274.

Digitized by Google

iambicos? Sed ne incerta certis adiungam, eadem, credo, ratione docti Athenienses mox decem praecipuos numerabant Oratores. Doctorum virorum erat, numero illi aut, quos receperant, eximere, aut quos exemerant, adiicere. Equidem certe non nego, me nul-
114 lum inter viros doctos repperisse, qui hanc decem Oratorum coniunctionem merito adscribere licuisset.

His expositis ad Aristophanem et Aristarchum revertimur et quomodo in negotio poëtas dijudicandi suscepto versati sint, indagare pergimus. Artem enim criticam videmus a poëtis exoratam, non tamen utriusque generis scriptores complexam, sed sensim a poëtis ad pedestres scriptores traductam videri esse.*) Exorea autem est, omnibus consentientibus, ab Homero epicisque poëtis; quorum ordinem esse ab iis confectum, inde intelligimus, quod Quinctilianus Apollonium singulari de caussa numero exemptum esse tradidit.**) Magna profecto quaestio est, quos homines deo illi poëtarum viri critici adiungendos statuerint. Usu autem consensu non Proclus solum et Choiliniasus grammaticus, quos Ruhnkenius testium loco protulit, sed etiam quos nobis ipsis addere licet, Ioannes et Isacius Tzetzae et Aristonicus praeter Homerum quattuor alios poëtas praestantissimos fuisse iudicarunt.***) Quod quidem iudicium, quum adessent praeterea viri nobilissimi, qui cum receptis in certamen descendere ausi essent, a viris magna auctoritate et fide conspicuis latum esse, et hac ratione demum omnium animos mentesque cepisse confidenter pronuntiamus. Nam inter ipsos grammaticos de Choerili Antimachique dignitate quaestionem in disceptationem venisse, pluribus a testibus accepimus: inter quos Callimachus et Euphorio Choerilum, alii, Platonis exemplum secuti, Antimachum prae ceteris admirabantur.****) Praeterea tot
115 hominum consensus, nisi magnus iudicii extitisset auctor, vix ortus esset. Ac si Quinctilianum adimus, ab eo ad Aristophanem Aristarchumque mitti videmur. Primum enim hos recepisse Homerum, Hesiodum, Antimachum et Panyasin, ea iis quae tradit de Apollonio, a quo excipiuntur illi, perspicitur. Dein Apollonium, Aratum, Theocritum ipsa a praecedentibus seniorib. docet aut ab aliis esse in numerum redactos, aut a Quinctiliano ipso nunc primum recipi. Denique inter eos, quos ab aliis magni factos ipse omiserat, quoniam propter Nicandrum, Euphoribiem, Pyrthaeum ad Macri, Virgilii, Horatii sententiam provocantes facit adversarios

*) Addo praeterea ad meam sententiam confirmandam, omnes Alexandrinos illos poëtica virtute quidem interdum excelluisse, libros vero eximios pedestri oratione scriptos non reliquisse. Bernhardy Wissenschaftl. Synt. pag. 32.

**) Institt. Or. X. 1. 54.

***) Io. Tzetzes περὶ τῆς τῶν ποιητῶν διαιρέσεως μικρὸν συγγραμμάτιον iambis scripserat, eandemque rem in scholiis ad Hesiodi Opp. et Dies conscriptis repetierat. Is. Tzetzes ab initio scholiorum in Lycophronem pluribus verbis est de ea re locutus. De Andronico postea disputabo.

****) Cf. Cratetis epigramma, Anthol. Gr. II. pag. 3. addita Iacobsii interpretatione Vol. VIII. pag. 8. et Naekii Choeril. pag. 71. 97. 99.

Digitized by Google

eos, nunc superest Pisander, *) quem ab Alexandrinis receptum esse scriptor certe non negavit. Ut autem hac quidem re non obstat, sed favet Ruhnkenio Quinctilianus: ita si quaerimus, quos commentariis suis instruxerint ornaverintque Aristophanes et Aristarchus, non minus omnia confirmari videntur. Aristophanes enim Homerum potissimum et Hesiodum interpretatus esse, Aristarchus praeter eundem Homerum Arato operam dedisse fertur. **) Iater quos de solo Arato dubitare cogimur: qui tamen ab Aristarcho magni aestimatus atque propter aetatem numero exemptus esse cum Apollonio videtur.

Quodsi operosam demonstrandi rationem, quam nos ingressi sumus, cum Ruhnkeniana via facili comparamus: quid fuerit, quo ille fretus summa confidentia cuncta expenderet, nos nescire confitemur. Ad reliquos autem accedentes scriptores, non minoribus tenebris involvimur. Nam quanquam Quinctilianus tres iamborum scriptores ab Aristarcho receptos esse diserte tradidit, principemque omnium Archilochum nominavit: quum solo Archilocho Aristarchum operam dedisse sciamus testesque reliqui inter se non consentiant; ***) redire cogimur ad Goeneri opinionem, ingenue dicentis „qui alii sint duo, nescio an sciatur hodie.“ Vere similissimum 116
tamen esse concedimus, vere Ruhnkenium non Ananiam Tzetzae, sed Luciani et Procli Simonidem tertio loco in numerum rettulisse; licet Simonidem in lyricorum praeterea poëtarum ordinem redactum fuisse compertum habeamus.

Novem Lyrici utrum ab Aristophane et Aristarcho primum, an ab aliis recepti in ordinem fuerint, certo non affirmaverim. Decimam plurimi posterorum novem poëtis addiderunt Corinnam.****) De reliquis poëseos generibus, quos in canonem quem nulli antiquo scriptori usurpatum vocat Ruhnkenius, Alexandrini receperint, omnia etiam multo magis incerta et dubia. Id ipsum adeo neglexit Ruhnkenius, testes suos non eandem poësin in sua genera partiendi rationem sequi. †) Omnino igitur de huius censurae Aristarcheae auctoritate inveteratas opiniones ex animo nostro excutere debemus. Frustra certarunt de commodis et incommodis canonis; frustra aut reprehenderunt aut laudarunt eius auctores. Non valuit enim per totam antiquitatem censurae auctoritas; addita sunt multa, alia dempta, laudata alia, alia reprehensa.

Iam si quid sentio, abunde demonstratum est; Ruhnkenium de Alexandrinorum canone disputantem non tam accurate egisse, quam

---

*) Non enim commovere quenquam debet, quod apud Tzetzam in libris MSS. quibusdam Pisandri nomen excidit. Eum librariorum esse errorem, aliis libris edocti recte editores iudicarunt.

**) Cf. Wolfius Prolegg. 11. 11.

***) Praeter Wolfii Quinctilianique locos laudatos cf. Ruhnken. Hist. Oratt. pag. 373. [supra pag. 64.] Tzetzaeque Prolegom. in Lycophronem interpretes, imprimis Müllerus.

****) Bekk. Anecd. Gr. pag. 751, 28.

†) Proclus certe multa enumerat poësis genera, quorum ne unum quidem vestigium apud Quinctilianum reperitur. Lege, quae de melicis poëmatis dixit.

Digitized by Google

id Wolfio aliisque sexcentis, *) qui eum secuti sunt, visum est. Quare elegiacos et tragicos poëtas paucis attingo verbis. Quum inter elegiacos Quinctilianus duo, reliqui quattuor retulerint, ac de Callimacho ipse Ruhnkenius non immerito dubitaverit, **) vix potest indubitatum iudicium fieri. In tragicorum autem numero tres nominat Quinctilianus: quinque reliqui testes; eorumque sen-
117 tentia propterea videtur probabilis, quia Aristarchum de Ione commentatum esse accepimus. Sed quaeri potest, quoniam tragici τῆς δευτέρας τάξεως septem appellantur, ***) num priores quoque eundem numerum effecerint?

Postremo ad comicos poëtas accedimus, propter quos hanc totam rem disceptandam suscepimus. Ruhnkenius igitur, secutus Coislinianum grammaticum, ****) ex antiquae comoediae scriptoribus Epicharmum, Cratinum, Eupolin, Aristophanem, Pherecratem, Platonem, ex mediae Antiphanem et Alexin, ex novae Menandrum, Philippidem, Diphilum, Philemonem, Apollodorum receptos esse censuit. Quum autem ex iis quae supra dixi appareat, Coislinianum grammaticum multa tradidisse, quae ad alios auctores referenda sint: nisi aliunde confirmatur Ruhnkenii sententia, ad Aristophanem et Aristarchum certe hoc iudicium referri nequit. Quinctilianus longe diversam viam ingressus, media comoedia praeterita, Cratinum, Eupolin et Aristophanem antiquae praestantissimos auctores, Menandrum novae principem appellat Philemonemque hoc, quanquam cunctanter, adiicit. †) Quantum autem equidem sciam, re vera hos quattuor poëtas reliquis omnibus praetulerunt grammatici Alexandrini. Imprimis in Menandro diiudicando ita Quinctilianus cum Aristophane consentit, ut uterque illi prae ceteris principatum concesserit. ††) Atqui Aristarchum non abhorruisse altaque sensisse ut ex aliis multis, ita ex eius viri erga tragoediam amore colligo. †††) Sed etiam in antiqua comoedia Eupolidi, Aristophani et Cratino eos primas detulisse, supra significavi, nunc au-
118 tem demonstrare tentabo. Mirus enim est in his tribus viris con-

---

*) Imprimis Wyttenbachius, qui Ruhnkenium non provide egisse bene sciebat, non debebat omnia eodem modo et ordine referre. Solet tamen hoc modo vir praestantissimus ad verbum singula enarrare.

**) Ruhnk. Hist. Oratt. pag. 369. ed. Fried. [supra pag. 61.]

***) Id. ibid. [supra pag. 60.]

****) In Procli enim Chrestomathia de comoedia nihil traditum est, fortasse, quia duo priores duntaxat excerpsit Photius. Errat igitur C. I. Grysar. de Doriens. comoed., cui loco ipso non inspecto Ruhnkenius imposuit, dum Proclum testibus adnumerat I. pag. 174. Quod dicit „Ibi enim hoc memoriae est proditum, a grammaticis istis inter principes — esse relatos“ prorsus falsum esse apparet.

†) Institt. Or. X. 1. §. 65. 69—72.

††) Cf. quae capite secundo disputavimus.

†††) Cf. Bekk. Anecd. II. 672, 25. seqq.

Digitized by Google

lungendis Horatii, Quinctiliani, Dionysii Halicarnassensis, Velleii Paterculi, Diomedis, Aristonici, aliorumque consensus. *). Reliquis tamen testibus missis, quod Horatium, Quinctilianum et Dionysium Halicarnassensem **) consentientes deprendimus, ad quem potius possit quam ad Aristarchum, cuius tanta erat apud omnes auctoritas, iudicii aequalitas referri? Imprimis Horatii testimonium, ***) cuius adolescentiam doctissimorum horum criticorum iudiciis et praeceptionibus nutritam esse Wolfius affirmavit, maxime illustre habendum est. Sed paullo certius accedit Platonii testimonium. Is enim ubi tres nominatos poëtas inter se comparavit, Aristophanique primas concessit; ****) haec ipsa comparatione instituta, se his triumviris palmam tribuere demonstrasse mihi videtur. Nam de comoedia in universum disserens, si quos praestantiores cognovisset, eos commemorare sine dubio non praetermisset. Iam vero cum trium illorum virorum merita inter se comparare institueret, statim ab initio se non suum, sed alius cuiusdam enuntiare velle iudicium profitetur. Dicit enim apeste κατὰ τὰς Ἀρχιλόχου ζητήσεις, pro quibus verbis recte Meinekius †) περὶ τοὺς Ἀριστάρχου ζητήσεις posuit, quae nominum commutatio saepenumero facta est. ††) His igitur argumentis commotus, †††) ex Aristophanis Aristarchique sententia, Cratinum, Eupolin et Aristophanem ceteris palmam praeripuisse credo. Praeterea sane poterant Alexandrini illi, ut lectu imitatuque dignos, alios recipere poëtas; sed quos receperint incertum manebit atque in coniectura positum. Ita quid de Epicharmo statuendum sit, incertus haereo. Quod enim Grysarium, Doriensium comoediae admiratorem eximium, maximo opere turbavit, de Epicharmo altum in Quinctiliani libris de institutione oratoria esse silentium: ††††) id quomodo ex- 119

*) Praeter Vell. Paterc. I. 16. et Diomed. III. 486. reliqua omnia supra indicavi.

**) Cum Dionysius Halicarnassensis de Oratoribus ipse plurima scripsisset et indagasset, in his diiudicandis suum ipse sensum duntaxat audivit; de poëtis contra aliorum iudicio cum plus tribuisse, probabile est.

***) Cf. Wolf. Prolegg. pag. XX. Cicer. Epist. ad Att. I. 14. Horat. Ars poët. 450.

****) Platonius περὶ διαφορᾶς χαρακτήρων pag. XI. ed. Kuster. pag. XXVII. ed. Beck. pag. X. ed. Bekker.

†) Meineke Q. Sc. I. pag. 19.

††) Cf. Ruhnk. praef. ad edit. Hesych. Albert. pag. 190. seqq. ed. Friedem.

†††) Adiicio praeterea aliud eiusdem rei signum. Inter ea, quae Kusterus de comoedia comicisque poëtis exemplari suo praemisit, haec legimus verba pag. XIII. (pag. XI. ed. Bekk. XXXIV. ed. Beck.) „Τῶν τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητῶν ὀνόματα καὶ δράματα," quibus dictis Theopompus, Strattis, Pherecrates, Crates, Plato, Teleclides, Phrynichus nominantur. Nonne videtur horum verborum auctor supplere voluisse quos in numero comicorum, Eupolide, Aristophane, Cratino nominatis, omissos esse sentiebat?

††††) Grys. de Dor. comoed. I. 176.

Digitized by Google

plicari posset, nullum praeteriret, si ab Alexandrinis grammaticis eum omissum esse ostenderetur. At nisi fallor, adest, quod si rem non conficit, ad quaestionem diiudicandam certe nonnulla confert. Est enim memoriae proditum, Apollodorum, doctum Aristarchi discipulum, de Epicharmio eiusque comoediis disputasse, easque in decem libros digessisse. *) Quid mirum igitur, si post Aristophanem et Aristarchum Apollodorus demum Siculam comoediam praeter Atticam contemplatus, quae sit Epicharmi dignitas, quae doctrina, primus patefecit? **) Quae quum ita sint, sensim multo
120 magis apetitur, iudicia de scriptoribus ferenda incepisse Aristophanem et Aristarchum, confecisse autem posteriores.

Ad novam mediamque comoediam progressi, etiam multo maioribus animis difficultatibus impeditur. Ac de nullo poeta magis differunt veterum iudicia, quam de Platone comico: quem aut omittunt prorsus inter antiquae comoediae exempla, ita ut inter viles poetas eum reiecerint, aut inter exempla mediae numerarunt. ***) Quamobrem recentiorum plurimi duos Platones, comicos poetas, finxere, quorum conatus Meinekius repressit, ****) qui vere antiquae mediaeque simul comoediae eum annumerandum esse statuit. Mihi autem imprimis lectu digna esse videtur propterea Andronici cuiusdam περὶ τάξεως ποιητῶν commentatio, in qua Pla-

*) Ib. pag. 84. seq.

**) Ante Apollodorum Lyco, philosophus Peripateticae scholae Athenis ab Ol. CXXVII. praepositus, Epicharmo operam dederat, sed non tam accurate singula indagare et diiudicare potuerat, ut Apollodoro omnia praeoccuparet. — De parasiti nomine inter veteres quaedam fuit controversia. Pollux enim et Athenaeus Epicharmum inventorem fuisse dicunt; Carystiumque Pergamenum posterior reprehendit, quia Alexidi dedisset, quod ad Epicharmum pertineret. Casaubonus suspicatur, antiquum grammaticum animadversionis esse auctorem. Nam id quoque potest ab Apollodoro repeti? cf. Casaub. ad Athen. pag. 336. E. Grysar. de Dor. com. pag. 258. — Ceterum Grysarius contra antiquorum scriptorum testimonia Epicharmum mediae et novae potius comoediae adnumerare, quam in numero antiquorum comicorum referre vult, pag. 229. seqq. Qui quum anonymum de comoedia, de quo nunc loquimur, sibi non obstare dicit, quia non argumentorum diversitatem, sed tempora maxime respexerit, pag. 230. num oblitus est rei, quam ipse dixerat antea, Coislinianum quoque grammaticum, quem Ruhnkenio auctore ad Aristophanis et Aristarchi suum composuisse iudicium credit, Epicharmum antiquis comicis accensere, idemque iam Aristotelem suscepisse? Nonne anonymus ille, quum ab initio statim quae indoles fuerit omnium antiquorum poetarum, dicat, Epicharmo in eorum numerum relato, eadem illum quoque indole conspicuum fuisse perhibet?

***) Anon. de com. pag. XXXI. ed. Beck. (XII. ed. Kust. V. ed. Bekk.) Schol. Dionysii Thracis ap. Bekk. Anecd. II. pag. 749. et Andron. ib. III. pag. 1461. not.

****) Meineke Q. Sc. II. pag. 12.

Digitized by Google

tionis comoediae ita commemorabitur, ut duplici alphabetico ordine recensentur. Mira est ista commentatiuncula, quia cum duobus diversis scriptoribus ita convenit, ut aut eosdem fontes secutum esse auctorem, aut illos ipsos exscripsisse patent. *) Retinenum autem harum Platonis comoediarum unde hauserit, mihi incognitum esse fateor. Is igitur ita mihi comparatus videtur, ut duplicem ordinem contineat, eosque singulatim nominet, qui ad mediam et qui ad antiquam pertinent comoediam; quanquam mihi aggredienti et certa quaedam indicia conclonti felix eventus defuit. Non refragabor tamen magnopere, si quis aliter sentiat. Certum autem mihi non dubitatum, duplicem esse criticorum de Platone sententiam, cuius in auctores inquirere utilissimum, sed simul difficillimum esse, expertus scio. Neque aliquis infitiabitur, Ruhnkenii de canone Alexandrinorum sententiam, cuius auctoritas per totam antiquitatem maxima fuerit, corruisse totam; quia ea tantam iudicii diversitatem nullo modo admisisset. **) 121

His expositis, ne diutius legentes moremur, atque in res a nostro consilio diversas abeamus, gressum cohibemus aliisque quid de mediae novaeque comoediae praestantissimis poëtis sentiendum sit, iudicandum relinquimus. Ego vero non dubitem contendere, non debere quemquam amplius, nisi maiores in posterum copiae ex antiquitate ad nos perlatae eruantur, in universum disquirere velle, quibus scriptoribus grammaticorum Alexandrinorum consensus primas detulerit? Quid enim litteras adiuvat, si quis in coniecturas abire cogitur, omnibus historicorum monumentis antiquitatisque auctoritate privatus? Ruhnkenius autem imprimis propterea in errores abiisse videtur, quia quanquam certis auctoribus destitutus, tamen iis tamquam certissimis usus est; et ita ad Aristarchum Aristopha-

---

*) Scriptor ab Immanuele Bekkero et Meinekio Q. Sc. II. 2. contemptus exscripsit Io. Tzetz. prooemium in Hesiodi Opp. et DD. scriptum, a verbis „τῶν ποιητῶν οἱ μὲν εἰσί“ usque ad verba „οἷός ἐστιν Ἀριστοφάνης, Εὔπολις, Φερεκράτης“ dein iterum ad Tzetzam redit a verbis „τραγικῶν δὲ ποιητῶν“ — usque ad finem. Eadem ubique dicta, eadem verba reperies. Inter epicos poëtas Hesiodo ultimum tribuit locum. Ceterum Io. Tzetz. fratris dicta in schol. ad Lycophr. expilaverat, a quo ultima desumpsisse Andronicus videtur „μακρὸν γὰρ ἂν εἴη καὶ ὀχληρόν.“ Quae de poëtis comicis immiscuit, ea ex parte ap. schol. Bekkeri ad Dionys. Thrac. grammat. pag. 749, 7—13. inveniuntur, ita ut quanquam in re tenui, emendationem inde petere possimus, quia post vocem ἀρχαία articulus est in Andronici commentatiuncula omissus. Sed unde, quae de Platone protulit, Romanisque comicis poëtis, hauserit, equidem nescio. Conferri praeterea potest anon. de com. pag. XXXI. ed. Beck.

**) Diomedes de poëmatis generibus, in Gaisf. editione Enchiridii longe alios fontes secutus est, qui Susarionem adeo, Mullum et Magnum inter comicos poëtas recenset, mediamque comoediam nullo verbo tetigit, pag. 400.

Digitized by Google

nimque tractavit, quae ad alios iudices pertinent. Ceterum est nobis prorsus incognitum, quibus in libris duumvirorum de poëtis iudicia lecta fuerint: nisi ad Aristophanis librum πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας confugere, vel potius, Platonium secuti, Aristarchei libri inscriptionem fuisse sumimus, ζητήσεις περὶ ποιητῶν. Neque aliquid certi pronuntiare licet, si quaeritur, utrum de singulis poëtarum in numerum redactorum libris simul iudicaverint, et eorum quos praestantissimos haberent, proposuerint. Non enim est improbabile, talem librorum censum extitisse, eumque aut a priscis illis grammaticis aut a recentioribus confectum.

Digitized by Google

P. RUTILII LUPI

DE

FIGURIS SENTENTIARUM

ET

ELOCUTIONIS

LIBRI DUO

6

Digitized by Google

Digitized by Google

P. RUTILII LUPI
DE
FIGURIS SENTENTIARUM
ET
ELOCUTIONIS
LIBER PRIMUS

I. PROSAPODOSIS. Hoc schema duobus modis fieri et tractari potest. Nam sententiis duabus, aut plu-

P. RUTILII LUPI etc. Libri MSS. et Editio Veneta, omnium prima, hunc titulum praeferunt: *P. Rutilii Lupi Schemata dianoeas ex Graeco versa Gorgia.* Editio Rhenani: *P. Rutilii Lupi de figuris sententiarum liber prior ex Graeco Gorgia versus.* Edit. Aldina: *P. Rutilii Lupi de figuris sententiarum et elocutio-*
2 *nis liber I.* * Fr. Pithoeus de coniectura hunc titulum dedit: *Ex P. Rutilii Lupi de figuris sententiarum et elocutionis libro I.* ut significaret, epitomen potius esse, quam integrum librum. Auctor ipse, ni fallor, hunc libro suo titulum fecerat: *P. Rutilii Lupi Schemata dianoeas et lexeos ex Graecis Gorgiae versa,* quo modo eiusdem argumenti libellum inscripsit Iulius Rufinianus. Nam Rhetorum Latinorum schola non modo figurarum nomina Graeca, sed etiam voces *schemata, dianoea, lexis,* adscivit. Vide Charisium IV. pag. 246. 249. et Donatum de Schemat. pag. 1773. Immo Rutilius consulto refugit nomen *figura,* quod aureae aetatis Rhetores, hoc est, Cicero, et Auctor ad Herennium, schematis significatione nunquam usurparunt; nisi forte huc referre velis Cicer. de opt. gen. Orat. 5. *sententiis iisdem, et earum formis, tanquam figuris.* Vide G. I. Vossium Inst. Orat. V. 1. pag. 228.

§. 1. PROSAPODOSIS. Etsi Rutilii liber, ut in Praefatione demonstravimus, multis partibus truncatus ad nos pervenit, tamen nihil iacturae in principio fecit. Nam Quinctilian. IX. 4. [3.] pag. 456. [§. 93.] primam ex eo figuram *prosapodosin* laudat: *Quod apud eundem* (Rutilium) *primo loco positum est, προσαπόδοσις dicitur, quae ut maxime servetur, sane est in pluribus propositis: quia aut singulis*

Digitized by Google

ribus propositis, sua cuique ratio vel posterius reddetur, vel statim sub unaquaque sententia subiungetur. Quibus posterius ratio subinfertur, huiusmodi sunt. Demosthenis: *Non enim pari ratione Philippus, atque nos, adversis rebus medetur: sed ille usque eo nititur, quoad res restituat, atque exsuperet. Nos contra statim vinci meditamur. Ille enim pro laude, sicut pro patria, proeliatur: nobis autem, si nihil accidit mali,*

statim ratio subiicitur —— aut positis duobus vel tribus, eodem ordine singulis continuo redditur.

Quibus posterius. Editio Rhenani, eamque secutae Stephan. Gryph. Lovan. *Quibus posterior.* Pro *subinfertur* MSS. Laurent. *subinferetur.* [Ipsum verbum *subinferendi* notabile. Non habet Forcellinus. Vid. Wolf. Analect. Litterar. IV. pag. 312. et Gesner. in praefat. supra pag. 31. *) ed. Lugd. Fr.]

Demosthenis. Quod Cicero de opt. gen. Orat. 5. dicit, se *Aeschinis Demosthenisque orationes convertisse, non ut interpretem, sed ut oratorem, sententiis iisdem, et earum formis, tanquam figuris, verbis ad Latinam consuetudinem aptis: in quibus non verbum pro verbo necesse habuerit reddere, sed genus omne*
3 *verborum, vimque * servarit:* idem Rutilius fecit in veterum Oratorum fragmentis vertendis. Itaque aliquando putabam, eum expressisse orat. ad Philipp. Epist. pag. 120. C. cum quo loco comparandi similes Olynth. II. pag. 24. D. de Coron. pag. 483. C. [Vid. Schaef. Apparat. Crit. ad Demosthen. Tom. I. pag. 660. Fr.] Nunc, re iterum considerata, locum ex deperdita oratione sumtum puto.

diversis rebus. Sic omnes libri scripti editique. Tamen recepimus verissimam emendationem viri docti in margine Edit. Rhenan. *adversis rebus. Diversus* et *adversus* frequentissime commutari, nemo nescit. Vide I. F. Gronov. ad Senec. de Ira II. 23. et Drakenborch. ad Liv. XXII. 7. Firmicus Mathes. V. 7. pag. 138. *qui in diversa ut plurimum fortuna constituti, crebris saepius laboribus fatigentur.* Corrige, *qui in adversa* etc.

usque eo. Vid. ad Quinctil. lib. X. cap. 5. §. 17. adn. nostr. Fr.

quoad restituat. Libri nil iuvant. Itaque de coniectura Rutilio reddidi vocem *res*, quam prima syllaba verbi *restituat* intercepit. Notissimum illud Ennianum:

Unus homo nobis cunctando restituit rem.

Liv. XXV. 37. *vir unus res perditas restituit.* Vide Drakenborch. ad III. 12.

accedit mali. Laurent. A. a manu secunda, *accidit mali.* Recte. *Accidit malum*, quod evenit nullo praecedente: *accedit*, quod priori additur, ut apud Terent. Andr. I. 8. 10. *Ad haec mala hoc mihi accedit etiam.* Ad hanc normam non unus locus castigandus. Cicero Verrin. I. 2. *neque tanta fortunis omnium pernicies potest accedere.* Lege, *ac-*

Digitized by Google

satis ac nimium boni videtur. Cum singulis sententiis statim ratio subiungitur, hoc exemplo. DEMETRII PHALEREI: *Nam quod beneficium tempore, et cupienti, datur, gratum est. Utilitas enim, de voluntas accipiendi, honorem dantis facit ampliorem. At quod sero, et non desideranti, datur,*

cidere. Macrobius Satura. II. 2. pag. 324. *Aut Mucio nescio quid incommodi accessit, aut nescio cui aliquid boni.* Scribendum, *accidit.* Sic in Lactant. de M. P. 18. pro *si quid accesserit adversi*, Th. Galeus recte scripsit, *si quid acciderit adversi.* In Cicerone pro Quinct. 1. dubium est, utrum, *Illud quoque nobis accedit incommodum*, * quod libri habent, praeferendum sit, an, quod viri docti malint, *Illud quoque nobis accidit incommodum. Accidere* fere de rebus malis dici, ostendunt Donatus ad Terent. Andr. II. 2. 24. et Burmann. ad Quinctilian. Decl. V. pag. 104. [Cf. Ellendtus ad Cic. Brut. 22, 85. pag. 65. sed de tota re et vero discrimine verborum *accidere*, *contingere*, *evenire*, omnium, quotquot apud nos de illis scripserunt, rectissime iudicavit PAUPLERUS (quem tamen pusilli quidam paedagogi nostri dictatorio supercilio fastidiunt) ad Corn. Nep. Miltiad. cap. 1. pag. 20. ed. 2. Caeterum de frequenti confusione verborum *accedere* et *accidere* cf. Drakenb. ad Liv. XXI. 10. 12. FR.]

satis ac minimum boni. In hac mendosa lectione consentiunt omnes MSS. et Edd. veteres, nisi quod in Laurent. A. manus secunda correxit *nimium.* Et sic ediderunt R. Stephanus, et alii post eum. Plautus Sticho II. 2. 55. *Advexit nimium bonae rei. Satis ac nimium* saepe iunguntur. Seneca Herc. Oet. 1121.

An quod dividit aethera
A terris spatium, tot est
Et mundi nimium malis?

Statius Silv. I. 2. 169.

satis, o, nimiumque, priores
Desperisse procos.

tempore. Pro *in tempore*, ut Phaedr. IV. 25. 32. *apparebunt tempore.* ubi Rigaltius Rutilii locum adscripsit, et alii alia collegerunt. Hoc, quamvis leve, quamvis tironibus notum, tamen monendum erat propter virum doctum, qui *in tempore* scribendum putabat. [Vid. Nic. Heins. ad Ovid. Her. 4, 109. et Beier. ad Cic. de Off. III. 14. 58. pag. 283. FR.]

voluntas accipiendi. Concinnius est, mea sententia, *voluntas accipientis*, ut statim, *honorem dantis.* Liv. XLIV. 25. *utique alterum in tanti nominis regibus turpem ac sordidam, et danti, et magis accipienti, mercedem esse.* Seneca de Benef. II. 17. *Eadem beneficii ratio est, nisi utriquo personae, dantis et accipientis, aptatur.* Ceterum alibi etiam participia, librariorum errore, in gerundia abierunt. Vellei. Patero. I. 15. *Cassius Censor theatrum facere instituit, cui in demoliendo eximia civitatis severitas et Consul Scipio restitere.* Legendum: —— *cui id emolienti eximia* etc.

honorem dantis facit. Editio Rhenan. *dati*, quod inde venit in Edd. Steph. Gryph. * Lovan. Pro *facit* Laurent. A. B. Edit. Venet. *facis.*

At quod sero, et desideranti

ingratum est. Amisso enim tempore militatis, cadit accipiendi cupiditas.

II. Synathroesmos. Hoc et singulis verbis et plurium verborum coniunctione fieri potest. Singulis verbis hoc modo. Cleocharis: *Sed cum ad dari, datur.* Hac scriptura textum primus constituit Pithoeus. Omnes libri calamo exarati, item Edd. Veneta et Aldina legunt: *At quod sero, et non desideranti dari, datur.* Tolerabilis sane lectio, nisi meliorem praeberet Editio Rhenani, omnium emendatissima: *At quod sero, et non desideranti, datur.* Quae recepta est a R. Stephano, Gryphio, Editore Lovaniensi, placuitque Barthio ad Claudian. III Nupt. Honor. et Mar. 21. Quo magis miramur, virum doctissimum, quo nemo quidem Rutilium legit diligentius, sed nemo tentavit infelicius, eodem loco hanc coniecturam afferre: *At quod sero, et desiderare desinenti, datur.* et rursus aliam Advers. XIII. 9. *At quod sero, et desperanti dari, datur.* Sed nos, fragibus inventis, glandes Barthio relinquamus.

§. 2. Cleocharis. MSS. Laurent. A. B. Riccard. Edit. Veneta. *Cleohari*: Editio Rhenani, quam Stephanus et alii post eam secuti sunt, *Clearchi.* Veram lectionem *Cleocharis* conservarunt Excerpta Gronov. et Editio Aldina. *Cleochares*, qui iterum laudatur a Rutilio §. X. huius libri, Orator fuit, patria Myrleanus, aequalis Democharis Oratoris, de quo mox dicemus, et Arcesilae philosophi. Eius nomen quoties occurrit, toties fere laborem contraxit. Strabo XII. pag. 850: *Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι κατὰ παιδείαν γεγένασιν ἐν τῇ Βιθυνίᾳ, Ξενοκράτης τε ὁ φιλόσοφος, —— Κλεοφάνης τε ῥήτωρ ὁ Μυρλεανός.* Myrleanus Cleophanes, qui Orator fuerit, nusquam commemoratur. Repone, * 6 *Κλεοχάρης.* Diogen. Laërt. IV. 41. *Καὶ γὰρ (ὁ Ἀρκεσίλαος) —— ἐπὶ πλέον ἐρωσθῆναι λέγεται καὶ Κλεοχάρους τοῦ Μυρλεανοῦ. ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς τοὺς καταράσωντας εἰπεῖν, αὐτὸν μὲν θέλειν ἀνοίξαι, ἐκεῖνον δὲ διακωλύειν.* ubi vulgo legitur *Λεωχάρους.* Sed *Κλεοχάρους* emendandum esse, me admonuit Valckenarius V. C. quo dudum amico, nunc etiam collega glorior. Mox idem Diogenes: *τούτου δὲ (Κλεοχάρους) ἤκουον καὶ Δημοχάρης ὁ Λάμψακος, καὶ Πυθοκλῆς ὁ τοῦ Βουγέλου.* Praeter *Orationes*, quas Rutilius laudat, Cleochares etiam scripsit quod ad Artem rhetoricam pertineret, ut intelligere licet ex impedito corruptoque loco Photii Biblioth. Cod. CLXXVI. pag. 394. *Κλεοχάρης δὲ ὁ Μυρλεανὸς, ὑπὲρ τῶν Ἰσοκρατικῶν ἁπάντων οἶμαι λέγων, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐν πρὸς τὸν Δημοσθένην συγκρίσει μὴ τὰ πόῤῥω αὐτοῖς παρασχεῖν, φησί· τοὺς μὲν Δημοσθενικοὺς λόγους τοῖς τῶν στρατιωτῶν ἐοικέναι μάλιστα σώμασι, τοὺς δὲ Ἰσοκρατικοὺς τοῖς τῶν ἀθλητῶν.* E quo Cleocharis dicto, nescio, an colorem duxerit Quinctilian. X. 1. pag. 492. [§. 38.] *dum in iis, de quibus erit quaestio, meminerimus non athletarum toros, sed militum lacertos esse.* Idem tamen dictum Photius Bibl. Cod. CCLXV. pag. 1474. et Pseudo-Plutarchus de Vit. X Orat. pag. 845. C. non Cleochari tribuunt, sed Phi-

Digitized by Google

supplicium sumendum se confirmaret, multa simul eum revocabant: officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio: quae singula proprias esse cogitationes ad remorandum subiiciebant. Item Democharis: *Nam quis haec simul*

lippo Macedoni. Vulgata Rutilii lectione deceptus Fabricius Bibl. Gr. IV. pag. 481. tanquam diversos oratores recenset Cleocharem et Clearchum.

proprias esse cogitationes. Haec est scriptura MSS. et vett. Editionum omnium, quam ita mutavit R. Stephanus: *proprias ei cogitationes.* Cuius coniectura, tanquam Codicis lectio, in sequentes editiones propagata est. Nec multum differunt in veteri scriptura *ei* et *ee*, i. e. *esse*, ut facilis fuerit lapsus librarii. [*proprias esse.* proprias sibi. Tour.]

ad remorandum subiiciebant. MSS. Laurent. A. B. Riccard. Edd. Veneta et Aldina, *ad removendum subiiciebant.* Nihil verius scriptura Edit. Rhenan. *ad remorandum* * *subiiciebant*, quam inde a Stephano omnes ediderunt. Cicero Verr. V. 64. *apud te nomen civitatis ne tantum quidem valuisse, ut dubitationem aliquam, et crudelissimi, teterrimique supplicii aliquam parvam moram saltem posset afferre.*

Democharis. Quanquam in Democharis historia illustranda veteres sept. primarii viri, P. Leopardus, Emend. VII. 25. G. I. Vossius de Histor. Gr. I. 11. I. Ionsius de Script. Hist. Phil. I. 17. et H. Valesius ad Excerpt. Polyb. pag. 10. et in Not. Mauusc. ad Harpocrat. pag. 295. tamen nos haud poenitet idem argumentum denuo tractare. Demochares, Lampsacenus, orator et historicus insignis, patrem habuit *Laches*tem, matrem, Demosthenis sororem, avum Democharem, qui Demosthenis materteram in matrimonium duxerat. Vide Demosthen. adv. Aphob. I. pag. 897. B. [pag. 818. Rek. 108, 14. Bekker.] et II. pag. 905. E. [pag. 826. Rek. 123, 3. Bekker.] Suid. v. Δημοχάρης, et v. Γύλων. Summi, quos in patria gessit, honores referuntur in Decreto Atheniensium apud Pseudo-Plutarch. de Vit. X. Orat. pag. 851. Labem, quam eius vitae adsperserat Timaeus, gravi defensione eluit Polybius Excerpt. pag. 53. De eius oratoria facultate ita iudicat Cicero de Orat. II. 23. *alia quaedam dicendi melliora ac remissiora genera viguerunt. Inde Demochares quem aiunt sororis filium fuisse Demostheni.* Nobilia est eius Apologia pro Sophocle, qui decreto suo philosophos Attica exegerat, quam laudant Aristocles apud Eusch. P. E. XV. 2. pag. 791. et Athenaeus, non consultus a Fr. Vigero ad Eusebium, V. pag. 187. D. 215. C. XI. pag. 508. F. 509. A. XIII. pag. 610. F. Secundo Athenaei loco sic editur: περὶ οὗ Δημοχάρης ἢ Κράτης ἔλεγεν, ὅσοις ἐκ θύμβρας κ. τ. λ. Sed tollendum ἢ Κράτης, quod est librarii dubitantis, Δημοχάρης, an Δημοκράτης scribendum esset. De Democharis *Historia* ita Cicero Brut. 83. *Demochares autem, qui fuit Demostheni sororis filius, et orationes scripsit aliquot; et earum rerum historiam, quae erant*

Digitized by Google

universa perpeti possit, timorem, morbum, senectutem, contumeliam, inopiam, vim? quarum quae-

Athenis ipsius aetate gestae, non tam historico, quam oratorio genere perscripsit. Quod verissi-
8 mum esse iudicium, * nemo, qui, quae ex illa habent Polyb. l. c. et Athenaeus VI. pag. 252. F. legerit, dubitabit. Lucianus etiam in Macrob. pag. 214. [§. 10.] eius historiam laudat. Nec aliunde, quam ex historia, hausta videntur, quae ex Demochare tradit Plutarch. Demosth. pag. 860. B. [cap. 30. ubi pro vulg. *Δημόχαρις* legendum esse *Δημοχάρης* ostenderunt interpp. quos vide in ed. nostr. Vol. I. commentar. in Plut. vitt. par. pag. 75. Fa.] Praeter *Orationes* et *Historiam* Demochares etiam scripsit *Dialogos*. Harpocration: *Ἴσχανδρος* —— *δοκεῖ δ' αὐτῷ* (*Ἰσχάνδρῳ*) *συνυποκρινόμενος Αἰσχίνῃ ὁ ῥήτωρ ἐν Κολυττῷ καταπεσεῖν, καθά φησι Δημοχάρης ἐν τοῖς Διαλόγοις.* Quanquam hunc locum in corruptelae suspicionem adducit Pseudo-Plutarch. de Vit. X Orat. pag. 840. D. tragicam Aeschinis vocem confirmans, non ex *Democharis dialogo*, sed *ἐκ τοῦ Δημοχάρους λόγου*. Quemadmodum Demochares post mortem a Timaeo, sic vivus vehementer vexatus est ab Archedico Comico, qui illum negabat, propter vitae obscoenitatem atque oris spurcitiem, *ἄξιον εἶναι τὸ ἱερὸν πῦρ φυσᾶν*. Sic e Timaeo narrat Polybius l. c. Verum idem Timaeus apud Suid. v. *Ὦι τὸ ἱερὸν πῦρ*, non Archedicum, sed Democlidem, huius convicii auctorem vocat: *Τίμαιος ἐν ἱῇ Ἰουδαϊκῶν, ὡς οἱ περὶ Δημοκλείδην κατὰ Δημοχάρους εἶπον, ὅτι μόνῳ αὐτῷ πάντων Ἀθηναίων οὐκ ἔξεστιν τὸ ἱερὸν πῦρ φυσῆσαι.* Quem Democlidem Comicum esse credunt Leopard. l. c. Kusterus ad Suid. v. *Δημοχάρης*. Neque ab hac opinione alienus est Valesius ad Harpocrat. l. c. sed, cum nullus Comicus eo nomine commemoretur, *Δημοκλείδην* mutat in *Τιμοκλείδην*, patronymico posito pro *Τιμοκλῆς*. Enimvero nec Comicus intelligendus, nec hominis nomen mutandum. Nam *Democlides* est Orator Atticus, Democharis aequalis, cuius mentionem facit Dionys. Halic. in Dinarch. pag. 117. Sed ut loca inter se pugnantia concilientur, statuendum, a Timaeo duplicem proditum esse huius convicii auctorem, Archedicum Comicum, et Democlidem Oratorem; Polybium vero et Suidam satis habuisse, alterutrum e Timaeo commemorare. Ad Democharem nostrum etiam refertur, quod narrat Seneca de Ira III. 23.
9 * *Demochares ad Philippum, Parrhesiastes ob nimiam et procacem linguam appellatus, inter alios Atheniensium legatos venerat: audita benigne legatione, Philippus, Dicite, inquit, mihi, facere quid possum, quod sit Atheniensibus gratum? Excepit Demochares: Te, inquit, suspendere.* Nec dubitari potest, hunc ipsum Democharem intelligendum esse, qui ex linguae libertate, cuius etiam exempla sunt apud Aelian. V. H. III. 7. VIII. 12. non modo cognomen *Parrhesiastae*, sed etiam exilium invenit. Vide Plutarch. Demetr. pag. 900. A. [cap. 24.] Verum, quod Demochares ad Philippum legatus profectus esse dicitur, temporis rationes satis refellunt. Nimirum Senecae, quod aliis locis bene multis, id hic quoque vocidit, ut per memoriae lapsum

Digitized by Google

vis una res per se satis est gravis ad efficiendum. Sed in coniunctione plurium verborum huiusmodi est. LYCURGI: *Nemo enim nocens sine*

Philippum diceret pro Antipatro. Res clara e Polybio l. c. καθ' οὗ (Ἀντιπάτρου) πεπαῤῥησίασται πολλὰ καὶ δυνάμενα λυπεῖν. Omnem denique dubitationem tollit Decretum Atheniensium supra laudatum, in quo cum omnes Democharis honores recenseantur, nulla legationis ad Philippum, contra diserta legationis ad Antipatrum fit mentio. In tota Democharis vita nihil magis eminet atque exstat, quam, quod ab avunculo Demosthene imbiberat, democratiae studium, tyrannidisque odium. Itaque a vero abhorrere videtur, quod Diogen. Laërt. VII. 14. tradit, Democharem gratiam, qua apud Antigonum Gonatam floreret, Zenoni philosopho venditasse. Superest, ut duplicem Fabricii in uno homine errorem castigemus. Nam Democharem, quem alibi recte inter oratores retulerat, Bibl. Gr. Vol. II. pag. 57. inter philosophos Platonicos, et pag. 492. inter philosophos Stoicos recenset, ductus levi vel nullo potius argumento, quod Demochares a Diog. Laërt. IV. 21. cum Arcesila, VII. 14. cum Zenone dicitur aliquem usum habuisse.

gravis ad efficiendum. Sic MSS. Laurent. A. B. Riccard. Edd. Venet. et Rhen. Sola Aldina, *gravis ad officiendum.* R. Stephanus, vel quisquis eius editioni praefuit, ex ingenio temere, ut solet, invexit: * *gravis ad perferendum.* quod omnes deinceps editiones occupavit. [*praeferendum* est in ed. Gesneri, qui ipse coniecit *perferendum.* Fr.] Nos, postquam hunc locum variis coniecturis, quas referre nihil attinet, tentassemus, tandem in hac, ut maxime probabili, acquievimus: *gravis ad deficiendum.* Depravatio nata est e praepositione *ad*, quae litteram *d* in *deficiendum* absorpsit. [*ad efficiendum.* ad ferendum. TOUP. Cl. Kochius malebat *ad afficiendum.* Mihi praestare videbatur *ad effligendum (affligendum)*, vel *ad conficiendum.* sc. *hominem*, vel *aliquem;* de qua ellipsi satis omnia nota sunt. Fr.]

LYCURGI. Lycurgi historiam eleganter enarravit Ioannes Taylorus, quem nuper, maximo Oratorum Atticorum damno, fata acerba rapuerunt, in praefatione ad editam a se Lycurgi adv. Leocrat. orationem. Addamus insignem, qui eius diligentiam effugit, Hyperidis de Lycurgo locum apud Apsinem Art. Rhetor. pag. 708. κέχρηται τούτῳ καὶ Ὑπερείδης ὑπὲρ Λυκούργου λέγων· Τίνα φήσουσιν οἱ περιιόντες [παριόντες malebat Reisk. pag. 190. Fr.] αὐτοῦ τὸν τάφον; οὗτος ἐβίω μὲν σώφρόνως, ταχθεὶς δὲ ἐπὶ τῇ διοικήσει τῶν χρημάτων, εὗρε πόρους, ὠκοδόμησε δὲ τὸ θέατρον, τὸ ᾠδεῖον, νεώρια, τριήρεις, ἐποιήσατο λιμένας. τοῦτον ἡ πόλις ἡμῶν ἠτίμασε, [pro ἠτίμασε, quod manat ab ἀτιμάζειν, lego ἠτίμωσε, quod repetitur ab ἀτιμοῦν. REISK. pag. 190.] καὶ τοὺς παῖδας ἔδησεν αὐτοῦ.

Nemo enim nocens sine summo moerore est. Petron. cap. 125. *Dii Dedeque, quam male est extra legem viventibus! Quicquid meruerunt, semper exspectant,* ubi similia congesserunt Interpretes. Forte legendum: *Nemo enim nocens sine summo moerore et ter-*

Digitized by Google

summo moerore est, Iudices, sed multa simul eum perturbant. Quod adest, sollicitudinis plenum, quod futurum est, formidolosum, lex paratum supplicium ostentans, vitia ex vitiis coacta, occasionem arguendi maleficii captans inimicus: quae quotidiano vehementer eius animum excruciant.

III. Paronomasia. Hoc, aut addenda, aut

rore est. quod certe melius congruit cum sequentibus. Sic *moerorem* et *metum* iunxit Lucret. VI. 1181.

Perturbata animi mens in moerore metuque.

Cicero pro Rosc. Am. 24. *Sua quemque fraus, et suus terror maxime vexat.* [Cf. ad h. l. Matthiae adn. Fr.] Vide Virgil. Aen. XI. 357. et Serv. Hoc remedium saepe adhibendum erit. Nam nullum in Rutilio corruptelae genus crebrius est, quam quo voces perierint propter similitudinem vicinarum.

Quod adest, sollicitudinis plenum. Hunc Lycurgi locum imitatus videtur Philo * Iud. Tom. I. pag. 214. τοιοῦτος δὲ ὁ φαῦλος κακοδαίμονος βίος, τῶν τεσσάρων παθῶν τὰ ὀδυνηρότερα ἀποκεκληρωμένος, φόβον τε καὶ λύπην, τὴν μὲν τοῦ στένειν, τὸν δὲ τοῦ τρέμειν συνωνύμον. ἀνάγκη γὰρ ἢ παρεῖναί τι κακὸν, ἢ μέλλειν γε τῷ τοιούτῳ. τοῦ μὲν οὖν μέλλοντος ἡ προσδοκία φόβον, τοῦ δὲ παρόντος ἡ χρῆσις λύπην ἐγέννησεν. 11

vitia ex vitiis coacta. Barthius Advers. XIII. 9. legendum coniicit: *vita ex vitiis coacta.* Quam coniecturam repudians ad Stat. Theb. III. 4. locum sic explicat: *vitia semet urgentia perpetua quadam necessitate.* Nec aliam ex his verbis, sii mendo vacent, sententiam elicias. [Fortassis legendum: *vitia ex vitiis contracta.* Fr.]

quae quotidiano vehementer eius animum excruciant. Male Edit. Rhenan. eamque secutae Stephan. Gryph. Lovan. *quotidiana.* Barthius, credo, offensus adverbio *quotidiano*, Advers. XIII. 9. corrigebat: *quae quotidie aucta vehementer eius animum excruciant.* Frustra. Nam *quotidiano* elegantissimum quemque veterum dixisse, docet Bentleius ad Terent. Heaut. IV. 5. 7. Nos alibi [in Animadv. in Xenoph. Mem. lib. II. cap. 1. §. 60. Fr.] demonstravimus, in Varrone apud Non. Marcell. pag. 589. 542. legendum esse: *In omnibus rebus bonis, cotidiano cubo in Sardianicis tapetibus.* ubi vulgo legitur, *cotidianis.* Ac forte in Rutilio II. 3. pro *quotidianam commentari servitutem* legere praestat, *quotidiano commentari servitutem.* Sic veteres dixerunt *meridiano*, *matutino*, *hesterno*, *repentino*, *hiberno*, et similia, in quibus intelligitur *tempore.* Vide Vossium de Analog. IV. 18. [Heusinger. Emendatt. I. 1. pag. 12. eq. Fr.] Rutiliano loco similis est ille Ciceronis de Fin. I. 16. *temeritas et libido et ignavia semper animum excruciant.*

§. 3. Paronomasia. Edit. Aldina, quae figurarum nomina Graecis literis exprimit, Παρονυμία. MSS. * et Edd. Venet. 12
Rhen. *Paranomasia.*

[*Hoc.* Intell. sphema, Gassum.]

demenda, aut mutanda, aut porrigenda, aut contrahenda litera, aut syllaba fieri consuevit. Id est huiusmodi: *Non enim decet hominem genere nobilem, mobilem videri. Nam cum omnibus hominibus, tum maxime maximo cuique inconstantia turpitudini est.* Item: *At huius sceleratissimi opera, qui*

porrigenda. Exquisite dicitur pro *producenda.* Quinctilian. I. 6. pag. 39. [§. 32.] *qui verba paulum declinata, varie et multiplicter ad veritatem reducunt, aut correptis, aut porrectis, aut adiectis, aut detractis, aut permutatis literis syllabisve.* [Cf. ibid. cap. 7. §. 14. Fr.]

Id est huiusmodi. R. Stephanus contra libros veteres edidit: *estque huiusmodi.* quod Gryph. Lovan. Pithoeus receperunt.

Non enim decet hominem etc. Cum ea sit Paronomasiae indoles, ut, in aliam linguam si vertatur, vim et gratiam omnem amittat, Rutilius necesse habuit, exempla Graeca, quae Gorgias posuerat, commutare cum Latinis. Quorum prius ipsene finxerit, an ab Oratore Latino sumserit, incertum est. Posterius Ciceronis esse, statim demonstrabimus.

genere nobilem, mobilem videri. Revocavimus vocem *mobilem*, haustam a vicinia vocis *nobilem*, ex Exc. Gronov. Et sic iste MS. ope restituit R. Stephanus, quem imitati sunt Editores sequentes. Quid? si, ut *mobilem* propter *nobilem*, sic *ingenio* propter vicinum *genere* excidit. Nobis certe placet acutissimum inventum viri docti in marg. Ed. Rhen. *Non enim decet hominem genere nobilem, ingenio mobilem videri.* Tacit. Hist. I. 24. *mobilissimum quemque ingenio, et in novas cupiditates praecipitem.*

At huius sceleratissimi opera etc. Operae pretium est, hunc locum accuratius tractare, tum quod prope deploratus est, efficaniique indiget remedio, tum quod nobis videmur salutarem illi * medicinam fecisse. MSS. et 13
Edd. antiquae sic fere legunt: *Ad huius sceleratissimi opera qui fuit locus religiosissimus: nimirum quem traditam sibi publicorum custodiam sacrorum, non honoris, sed oneris esse existimavit.* Codices in levioribus tantum variant, ut statim indicabimus. Qua scripturae varietate cum nihil ad summam rei proficiatur, certiorem opem aliunde arcessamus. Charisius IV. pag. 251. in hac ipsa paronomasia illustranda tale exemplum affert: *apud Ciceronem: Qui fuit locus religiosissimus, nunc erit locus desertissimus. et: Custodire sacrum non honoris, sed oneris esse existimabitur.* Quod simul ut vidi, statim agnovi partem fragmenti a Rutilio laudati. Nec mirabar, Ciceronis locum poni, ubi non nisi Graecorum Oratorum exempla ponantur. Nam huius schematis ratio, ut modo diximus, Latinis explicari non poterat, nisi Graecis exemplis Latina substituerentur. Iucundum erat, ex Charisio fragmenti auctorem, quem Rutilius reticuerat, cognosse: sed multo iucunditus, lacunam quatuor verborum, quae apud Rutilium librarius, a *religiosissimus* ad *desertissimus* saltum faciens omiserat, explesse. Neque enim sine verbis, nunc

fuit lucus religiosissimus, nunc est locus desertissimus: nimirum quoniam traditam sibi publicorum

erit locus desertissimus, vel sensus huic loco, vel sua figurae ratio constare potest. Ex Charisio idem exemplum descripserunt Diomedes II. pag. 441. et Beda de Tropis S. Script. pag. 877. Apud utrumque emendatius legitur, *custodia sacrorum*, sed male apud Bedam, *qui fuit locus felicissimus*. Ex his tam discrepantibus lectionibus diligenter inter se collatis, tandem feliciter erui Ciceronis manum: *At huius scelcratissimi opera, qui fuit lucus religiosissimus, nunc est locus desertissimus: nimirum quoniam traditam sibi publicorum custodiam sacrorum, non honori, sed oneri esse existimavit.* Nunc, quando etiam textum sic restitui, ne quid temere fecisse videar, singularum mutationum rationem reddam. Pro *Ad huius*, quod omnes Rutilii libros occupat, scripsi *At huius*. Pro *sceleratissimi opera* in Laurent. A. legitur *sceleratissima opera*. Sed alterum praetuli propter reliquorum librorum con-
14 sensum. * In Edit. Veneta est, *sceleratissimi haec opera*. Post *qui fuit locus* R. Stephanus interrogandi signum posuit, cuius interpunctionem sequentes Editores servarunt. Frustra, ut nunc satis patet. In vitiosa lectione *locus religiosissimus* non solum Rutilii exemplaria omnia, sed etiam Charisius, Diomedes, Beda, consentiunt. Nos unius litterae mutatione pulchram Ciceroni paronomasiam restituimus: *lucus religiosissimus*. Duplicem in hoc loco figuram esse, alteram in *lucus* et *locus*, alteram in *honori* et *oneri*, liquido apparet e Grammaticis modo laudatis, qui illam ipsam ob causam et, alterius exempli indicium, interposuerant. Sed rectius omnia coniunxit Rutilius; nec ea de re sensus loci nos dubitare sinit. *Luci* perpetua epitheta *religiosus*, *sacer*, *sanctus*. Mox, cum tres MSS. et Edit. Rhen. haberent, *nimirum quom*, Edit. Venet. *nimirum quem*, Exc. Gronov. et Edit. Ald. *nimirum quam*, edidimus *nimirum quoniam*. Nam *quom* et *quoniam* saepe in MSS. commutantur. Vide Drakenborch. ad Liv. IV. 29. R. Stephanus inde fecerat *nimirum quia*, quod ex eo habent Gryph. Lovan. Pithoeus. Deinde mirus est consensus tum omnium Rutilii librorum, tum Grammaticorum, Charisii, Diomedis, Bedae, in lectione, *non honoris, sed oneris esse*. Quam primus Stephanus, ut Latinitatis ratio postulat, mutavit in *non honori, sed oneri esse*. Inde in Gryphianam, Lovaniensem et Pithoeanam venit. Similiter in Servio ad Virgil. Aen. I. 289. alii libri exhibent, *cui honus ipsum honoris est*, alii, *cui honus ipsum honori est*. ut recte legitur in veteri Grammatico apud Barth. Advers. XXXIX. 14. et Auctor. Lat. Ling. Gothofred. pag. 1368. Lusus in *onus* et *honos* valde placuit veteribus. Varro de L. L. IV. pag. 29. ex aliquo poëta: *Honus est honos, qui sustinet rempublicam.* Ovid. Ep. IX. 31.

* *Non honor est, sed onus: species laesura ferentem.*

Liv. XXII. 30. *Plebiscitum, quo oneratus magis, quam honoratus sum.* Auson. Protrept. 98.

* *Accessit tamen ex nobis honor inclytus, hunc tu* 15
Effice, ne sit onus.

Sidon. Apoll. VII. Ep. 9. *ut noveritis huiusmodi assensu multum me honoris, plus oneris excipere.* ubi vide Savaronem.

Digitized by Google

custodiam sacrorum, non honori, sed oneri esse existimavit.

IV. Paradiastole. Hoc schema plures aut duas, quae videntur unam vim habere, disiungit, et, quantum distent, docet, suam cuique propriam sententiam subiungendo. Hyperidis: *Nam cum ceterorum opinionem fallere conaris, tu tete frustraris. Non enim probas te pro astuto sapientem intelligi, pro confidente, fortem, pro illiberali, diligentem rei familiaris, pro malivolo, severum. Nullum est enim vitium, quo virtutis laude gloriari*

§. 4. *plures aut duas* Deest nomen in omnibus libris antiquis. R. Stephanus de coniectura edidit: *plures aut duas res.* quod receptum in Editiones Stephaniana posteriores. Equidem levi transpositione malim: *duas aut plures res.* Sic apparet, quid vocem *res* eliserit.

quantum distent. Expressimus Ed. Rhen. lectionem, quamvis scriptura Laurent. A. Ed. Ald. *quantum distant*, defendi possit exemplis, quae ad II. 6. afferemus. Laur. B. Riccard. Ed. Venet. *quantum distans.*

Non enim probas te pro astuto sapientem intelligi. Quinctilianus IX. 3. pag. 451. [§. 65.] suppresso Hyperidis nomine, huius fragmenti partem sic exhibet, Rutilianam versionem secutus: *Cum te pro astuto sapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem.* Quinctiliano, quod eruditos eius interpretes fugit, sua debet Isidorus Orig. II. 21. pag. 869. ubi sic legitur: *Cum te pro astuto sapientem appellas, pro inconsiderato fortem, pro illiberali diligentem.* Sed exquisitior est Rutilii lectio, quam minima mutatione ita refinxerim: *Non enim probas te pro astuto sapientem intelligenti.* Terent. Eunuch. II. 3. 83. *Praeterea forma et aetas ipsa est, facile ut pro eunucho probes.* ubi Donatus optime: *Probes, fingas, atque persuadeas: ut in consuetudine dicimus, Homo sacrilegus pro innocente se probavit.* Cicero Verr. V. 30. *suppositum in eius locum, quem * pro illo probare vellet.* 16
pro Milon. 24. *vulnus in latere quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari.* [Add. de Invent. I. 48. *saepe obscurius vitium pro vero probatur.* Fr.] Elegans etiam est *intelligere aliquem* pro *mores alicuius tenere.* Seneca de Const. Sap. 1. *quod Catonem aetas sua parum intellexisset.* cui simillimum illud Quinctiliani XI. 1. pag. 536. [§. 10.] *quando* (Socrates) *ab hominibus sui temporis parum intelligebatur.* Plin. VI. Ep. 27. *intelligens principis nostri.* ubi vide Buchnerum. [Cf. Ruhnk. ad Vell. Pat. II. 114. 5. pag. 258. ed. meae. Fr.] Contrarium est *ignorare aliquem*, cuius elegantiam illustrarunt I. F. Gronov. ad Iustin. XII. 1 et Broukhus. ad Propert. II. 2. 56. [Similis est usus Graecae dictionis ἀγνοεῖν τινα, de qua vid. Brem. ad Demosth. Olynth. I. (vulg. II.) §. 7. Fr.]

Nullum est enim vitium, quo

Digitized by Google

possis. Hoc idem schema solet illustrius fieri, cum ratio proposito subiungitur. Id est huiusmodi: *Quapropter nolo te saepius parcum appellare, cum sis avarus. Nam qui parcus est, utitur eo quod satis est: tu contra, propter avaritiam, quo plus*

virtutis laude etc. Manilius V. 154.

Naturae pudet, atque habitat sub pectore coeca
Ambitio, et morbum virtutis nomine iactant.

Quemadmodum Rutilius *virtutis laude*, sic Cicero Verr. II. 78. dixit: *avaritiaene crimina frugalitatis laudibus deprecetur?*

nolo te saepius parcum appellare, cum sis avarus. Omnino scribendum, *noli*, vel *nolito.* Multa, quae eandem formam habeant, facile congeri possent. Sed utamur paucis, iisque simillimis. Tacitus Hist. I. 37. *dum falsis nominibus, severitatem pro saevitia, parsimoniam pro avaritia, supplicia et contumelias vestras, disciplinam appellat.* Marius Victor Massiliens. Epist. ad Salmon. pag. 350.

vitiisque vocabula recti
Indimus, et parci cognomen sumit avarus.

Vide Lindenbrog. ad Ammian. Marcell. XXX. 8. pag. 658. Wassium et Cortium ad Sallust. Catil. 52. MSS. Laurent. Edd. Venet. Ald. *parcum parcum appellare.* qua geminatione librarii §. XV. huius libri, *uno uno tempore* scripserunt.

17 **qui parcus est, utitur eo quod satis est.* Nigidius apud Serv. ad Virgil. Georg. I. 47. *Quia qui parcior est, suo contentus est, quod avarus non facit.* Similes sententias, Rutilio etiam laudato, collegit Barth. ad Claudian. in Rufin. I. 188.

quo plus habes, magis eges. Praemisso *quo*, omittitur *eo*, ut II. 9. *Nam quo magis eget ad sumtum ambitionis, audacius facit rapinam.* Quam rationem, qui de Particulis scripserunt, imitandam esse negant. [Cf. Hor. Tursellin. de Particc. pag. 751. ed. 5. Fr.] Frustra. Cicero de Fin. V. 13. *necesse est huic partes quoque sui caras esse, carioresque, quo perfectiores sint.* [Cf. Beier. ad I. de Off. 21. §. 73. Fr.] Ovid. Ep. IV. 19.

Venit Amor gravius, quo serius.

Manilius IV. 6.

Pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit.

qui locus sententia quoque convenit cum Rutiliano. Nec alienus, sive verba, sive sententiam spectes, Curtii VII. 8. *Primus omnium satietate parasti famem; ut, quo plura haberes, acrius, quae non habes, cuperes.* Vide Gronovium ad Liv. XXV. 36. ad Senec. Nat. Qu. VI. 28. et Drakenborch. ad Liv. XXVI. 20. Similiter post *quanto magis* omittitur *tanto*, vel *tanto magis.* Plinius Paneg. 73. *quanto magis a te reprimebatur, exarsimus.* ubi vide Schwarzium. Lactant. de M. P. 38. *quanto magis circumscalpitur, latius saevit; quanto curatur, increscit.* [Cf. Hor. Tursellin. de Particc. pag. 664. ed. 5. Fr.] Sed haec satis illustrata ab aliis.

Digitized by Google

habes, magis eges. Ita non tam diligentiae fructus, quam inopiae miseria consequitur.

V. Anacliasis. Hoc schema fieri solet, cum id quod ab altero dictum est, non in eam mentem quae intelligitur, sed in aliam aut contrariam excipitur. Huiusmodi est vulgare illud Proculeianum. Proculeius cum filium suum moneret et hortaretur, audacter ex bonis ipsius sumtum faceret quas in res vellet;

diligentiae fructus. Pricaeus ad Apuleii Apolog. pag. 57. legere malit *opulentiae fructus.* Sed quid opus est mutatione? Nam *diligentiae fructus* est opulentia: *diligentia*, frugalitas, rei familiaris tuendae studium, ut in hac ipsa §. *diligentem rei familiaris.* Quae vocis proprietas saepe explicata est, inprimis a Gravio in Cicero. ad Div. III. 8. ad Attic. V. 3. VI. 1. Dukero ad Flor. I. 6. pag. 58. et Ernesto V. C. ad Tacit. Ann. IV. 20. Contra *negligentia* tribuitur prodigo, profuso. [Cf. Ruhnk. ad Terent. Phorm. V. 3. 5. Fn.]

miseria consequitur. Recepimus * Ed. Rhen. lectionem. Tres MSS. Edd. Ven. Ald. *miseria sequitur.* Pronomen *te* in reliquas editiones venit ex R. Stephani interpolatione. Sallust. Catil. 54. *ita quo minus gloriam petebat, eo magis sequebatur.* ubi similitudo illam intrusum docet Cortius. 18

§. 5. Anacliasis. Ἀνάκλασις, quasi tu refractionem dicas, aut reflexionem, repercussionemve. Gesner.

Huiusmodi est vulgare illud Proculeianum. Diximus supra, Paronomasiam Latinis explicari non potuisse, nisi Graeca exempla cum Latinis commutarentur. Hic vero quae ratio Rutilium movere potuit, ut Graecis exemplis, quae Gorgias posuerat, substitueret Latina? Equidem non dubito, quin totum illud exemplum inculcatum sit vel ex Quinctiliano IX. 3. [§. 68. ubi cf. Spald.] vel potius ex alio Rhetore Latino, qui periit cum aliis multis. Quodsi lacuna, de qua statim dicemus, iam ab hoc loco, ut suspicamur, incepit, tanto facilius studiosus aliquis invitari potuit, ut exemplum, quod lacuna hausisset, adiiceret de suo. Quinctilianus illud his verbis expressit: *Cum Proculeius quereretur de filio, quod is mortem suam exspectaret, et ille dixisset, se vero non exspectare: Immo, inquit, rogo exspectes.* Ex Quinctiliano sumsit Isidor. Orig. II. 21. Ceterum viri docti intelligunt C. Proculeium, Equitem, Augusti amicitia et liberalitate erga fratres clarum, Terentiae, quae Maecenati nupta fuit, fratrem; de quo Horatius II. Carm. 2. 5.

Vivet extento Proculeius aevo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente solvi
Fama superstites.

Vide ibi Torrent. et Burmann. ad Quinctil. VI. 3. [§. 79. ubi vide Spalding.] IX. 3. [§. 68.]

* *ex bonis ipsius sumtum faceret.* Mendosissimam hoc loco scripturam habent tum libri ca- 19

Digitized by Google

atque opus esset: nec tum denique speraret libertatem licentiamque utendi futuram, cum pater decessisset, cui vivo patre promisce omnia licerent: filius respondit, non esse se opus saepe eadem ostione moneri, nec se patris mortem exspectare. Cui Proculeius pater: *sufficit*, *immo vero*, inquit, *ne meam mortem exspectes*, *nec properes moliri*, *ut velocius moriar.*

lame notati, tum Editiones antiquae. Tres MSS. et Ed. Veneta, *ex bonis ipsi sumere tam facere.* Edit. Rhen. *ex bonis ipsi sumeret tum faceret.* Edit. Ald. *ex bonis ipsi sumeret ac faceret.* Nihil verius coniectura R. Stephani, vel potius viri eruditi, cuius opera Stephanus se usum profitetur: *ex bonis ipsius sumtum faceret.* Quae cum proxime accedat ad Rhenanianae lectionis vestigia, commodumque sensum efficiat, nobis non invitis, teneat locum in contexto, quem Stephanus et posteriores Editores ei dederunt. Similiter indulgens pater apud Terent. Heaut. III. 1. 55. *Faciat quod lubet: Sumat, consumat, perdat, decretum est pati.*

nec tum denique. Omnes libri, *et tum denique.* quod iure mutatum a R. Stephano in *nec tum denique.*

promisce omnia licerent. MSS. et Editiones veteres, *promisse omnia licerent.* R. Stephanus edidit *promiscue.* Sed e *promisse*, una litera mutata, faciendum *promisce;* de qua forma vide I. F. Gronov. ad Gellii Praef. pag. 2. Davis. ad Minuc. Felic. cap. 9. et Drakenborch. ad Liv. III. 47. *Promisce* etiam est in Ammian. Marcell. XX. 6. cui redde eandem formam XV. 13. XXXI. 6. e Cod. Vaticano, quem contulit Is. Vossius.

filius respondit, *non esse se opus.* *Respondisset* libri scripti editique omnes usque ad R. Stephanum, qui restituit *respondit:* quod Gryphii et Lovaniensis Editoris exemplo, exprimendum curavimus. Car. Langius ad Cicero. Parad. VI. 1. citat, *filiusque respondisset:* Nic. Caussinus, qui totum Rutilium * libris de Eloquentia sacra et humana inseruit, pag. 879. *ac filius respondisset.* Mox Laurent. A. Riccard. Edd. Ven. Rhen. Ald. *non esse se opus saepe.* quod recepimus. Laur. B. a manu secunda, et Ed. Pithoeana, *non esse opus saepe.* Steph. Gryph. Lovan. *se non esse opus saepe.*

minime meam mortem exspectes. Videtur legendum: *velim ut meam mortem exspectes.* Vid. Quinctil. IX. 3. 68. qui Antanaclasin vocat hanc figuram. Gesner.

pater: sufficit, immo vero, inquit, ne meam mortem exspectes. Ita hunc locum magno consensu exhibent MSS. Laurent. A. B. Riccard. et tres primariae Editiones, Veneta, Rhenan. Aldina. At R. Stephanus edidit: *pater subiecit, immo ero, inquit, ut meam mortem exspectes.* quod Gryph. et Lovan. admiserunt. Pithoeus, nec ipse libris scriptis, sed ingenio fretus, locum sic depravavit: *pater subiecit, immo vero minime meam mortem ex-*

VI. * respondisse dicitur: *Si aut qui sapiunt, imperare, aut qui imperant, sapere discunt.* Item

spectes. cuius scripturam e Quintiliano l. c. sic emendat A. Schottus ad Senec. Suasor. III. pag. 83. *pater subiecit, immo vero mortem meam exspectas.* Equidem, etsi non ausus sum corruptam lectionem loco movere, tamen R. Stephanum, existimo, *sufficit* in *subiecit* bene refixisse. Sic igitur locus legendus: *pater subiecit: immo vero, inquit, velim meam mortem exspectes.* quod etiam Cl. Gesnero placuit. Pithoeum *inquit* post *subiecit* offendisse videtur; quod centies abundare, notum est. Liv. VII. 16. *Sex. Tullius exclamat: Adspice, imperator, inquit* etc. Seneca de Ira cap. 23. *Excepit Demochares: Te, inquit, suspendere.* Gellius II. 13. *de Graccho ita scripsit: Orare coepit, inquit.* ubi vide I. Fr. Gronovium. Add. Virgil. Aen. III. 480. et ibi Serv. et virum doctum Oba. Miscell. Nov. Tom. X. pag. 14. [Ochsner. ad Ciceronis Eclogas pag. 379. sq. ed. 3. Fr.] Ambiguum vero dicti Proculeiani est in duplici significatione verbi *exspectare*, quod et pro *optare* et pro *praestolari* usurpatur. [Cf. Ochsner. ad Ciceronis Eclogas pag. 372. Fr.] *Mortem exspectare* propria locutione dicitur, * qui alterius mortem cupit optatque, tanquam filius, qui, ut eleganter ait Ovid. Met. I. 148.

ante diem patrios inquirit in annos.

vel cui, ut Stat. Silv. III. 3. 14. ex imitatione Terentii Hecyr. IV. 2. 20.

corde nefas tacitum, fessique senectus
Longa patris.

Seneca de Benef. V. 17. *Quis non patri, suo supremum dixit, ut innocens sit, optat? ut moderatus, exspectat? ut pius, cogitat?* Sil. Ital. VIII. 4.

ut sit copia Martis,
Exspectandae viri fata, optandumque sub armis
Parcarum auxilium.

Vide I. Rivium ad Terent. l. c. I. Nicol. Loëns. Epiphyll. II. 23. Vossium Inst. Or. V. 2. pag. 227. Gronov. ad Liv. XXVIII. 27. et Graevium, immemorem in hac formula explicanda Gronovianae observationis, ad Ciceron. Parad. VI. 1. quorum nemo Proculeianum dictum praetermisit.

§. 6. * *respondisse dicitur.* Hic in tribus MSS. et totidem Editionibus vetustis lacuna est, cuius etiam indicium habet Aldina. R. Stephanus, vel potius, quem adhibuit, vir doctior, incertum, an audacior, lacunam, ne monito quidem lectore, ita supplevit: *Plato interrogatus qui respublica beata fieret, respondisse* etc. quod supplementum, tanquam e Codicibus haustum, Gryph. Lovan. Pithoeus retinuerunt. Haec lacuna, si non plura, certe exempla Anaclasis, et descriptionem Epanodi absorpsit. Nam vere observavit Vossius Inst. Or. V. 2. pag. 227. tria, quae subiiciuntur, exempla non ad Anaclasin, sed ad Epanodum pertinere: quamvis ille nihil sit de lacuna suspicatus.

Si aut qui sapiunt, imperare. Nobilissimum Platonis dictum est Polit. V. pag. 466. B. [pag. 473. D. HSt.] Ἐὰν μὴ ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, —— οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα τοῖς

Digitized by Google

dicitur dixisse: *Prudentis esse offi-*
probatam appetere, [*non*] *appe-*
Item ARISTOTELES dicitur dixisse:

Epist. VII:
A. B. HSt.]
vationem hu-
cum aliis
comparare.
Fratr. I. 1.
fore beatas
si aut docti
eas regere
qui regerent,
in doctrina
esset. Valer.
Qui tum demum
orbem futurum
sapientes re-
sapere coepis-
Doctr. Platon.
rempublicam
tere, nisi is qui
sapientiae stu-
imperandam de-
esse inter omnes
constet. Capitolin.
Florere civita-
philosophi imperarent,
philosopharentur.
Symmach. I. 30.
pulchro quidam do-
cissimus, *Esset*
inquit, *tunc for-*
tunata satis, *si*
saperent, *vel re-*
gnarent sapientes.
Inst. III. 21. *At*
beatas civitates fu-
si aut philosophi
aut reges philosopha-
Boethius Consol. Philos.
Beatas fore respubli-
cas vel studiosi sapien-
tiae contigisset. [Ia.
Policrat. VI. 6. *tunc de-*
publicas fore beatas as-
si eas philosophi rege-
aut rectores earum studere
contigisset. Fr.] Hoc

Platonis dictum, quo, hoscio, an aliud reperiatur vel pulchrius, vel verius, Themistius etiam laudavit Or. II. pag. 40. A: sed idem Sophistarum more reprehendere ausus est Or. VIII. pag. 107. C. adversus quem elegans est Aug. Buchneri Oratio, inter Academ. Orat. Tom. II. pag. 289.

amicitiam probatam. Sic Edit. Rhenan. quod Stephan. et alii expresserunt. Ceteri scripti editique veteres, *amicitiam approbatam*.

non appetitam probare. Stulta profecto sententia. Quis enim probet amicitiam, quam non appetierit, quam alter obtruserit invito? Verum, ne quis Theophrastum tam absurda dixisse credat, ipsa Theophrasti verba, quae Rutilius vertit, adscribam ex Plutarcho de Fratern. Amor. pag. 482. B: Τοὺς μὲν γὰρ ἀλλοτρίους, ὡς ἔλεγε Θεόφραστος, οὐ φιλοῦντα δεῖ κρίνειν, ἀλλὰ κρίνοντα φιλεῖν. Ex his clarum est, negationem, quae omnem dicti sensum evertit, temere in contextum irrepsisse. [Nihil muta: *non probare appetitam*. Amicitia prius probanda, dein appetenda; non vice versa. Tour. Sic igitur distinguenda sunt haec verba, ut post negationem comma ponatur. Idem malebat Io. Bernh. Koehler, cuius *notulae* in Rutil. Lupum legunturin Seebodii libro: *Neues Archiv für Philol. u. Pädagogik*. Fasc. I. Ann. 1828. pag. 128. Fr.] Eundem Theophrasti locum, sine auctoris mentione, sic expressit Cicero de Amicit. 22. *Cum iudicaveris, diligere oportet; non cum dilexeris, iudicare.*

Eius esse vitam beatissimam, cuius et fortunae sapientia, et sapientiae fortuna suppeditet.

VII. Epistole. Hoc schema dupliciter fieri consuevit, cum pluribus et diversis sententiis aut unum et idem verbum singulis praeponitur: aut varietas verborum, quae tamen eandem vim inter se habeat. Ab uno verbo saepius quae proficiscuntur,

Cum Theophrasti mentione Seneca Ep. 3. *Isti vero praepostere officia permiscent, qui contra praecepta Theophrasti, cum amaverint, iudicant; et non amant, cum iudicaverint.* Eadem respicit Valer. Max. IV. 7. pr. *Cum enim deserta sit futura vita hominum nullius amicitiae pincta praesidio, tam necessarium subsidium temere assumi non debet; semel autem recte apprehensum aperti non convenit.* Item Ammian. Marcell. XXVI. 2. *Ut enim sapientes definiunt, non modo in imperio, ubi pericula maxima sunt et creberrima, verum etiam in privatis quotidianisque rationibus, alienum ad amicitiam, cum iudicaverit quisquam prudens, adiungere sibi debebit, non cum adiunxerit, iudicare.* ubi plura de hoc dicto habet Fr. Lindenbrogius. Dudum ante Theophrastum Solon apud Diog. Laërt. I. 60. dixerat: Φίλους μὴ ταχὺ κτῶ· νοῦς δ' ἂν κτήσῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε. Est autem illa sententia prodita a Theophrasto in libris περὶ φιλίας, ut bene vidit I. Meursius in Theophrast. pag. 639. Quorum librorum iacturam multo gravius ferremus, nisi nobis permansisset, Ciceronem pulcherrima quaeque ex illis delibasse, et in aureum *de Amicitia* librum transtulisse. Ex iisdem Theophrasti libris Plutarch. in Caton. Min. pag. 777. B. [cap. 37.] aliud dictum affert: ἔφη κινδυνεύειν τὸ λίαν φιλεῖν, ὡς φησι Θεόφραστος, αἴτιον τοῦ μισεῖν γίνεσθαι. quod more suo repetit de Liber. educ. pag. 9. A. Id, in contrarium versum, latet in corruptissimo loco Aristaeneti I. 22. αἴτιον δὲ ἦν τὸ βούλεσθαι φιλεῖν μισεῖν, τὸ λίαν μισεῖν φιλεῖν. ubi legendum: αἴτιον δὲ ἦν τοῦ βούλεσθαι μισεῖν τὸ λίαν φιλεῖν. Quam emendationem mecum communicavit vir summus et singularis, Tiberius Hemsterhusius, qui, quanquam matura et aetate et gloria decessit, tamen a nobis, velut ante diem raptus, lugetur.

Eius esse vitam beatissimam. * Nemo nescit, summum bonum ab Aristotele positum esse in bonis animi, corporis, et fortunae. Quam rationem ipse explicat Nicom. I. 8. seqq. Vide Ciceron. Tusc. Disp. V. 30. de Fin. II. 11. Senec. Ep. 88. pag. 383. Diog. Laërt. V. 30. Lactant. D. I. III. 7. et Bergler. ad Alciphron. III. 55. 24

suppeditet. Pro suppotat, ut II. 9. ubi vide quae dicemus.

§. 7. *diversis sententiis.* Male Edit. Rhenan. *divisis sententiis.* quod secuti sunt Stephan. Gryph. Lovan.

aut idem. F. *et idem.* Gesner. Sic correxit manus secunda in MSS. Laurent. A.

inter se habeat. Caussinus pag. 392. edidit: *inter se habent.* Male. Nam statim: *varietas verborum, quae eandem vim habet.*

Ab uno verbo saepius quae

Digitized by Google

sunt huiusmodi. LYCURGI: *Nam cum iuventus concitata temere arma caperet, et quietos Thessalos manu lacessere conaretur, iure ego senatum coëgi auctoritate sua comprimere adolescentium violentiam. Ego quaestoribus interminatus sum, ne sumtum stipendio praeberent. Ego, armamentario patefacto, repiti, atque afferri arma prohibui. Itaque unius opera mea non concitatum bellum non necessarium scitis.* Item HEGESIAE: *Mi-*

proficiscuntur. Dedimus scripturam Laurent. B. Riccard. Exc. Gronov. Edd. Venet. Ald. ad quam proxime accedunt Laurent. A. Ed. Rhen. *ab uno verbo saepiusque proficiscuntur.* R. Stephanus edidit: *Quae ab uno verbo, saepiusque proficiscuntur.* quem Gryph. et Lovan. imitati
25 * sunt. Pithoeana: *Quae ab uno verbo saepius proficiscuntur.*

unius opera mea. Nescio, cur R. Stephanus, quem posteriores Editores secuti sunt, mutato verborum ordine, dederit, *mea unius opera.* Nam, ne dicam, ingratum auribus esse trium vocalium concursum, eodem ordine iunxit Cicero ad Att. XI. 15. *Solius enim meum peccatum corrigi non potest.* pro Sext. 60. *in unius mea salute.* Ipsam construendi rationem explicuerunt Is. Casaubon. ad Pers. V. 40. pag. 379. I. F. Gronov. ad Plaut. Pseud. I. 1. 4. N. Heins. ad Ovid. Ep. V. 45. et Drakenborch. ad Liv. VII. 40.

non concitatum bellum non necessarium scitis. Vereor, ne hic quoque unum et alterum verbum intercideriit. Idem sentiens R. Stephanus, de coniectura clanculum edidit: *compressum, non concitatum bellum non necessarium scitis.* quod supplementum, a Gryph. Lovan. et Pyth. recep-

tum, eieci et expunxi, satius existimans, locum mutilum relinquere, quam interpolare.

HEGESIAE. Hegesias Magnes, orator ex eorum numero, qui Asiani vocantur, primus Asiaticum dicendi genus invexit, Atticaeque eloquentiae integritatem corrupit. Vide Cicero. Orat. 67. 69. [§§. 226. 230.] Strabon. XIV. pag. 959. Longin. *Π. Υ.* §. 3. et ibi Langbaenium. Ut verbis et sententiis ineptus fuit, sic maxime orationis structura, quam, praeter Ciceronem l. c. vehementer exagitant Dionysius Halic. de Compos. pag. 5. 18. et Theon. Progymn. cap. 2. pag. 25. In
* orationibus, quarum etiam frag- 1
mentum est apud Strabon. IX. pag. 607. imitari voluit Charisium, Menandri aequalem: ex quo, quando vixerit, intelligi potest. Cicero Brut. 83. *Charisii vult Hegesias esse similis, isque se ita putat Atticum, ut veros illos prae se paene agrestes putet.* Unus ex omni antiquitate Varro, teste Cicerone ad Att. XII. 6. fructum eius dicendi genus probavit. Quanquam etiam Gorgias, cuius librum Rutilius vertit, de eius eloquentia hoc sensisse videtur. Nisi forte existimamus, eum figurarum exempla, quae aliunde sumere poterat, ab oratore, quem contemnebat, sumsisse. Sed cave eum

seminii mei, Iudices, quem coniurata tanta vis inimicorum oppugnat. Miseremini solitudinis, cui

82 ubi per metri legem * *proinde* in *perinde* mutare non licet. [Cf. Kritz. ad Sallust. Cat. 12. extr. Quamtumvis autem *proinde* ponatur pro *perinde*, conclusionis tamen quae vocatur notio ut est in simplice *proinde*, ita nusquam in *perinde* deprehenditur. Fr.] Pro *successuit* Edit. Rhen. *succesuit*, ex quo vir doctus in eius margine fecit *successet*. *Successit* ex Rhenan. etiam habent Steph. Gryph. Lovan.

§. 9. *in uno novissime acquiescunt*. Legendum esse, *in uno novissimo acquiescunt*, alii quoque viderunt; idque confirmat MS. Laurent. A. et clarum est e §. superiore: *in hoc autem omnium sententiarum unum atque idem novissimum verbum*.

Stratocles. Stratocles, orator, in populiscito apud Pseudo-Plutarchum de Vit. X Orat. pag. 852. A. quo Lycurgo summi post mortem honores decreti sunt, Euthydemi filius, Dionisiensis, dicitur. Decretum factum est, rogante Stratocle, qui Lycurgum eximie coluit, eique publicae pecuniae quaesturam defendam curavit, teste eodem Pseudo-Plutarcho l. c. pag. 841. B. Quid hominem Lycurgo coniunxerit, ignoramus. Certe quidvis potius fuit, quam morum studiorumque similitudo. Nam ut actus illa nihil Lycurgo vidit sanctius, sic Stratocle nihil improbius. Non tam bene ei convenit cum Demosthene, quem, ob pecuniam, ab Harpalo acceptam publice accusavit. Quod intelligimus e Dinarcho in Demosthen. pag. 177. A. 175. A. [pag. 147, 1. sqq. et 152, 20. Bekker.] et, si per librarios licuisset, etiam intelligeremus e Pseudo-Plutarcho l. c. pag. 846. C. et Photio Cod. CCLXV. pag. 1475. ubi nunc legitur: *εἰσαχθεὶς δὲ εἰς δικαστήριον ἀπὸ Ὑπερείδου, Πυθέου, Μενεσαίχμου, Ἱμεραίου, Πατροκλέους*, vel *Προκλέους*. Sed, propter discrepantem Dinarchi ea de re testimonium, vix dubitari potest, quin scribendum sit *Στρατοκλέους*. Eorundem nominum commutatio, nescio, an facta sit apud Suidam v. *Ἀντίπατρος*. *νικήσας δὲ ἕπτα τοὺς δέκα ῥήτορας, οὓς ἐξέδοσαν Ἀθηναῖοι, Δημοσθένην, Ὑπερίδην, Λυκοῦργον, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Θραρύβουλον, Χάρητα, Χαρίδημον, Διάτιμον, Πατροκλέα, Κάσσανδρον*. [F. *Πατροκλέα Κασσάνδρου, Cassandri filium*. Tour.] Hi omnes noti sunt

rius hoc interest, quod in superiore un[illegible] em
pluribus sententiis anteponitur, in hoc a[illegible] e
sententiarum unum atque idem novissi[illegible] c
Sosicratis: *Non enim alius quis* [illegible]
in has difficultates inciderimus: se[illegible] ad-
lum suscipiendum nos primum [illegible] lon-
deinde in ipso belli labore ac [illegible] hic ad
nos Philippus, novissime nunc [illegible] ius obser-
proinde atque culpae, succen[illegible] decem ora-
dixisset; unde
Atqui huic e-
emendatio nostra.
[illegible]dro oratorum nume-
[illegible] tot sunt oratores,
[illegible]idus promisit. Redeamus
[illegible]ratoclem: Demosthenes Stra-
[illegible]clii, aliisque, qui ipsum pro-
[illegible] peculiarem Harpalicam rem
[illegible] egissent, respondit oratione περὶ
[illegible]δίστων, cuius nihil, nisi nomen,
[illegible] ad nos pervenit. In orationibus,
quae superesunt, Stratoclem se-
mel tantum perstringit, adv. Pan-
taenet. pag. 994. C. [pag. 980.
Reiz. 241, 48. Bekker.] καὶ Στρα-
τοκλεῖ τῷ πιθανοτάτῳ πάντων
ἀνθρώπων, καὶ πονηροτάτῳ.
Venustam Stratoclis fragmentum
laudat Agatharchides apud Pho-
tium Cod. CCL. pag. 1331. Ἱερο-
τεὶ * καὶ σπείρεται τὸ θηβαῖον 31
ἄστυ, τῶν συνεγωνισαμένων ὑμῖν τὸν πρὸς Φίλιππον πόλε-
μον. Quod cum totidem prope
verbis in Dinarchi Orat. adv. De-
mosth. pag. 175. D. [pag. 158,
24. Bekker.] reperiatur, praestan-
tissimus Wesselingius ad Dioder.
Sic. XIII. pag. 585. suspicatur,
vel Dinarchum illud a Stratocle
sumsisse, vel orationem, quae
Dinarchi dicitur, Stratoclis esse.
Altera coniectura probabilis, al-
tera nihil habet simile veri. Ne-
que enim oratio, in qua, ut mo-
do vidimus, ipse Stratocles lau-
detur, referri ad auctorem Strat-
toclem potest. Cicero Brute 11.
Stratoclem, ut Themistoclis mar-
tem rhetorice et tragice ornare
posset, fuxisse scribit; illum,
cum taurum immolavisset, exo-

§. 8. *novissimum.* i. e. ultimum. Cf. §. sq. et II. §. 3. Neque rara est haec huius voc. significatio. Sed Cicero semel tantum ea ratione usus reperitr pro Rosc. Com. cap. 11. §. 7 *Itaque perbrevi tempore, qui in novissimis quidem erat hi*[illegible] *nibus, ad primos pervenit* [illegible] *dos.* Cf. Gell. NN. AA. [illegible] Fr.

Sosicratis. Sosicrati[illegible] mentionem nusquam [illegible] II. 13. invenimus. [illegible] vixerit, hoc fragme[illegible] Quodsi nobis de e[illegible] staret, intelliger[illegible] quos Philippus [illegible] lum suscipiend[illegible] mox destituer[illegible] ses intelliger[illegible] storia sinun[illegible]

incideri[illegible] *derim.* qu[illegible] van. ex[illegible] veteres [illegible] tus est [illegible]

sed [illegible] *dum* [illegible] quar[illegible] ribu[illegible] tia [illegible] et [illegible] 31 ne [illegible] v[illegible] *i*, [illegible]

Digitized by Google

ndis, quomodo ne tri-
ptas aerarii opes,
naeritis, quem-
omnibus pareat
, innocentium salus.

schema solet complures
modo ut pronuntietur,

, et eo
esse. ubi
, an orator
t amicissimus
tor. Cicer. Sed
coricus hoc nomi-
tores intelligi, cer-
octax et scurrile Stra-
genium cognoscere licet
quod referunt Plutarchus
praecept. pag. 799. F. De-
metr. pag. 894. A. [cap. 11.] et
Libanius Ep. 1569. Cum Athe-
niensea ingentem cladem acce-
bissent, ille cladis nuncium prae-
vertens, populum iussit Diis ob
rem bene gestam gratias agere,
et se laetitiae dare. Mox cum
alia omnia nunciarentur, et po-
pulus indignatione accensus in
ipsum invehereturur, impudenter
quaesivit: τί ἠδίκηται, τρεῖς ἡ-
μέρας δι' αὐτὸν ἡδέως γεγονώς;
De turpi eius adversus Antigo-
num et Demetrium adulatione
idem Plutarchus Demetr. pag.
893. E. 900. A. E. [cap. 11. et
24.] ubi illum ex virtutibus suis
ornat: ἦν δὲ καὶ τἄλλα παρά-
τολμος ὁ Στρατοκλῆς, καὶ βε-
βιωκὼς ἀσελγῶς, καὶ τῇ τοῦ
παλαιοῦ Κλέωνος ἀπομιμεῖσθαι
δοκῶν βωμολοχίᾳ καὶ βδελυρίᾳ
πρὸς τὸν δῆμον εὐχέρειαν.
ἔσχε δὲ τὴν ἑταίραν Φιλώνιον.
Aliam Stratoclis meretricem me-
morat Athenaeus loco corrupto
XII. pag. 596. F. ad quarum al-
terutram pertinet versus Philip-
pidis apud Plutarch. Amator.
pag. 750. F.

Ἀποστρεφομένης τὴν κορυ-
φὴν φιλεῖς μόλις.

Alii versus, quibus idem Comicus Stratoclem exagitarit, sunt apud Plutarch. Demetr. pag. 894. C. 900. F. [cap. 12. et 26.]

* *quomodo ne tributa conferatis.* Haec est scriptura MSS. Laurent. A. B. Riccard. et Ed. Rhenan. eamque solam veram puto. Ed. Veneta: *quem ne tributa conferatis.* Ed. Ald. *quo ne tributa conferatis.* At R. Stephanus, nulla necessitate urgente, *ne* transposuit hoc modo: *quomodo tributa ne conferatis.* cui coniecturae in reliquis Editionibus locus datus est. [*Quomodo ne* est Graecum ὅπως μή. Fr.]

at consiliis captas aerarii opes. MSS. Laurent. A. B. Riccard. Edd. Venet. et Rhenan. *a consiliis.* Recte Excerpt. Gronov. et Edit. Aldin. *at consiliis.* quod Stephanus et alii receperunt. Sed temere Stephanus, eumque imitati Gryph. et Lovan. in contextum induxerunt: *ad consiliis coeptis* etc. Nam una litera mutata legendum: *at consiliis captis* etc. Mox Edit. Rhen. sic interpungit: *opes, quas capitis augere, non potestis.*

at ignoscendo nocentibus. Simili sententia Lycurgi apud Rutilium II. 18.

Digitized by Google

efferre. CLEOCHARIS: *Nam vehementer admiror, Lacedaemonii, si praeter hunc quenquam existimatis esse, cui ob has caussas iure succensere debeatis. Hic est enim qui vobis exploratam spem victoriae est pollicitus. Hunc vos non solum in consilio dando ceteris anteposuistis, sed etiam in conficiendo negotio principem fecistis. Huic omnium vestrum fortunas universi commisistis. Ab hoc igitur uno pristinae pollicitationis, rerumque*

§. 10. *si praeter hunc quenquam existimatis esse.* Sic scripsimus ex Excerpt. Gronov. et sic R. Stephanus edidit sine libris. MSS. et Editiones veteres omnes vitiose: *si praeter hunc quenquam existimatus esset.* Pro *quenquam* Edd. Venet. et Aldin. *quempiam.* [Cf. Zumpt. Gr. Lat. §. 710. FR.]

36 *cui ob has caussas iure succensere * debeatis.* Huius loci vitium honesta, quam induit, specie paene me fefellisset. Omnino legendum: *cui ob hos casus iure succensere debeatis. Casus* et *caussa* centies commutantur. Vide Interpretes ad Liv. XXXVII. 17, Cicero pro Rosc. Amer. 44. *Quae ad huius vitae casum caussamque pertineant.* Lege: *Quae ad huius vitae caussam pertineant.* Nam *casum* ex variante lectione in textum irrepsit.

qui vobis exploratam spem victoriae est pollicitus. Omnes libri mendose: *qui nobis imploratam spem victoriae est pollicitus. Exploratam* pro *imploratam* legendum esse, aliis quoque in mentem venit. Cicero Phil. X. 10. *Magna nos quidem spe, et prope explorata, libertatis caussam suscepimus.* Tusc. Disp. V. 9. *summum bonum firma corporis affectione, exploratoque spe contineri.* Scribere etiam possis: *qui vobis exploratae spem victoriae est pollicitus.* Caesar de B. G. VII. 53. *quum sine duce, et sine equitatu deprehensis hostibus, exploratam victoriam dimisisset.* Cicero ad Div. VI. 1. *ut explorata nobis esset victoria.* Vellei. Paterc. II. 84. *exploratissima Iulianarum partium fuit victoria.* Sed prior lectio praeferenda ob vulgatam scripturam.

ceteris anteposuistis. Sic omnes veteres libri, praeter Ed. Rhen. quae habet, *ceteris praeposuistis.*

in conficiendo negotio principem fecistis. Sic Excerpt. Gronov. Optime. Alii libri omnes: *in conficiendo negotio principem praefecistis.*

omnium vestrum fortunas. Haec est scriptura Ed. Rhenan. Ceteri libri antiqui: *omnium nostrum fortunas.*

*rerumque gestarum rationem * 37 reposcere debetis.* Fatali quadam consensione scripti editique Codices omittunt vocem *rationem*, sine qua nec sensus, nec constructio constat. Primus illam vocem, vel invitis libris antiquis, revocavit R. Stephanus, quem imitati sunt posteriores Editores. Nec apud nos librorum in manifesto peccato consensus tantam vim habuit, ut lectionem adeo necessariam contextu excluderemus. Est autem legitima loquendi forma *rationem reposce-*

Digitized by Google

gestarum rationem reposcere debetis. Item CHARISII: *Pater hic tuus nunc denique est, ut egestatem tuam debere alere videatur? Patrem nunc appellas, quem prius egentem auxilio tuo ut alienum deseruisti? Patri tu filius es ad potiundas*

re. Cicero Divin. in Caecil. 9. *Nihil est enim quod minus ferendum sit, quam rationem ab altero vitae reposcere eum, qui non possit suae reddere.* Caesar de B. G. V. 30. *si gravius quid acciderit, abs te rationem reposcent.* ubi vide Oudendorpium. Liv. XXXIX. 37. *Vos rationem reposcitis, quid Achaei Lacedaemoniis bello victis fecerimus.* Lactant. Div. Inst. VI. 24. *cui, rationem vitae reposcenti, actus suos inficiari non licebit.* Verbi *reposcere* proprietas his etiam exemplis intelligitur. Virgil. Aen. XII. 2.

sua nunc promissa reposci.

Virgilium imitatus Valer. Flacc. VII. 650.

Haud iam mendacem promissa reposcere regem.

In his vero formulis *reposcere* ponitur pro simplici *poscere.* Vide Dukerum ad Flor. II. 15. 12.

CHARISII. De Charisio Cicero Brut. 83. *Et quidem duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se; sed Attici tamen: quorum Charisius multarum orationum, quas scribebat aliis, cum cupere videretur imitari Lysiam: Demochares* etc. et mox: *At Charisii vult Hegesias esse similis.* Quinctilian. X. 1. pag. 499. [§. 70.] *Nec nihil profecto viderunt, qui orationes, quae Charisii nomine edunt*[ur], [leg. *nomini addicuntur.* Fa.] *a Menandro scriptas putent.* Quae veterum opinio, sive vera, sive falsa, multum valet ad Charisii orationes commendandas. Charisium non aliunde, quam ex Rutilio, cognitum habebat Barthius Advers. XXXIV. 19. quem, allatis Ciceronis et Quinctiliani locis, acerbe reprehendit Th. Reinesius Var. Lect. III. 14. Adde Daumium Ep. ad Reines. pag. 60. Reines. ad Daum. pag. 68. Daum. ad Reines. pag. 76.

* *Pater hic tuus nunc denique est.* Hunc locum laudat Quinctilian. IX. 3. pag. 446. [§. 36.] *et apud Rutilium longiore περιόδῳ, haec initia sententiarum sunt, Pater hic tuus? patrem hunc appellas? patris tu huius filius es?* ubi ex Rutilio pro *hunc appellas* scribendum *nunc appellas.* [quod ipsum ex Codd. Turic. Florent. Ambr. 1. Guelf. reposuit Spalding. Fa.] De altera varietate *patris* pro *patri* vide annotationem sequentem. 38

Patri tu filius es. Ex Quinctiliano l. c. R. Stephanus primus mutavit lectionem MSS. et Edd. antiquarum: *Patri tu filius es.* quam nos, ut remotiorem a vulgo, Rutilio vindicamus. Terent. Adelph. I. 2. 46. *Naturā tu illi pater es, consiliis ego.* Hecyr. II. 2. 16. *etsi illi pater es.* ubi vide Donatum. Ovid. Ep. VIII. 27.

Quid? quod avus nobis idem
Pelopeius Atreus;
Et si non esses vir mihi,
frater eras.

Sed notior est ille dativus pro genitivo positus, quam ut plurimis exemplis confirmare attineat. [Cf. adn. nostr. ad Xenoph. Hier.

opes, cuius ad senectutem violandam crudelissimus hostis fuisti? Nimirum nullo consilio filios procreamus. Nam maiorem partem ex illis doloris et contumeliae capimus.

XI. Epanalepsis. Hoc schema fieri solet, cum id quod dictum semel est, quo gravius sit, iteratur. Id interdum fit uno verbo, interdum plurium verborum coniunctione. Verbum sic iteratur.

I. 2. et Kritz. ad Sallust. Catil. 19. pag. 91. Fr.]

nullo consilio. Laurent. B. *nunc consilio.* I. F. Gronovius, vir singularis, a quo invitus dissentio, Obs. II. 2. [pag. 221.] *nullo consilio* h. l. explicat *necessitate, ordine naturae.* Sed clarum est, pro *temere* et *stulte* dici, ut Barthius cepit ad Claudian. de Laud. Stilic. II. 335. Cicero de Invent. I. 34. *Domus ea, quae ratione regitur, omnibus instructior est rebus, et apparatior, quam ea, quae temere, et nullo consilio administratur.*

maiorem partem ex illis doloris et contumeliae capimus. Charisius Eueni, poëtae * vetustissimi, versum, qui in proverbii consuetudinem abierat, expressit. Is ita legitur apud Plutarchum de Amore prol. pag. 497. A.

39

Ἴδε ὅσῃ λύπῃ παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

Apud Artemidorum I. 16. suppresso Eueni nomine, sic:

Ὡς υἱοὺς ἡ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

Rursus alio modo apud Hermiam Commentar. MS. in Platonis Phaedrum [pag. 191. ed. Ast.]: Θαυμασνὸς δὲ ἐγένετο Εὐηνός, καὶ ἄλλαχοῦ αὐτὸν ἐπαινεῖ, ὃς καὶ τὸν ἴαμβον (αἰνιάμενον τὸν τοῦτον εἶπε δὲ) τοῦτον εἶπε·

Φόβος ἡ λύπη παῖς πατρὶ πάντα βίον.

Is. Casaubonus, teste Rigaltio ad Artemidor. emendabat:

Εἶδεν ὅσῃ λύπῃ παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

Omnia mirifice pervertit Desid. Heraldus ad Arnob. I. pag. 8.

Ἡ ὄις, ἡὲ λύκος παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

In metri leges peccat coniectura Iac. Tollii Fortuit. cap. XI. pag. 84.

Ὡς υἱὸς ἡ λύπη πᾶς πατρὶ πάντα χρόνον.

Quarum coniecturarum vanitate quando nihil ad versus integritatem proficitur, dabimus veram et germanam scripturam, quam, ut indicio Celeb. Abr. Gronovii cognovimus, Codex Artemidori Mediceus conservavit:

Ἡ δέος, ἡ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.

De cuius lectionis veritate tanto minus dubitandum, quod eadem ferme in mentem venerat Valckenario nostro. Nec aliter legit Plutarchus, si ἰ in ἡ mutes, et literas male divulsas coniungas. Ceterum a Menandro etiam apud Stob. pag. 451. liberi patri dicuntur λύπη, φόβος, φροντίς, quem locum Georg. Fabricius comparat cum Terent. Adelph. V. 14. 13. *Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi! nati filii: Alia cura.* Adde Barth. Advers. XXXIV. 19.

Digitized by Google

Pytheae: *Quid contra toi res, tamque evidentes*

40 §. 21. * Pytheae. Omnes libri *Pythiae*. Infra tamen §. 14. huius libri, ubi iterum laudatur, Edit. Rhen. *Pytheae*. De hoc Oratore Suidas ita: Πυθέας, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, υἱὸς δὲ ἦν Μυλλόφρου, καὶ θρασὺς σφόδρα. φυγών τε Ἀθήνηθεν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου διὰ ὄφλημα, εἰς Μακεδονίαν ἦλθεν, εἶτα ἐκανήκε πάλιν. Quod de eius aere alieno dicit, Demosthenes, vel quisquis auctor est Epistolae de Lycurgi liberis, [vid. Schaef. ad Demosthen. Tom. V. pag. 739. Fr.] pag. 199. D. [pag. 1481. Rsk.] confirmat, narrans, illum malis artibus tantas sibi divitias quaesivisse, ut facilius quinque talenta, quam ante totidem drachmas, solvere posset. Eodem loco Suidas: οὐκ ἐνεκρίθη μετὰ τῶν λοιπῶν ῥητόρων, οἷς θρασὺς καὶ δεσποσαμένος, ubi corrigendum: οἷς τραχὺς, καὶ δεσποσαμένος. [Ruhnkenii coniecturam τραχὺς pro θρασὺς laudat Porsonus ad Toup. Emendatt. in Suid. Tom. IV. pag. 470. ed. Oxon. sed quod tacite h. l. assumpsit Ruhnken. ἐνεκρίθη pro vulg. ἐκρίθη, nihil opus esse ostendit ipse in Hist. Crit. pag. 62. Fr.] Nam orationis genus reprehenditur asperum, durum, diffluens, solutum. Nec mirum, Pytheam Atticorum Oratorum numero exclusum esse, quippe qui, ut auctor est Syrianus in Hermogenem pag. 16. nullis literarum praesidiis instructus, ad eloquentiam exercendam accesserit. Conciones plane puer habuit, et tantula aetate ausus est divinos honores, quos populus Alexandro decrevisset, reprehendere. Vide Plutarchum Polit. praec. pag. 804. B. an seni ger. resp. pag. 784. C. Postea summos in republica honores gessit, et patria sacra Delphis pro Athenienses fecit, teste Demosthene l. c. A Dinarcho accusatus est ξενίας, vel peregrinitatis, forte propter diuturnam in Macedonia moram: quae Dinarchi oratio laudatur a Dionys. Hal. Harpocrat. et Steph. Byzant. v. Αἰγίναι, ubi vide L. Holstenium. Hanc accusationem Demosthenes l. c. respicit. A Demosthene Pytheas omni vita dissensit; et, cum in republica gerenda varius fuisset, tandem Macedonum partes secutus est; quod non solum ex Demosthene l. c. sed etiam ex Plutarcho Demosth. pag. 858. C. D. [cap. 27.] et Luciano Demosth. Encom. pag. 524. 526. intelligitur, Demosthenem etiam pecuniae Harpalicae crimine accusavit. Vide Pseudo-Plutarch. de Vit. X Orat. pag. 846. C. et Photium Cod. CCLXV. pag. 1475. Ex hac oratione fragmentum, quod hic ponitur, ductum videtur. Plura acute et procaciter ab eo dicta referuntur, maxime in oratorum principem. * Hunc apud 41
Dionys. Halic. in Isaeo pag. 105. Isaei artibus pastum esse dicit: huic apud Plutarchum in Demosth. pag. 855. A. [cap. 20.] et Tzetzem Scholiis MSS. in Hermogenem, quae sunt in Bibl. Leidensi, exprobrat fugam e proelio ad Chaeroneam: hunc propter aquae potationem et nocturnas vigilias ridet apud Athenaeum II. pag. 44. F. huius orationes ei videntur lucernam olere, apud Aelian. V. H. VII. 7. ubi vide Interpretes. [cf. Plutarch. Demosth. cap. 8. Fr.] hunc denique, ut Duris testatur apud Suid. v. Ὦ τὸ ἱερὸν π. infamavit tanquam talem, cui non licuerit sacrum ignem sufflare: quod alios de Demochare dixisse, supra demonstravimus. Improbum se de-

Digitized by Google

dicere potes, Demosthenes? Cognitum enim est, rempublicam venalem habuisse, cognitum est. Item HEGESIAE: *Sed instigabat multitudinis animum ad bellum inferendum concitatus iracundia furor. Furor, inquam, non ratio, sine qua nihil unquam populus ex sententia gessit.* Sed plurium verborum iteratio est huiusmodi: *At ego in his aerumnis amicis sum spoliatus omnibus, Iudices: qui, non*

magogum fuisse, ne ipse quidem negavit; sed, quasi hoc ad crimen minuendum valeret, se, si cum ceteris demagogis comparetur, minimum tempus improbum fuisse. Vide Aelian. V. H. XIV. 28. Duas Pytheae orationes laudat Harpocration, τὴν πρὸς τὴν ἔνδειξιν ἀπολογίαν, v. Ἄγραφον· τὴν κατὰ Ἀδειμάντου, v. Ὀξυθύμια, ubi male Ἀδείμαντος vulgatur.

tamque evidentes. MS. Laur. B. Edd. Ven. Rhen. *iamque evidentes.*

dicere potes, Demosthenes? Cognitum enim est. MS. Laur. A. a prima manu, et Ed. Aldin. *dicere potes?* DEMOSTENIS. *Cognitum enim est.* quasi bina essent exempla, alterum Pytheae, alterum Demosthenis.

Cognitum enim est. Hic quoque locus vera esse docet, quae de particulae collocatione dixi ad Quinctil. X. 1. 78. pag. 69, b. Cf. Ellendt. ad Cic. Brut. §. 181. pag. 130. FR.

rempublicam venalem habuisse. Sic omnes Codices, scripti editique. Rectissime. At R. Stephanus pronomen *te* infersit: *te rempublicam venalem habuisse.* quod propagatum est ad Editiones Geyph. Lovan. Pithoeanam. In hac constructione veteres millies omiserunt *me, te, se, nos, vos.* Cumque librarii semper proniores fuerint ad inculcanda, quam ad omittenda, pronomina, plerisque locis, ubi in aliis Codicibus reperiantur, in aliis desiderentur, illa deleri malim. Sic Graevius sine ullo Tullianae * elegantiae damno, illa expungere potuisset in Cicerone Verr. II. 38. Catil. I. 7. Phil. I. 8. II. 32. et aliis locis. Vide Gronovium ad Liv. XL. 42. ad Gell. XVII. 9. Observat. II. 7. Drakenborch. ad Liv. I. 23. et Schwarsium ad Plin. Paneg. 73. [Vide Heinrich. in Indice ad Cic. oratt. pro Scauro etc. pag. 103, a. Ochsner. ad Ciceronis Eclogas pag. 59. sq. ed. 3. Huschk. ad Tibull. I. 3. 27. et Krügeri librum utilissimum, *Untersuchungen aus d. Gebiete d. lat. Sprachl.* Fasc. III. pag. 339. sq. cui plane adsentior de loco Rutilii, in quo sic scriptum fuisse censeo: *remp. venalem habuisse te, cognitum est.* Cf. etiam Matth. in Wolf. Anal. Litt. III. pag. 2. sq. et ad Cic. or. pro Rosc. Am. 22. §. 61. FR.]

sine qua nihil unquam populus ex sententia gessit. Barthius Advers. XXXV. 21. ex hoc Hegesiae loco ductum putat illud Manilii II. 82. —— *ratio quae cuncta gubernat.* Scilicet sententia, quae vulgi etiam ore celebraretur, ab Asiatico oratore petenda erat.

quod me odissent, sed quod inimicorum filiionem pertimuissent, me in malis deseruerunt.

XII. Diaphora. Hoc schema est, cum verbum iteratum aliam sententiam significat, ac significavit primo dictum. Id est huiusmodi: *Hunc tu frater eiusdem sanguinis particeps, in hac fortuna deserere potuisti, cuius aerumnae quemvis etiam extrarium hominem, modo hominem, commovere possent?* Item: *Universum mulierem: quid potius dicam, aut verius, quam mulierem?*

§. 12. *Hoc schema.* F. inserendum *fit.* Gesner. Scribe: *Hoc schema est.* Nam hnc retrahendum *est*, quod libri antiqui post *dictum* ponunt. Stephanus autem delevit. Sic Rutilius loquitur II. 4. 11.

quemvis etiam extrarium hominem. MSS. Laurent. A. B. Edd. Venet. Rhenan. *quamvis enim extrariorum hominem.* Aldina et Pinthesana: * *quemvis extrariorum hominem.* At R. Stephanus temere, ut solet, in textum induxit *quemvis exterorum hominem.* Verum lectionem revocavimus e Gronov. Excerpt. *quemvis etiam extrarium hominem. Etiam* pro enim, quoque legunt vir doctus in marg. Ed. Rhen. et G. I. Vossius in margine libri, qui est in Bibl. Leidensi. Stephanum, et Chasinum, qui pag. 388. edidit, *quemvis extraneorum hominem*, vox *extrarius* offendisse videtur: quam Latinam esse, etiam Latine doctissimus Muretus negabat ad Terent. Phorm. IV. 1. 13. Sed illam Monceorum scriptorum auctoritate vindicarunt Dukerus de Latinit. Scror. pag. 221. et Interpretes ad Sueton. Vespas. 5. [Cf. Quinctilian. VII. 4. 9. Fr.]

hominem, modo hominem. Mirum est, quantopere sibi veteres in hoc semmine placuerint. Plautus prol. Poenul. 89. *homini, si lepo est, homo, Quantum hominum terra sustinet, sucerrumo.* Cicero Phil. II. 16. *homines quamvis in turbidis rebus sint, tamen, si modo homines sunt, interdum animis relaxantur.* XII. 1. *Nihil hoc homine tetrius, si homo habendus est.* Auctor ad Herenn. IV. 14. *Eum tu hominem appellas, qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis petiisset.* Sic Cortius e Cod. Mediceo egregie restituit in Plinio VIII. Ep. 24. *missum ad ordinandum statum liberarum civitatum, id est, ad homines, maxime homines, ad liberos, maxime liberos.* Gell. IX. 2. *Demus —— tanquam homines, non tanquam homini.*

Universum. R. Stephanus solita licentia clam edidit, *In universum.* qua tamen mutatione sensus nihil adiuvatur. Mihi non dubium est, quin verba quaedam elapsa sint. Itaque hanc plagam melioribus libris sanandam relinquo. Edd. Venet. et Rhen. sic interpungunt: *Item universum. Mulierem quid* etc.

mulierem: quid potius dicam, aut verius, quam mulierem. Nihil similius illo Petronii cap. 42. *sed mulier, quae mulier, milvinum genus.* Pari commutate Euri-

XIII. Epiboon. In hoc ex prima sententia secunda oritur, ex secunda tertia, atque ita deinceps complures. Nam quemadmodum catenam multi inter se circuli coniuncti vinciunt, sic huius schematis utilitatem complures sententiae inter se connexae continent. Lysiae. *Constat igitur, Iudices, Stratonem domo sua, ab suis diis penatibus, vi cum summa eniarim esse exturbatum. Nam Chaeremenes cum hominibus armatis ad eum venit. Cum venisset, sine ulla religione domum eius expugnavit: expugnata vi domo, familiam abstrahit: abs-*

44 pides Bellerophonte * apud Stob. pag. 432.

Ὦ παγκακίστη, καὶ γυνή.
τί γὰρ λέγων
Μεῖζον σε τοῦδ' ὄνειδος
ἐξεῖποι τις ἄν;

Elegans vero augendi formula, *quid potius dicam?* Quinctilian. VIII. 4. pag 387. [§. 7.] *Matrem tuam occidisti. Quid dicam amplius? Matrem tuam occidisti.* Lactant. Div. Inst. IV. 19. *Quid amplius iam de facinore Iudaeorum dici potest, quam excoecatos tum fuisse?*

§. 13. *quemadmodum catenam multi inter se circuli coniuncti vinciunt.* Expressimus verissimam lectionem Exc. Gronov. Edd. Venet. Aldin. et Pythoeanae. Male MSS. Laurent. A. item B. a prima manu *catena*, Edit. Rhen. *catenae*; unde R. Stephano coniectura nata est: *quemadmodum catenae multi inter se circuli coniuncti vinciuntur.*

sic huius schematis utilitatem complures sententiae inter se connexae continent. Hic etiam multum turbant Codices scripti, editique. MSS. Laurent. A. B. Ed. Venet. *sic huius schematis utilitatem complures sententiae inter se connexae continentur.* Ed. Rhen. *sic huius schematis utilitates —— continentur.* Pithoeus. *sic huius schematis utilitate —— continent.* At R. Stephanus ex ingenio: *sic huius schematis utilitate —— continentur.* quod etsi Excerpta Gronov. confirmant, multum tamen praeferam lectionem Edit. Aldinae, *sic huius schematis utilitatem —— continent.* quae melius congruit praecedentibus, *quemadmodum catenam multi inter se circuli coniuncti vinciunt.* Caussinus pag. 393. pro *schematis utilitatem* audacter edidit *schematis seriem.* Sed vide Rutilium I. 17. 20.

continent. Intransitive, ut *terra continens.* Gesner. [qui legebat, *sic huius schematis utilitate —— continent.* Fr.]

* *domo sua, ab suis diis penatibus —— esse exturbatum.* Cicero pro Rosc. Amer. 8. *nudum eiicit domo, atque focis patriis diisque penatibus praecipitem exturbat.* Plin. Paneg. 35. *Expellere penatibus gestiunt? suis exturbentur.*

Chaeremenes. Scripsi *Chaeremenes*, ut Caussin. pag. 393. edidit, correxitque Taylorus ad Lysiae Fragm. pag. 667. Mox Ed. Rhen. solito errore *omnibus* pro *hominibus.*

familiam abstrahit. R. Stepha-

Digitized by Google

trastam tormentis omnibus excruciavit; cruciatam vinxit; vinctam in publicum proiecit praedo, ne suum maleficium tacitum lateret, sed, cum prae-

in publicum proiecit. Hoc loco defendi potest nonnullarum Editionum lectio in Cicerone pro Milon. 13. *Tu P. Clodii cruentum cadaver eiecisti domo, tu in publicum proiecisti.* ubi Lambinus et Graevius e libris suis reposuerunt, *in publicum abiecisti.* Cuius lectionis rationem Grävius reddidit hanc, quod *abiici* dicantur, quae sine curâ pegheetim et cum sententia proiciuntur. Recte. Sed *proiicere* eandem proprietatem habet. Cicero de Divin. I. 27. *qui cum ignotum quendam proiectum mortuum vidisset.* II. 69. *Is cum esset proiectus inhumatus.* Varro de L. L. IV. pag. 12. *quod putescebant ibi cadavera proiecta.* [Cf. Matth. ad loc. cit. pro Mil. Fr.]

vinctam in publicum proiecit
46 * *praedo, ne suum maleficium tacitum lateret.* Haec constans est scriptura Codicum manu exaratorum, et Editionum antiquarum, eaque nihil verius. Nec alia lectio est Edit. Rhen. si una litera ex *praedonem* auferenda scribas *praedo, ne.* Verum tamen hoc tantillum mendum R. Stephano, qui solam Rhenan. Editionem adhibuisse videtur, tantas tenebras offudit, ut nullam hinc elabendi viam videret, nisi tantum insigni temeritate sic corrupisset: *vinctam in publicum proiecit: opinor, non suum ut maleficium tacitum lateret.* Quam coniecturam, in sequentes Editiones propagatam, Fr. Pithoeus leviter hoc modo correxit: *vinctam in publicum proiecit: opinor, ne suum maleficium tacitum lateret.* Tanti est, libros MSS. et veteres Editiones consuluisse.

sed, cum praetereuntes prostratam familiam viderent etc. Hic iterum adulterina R. Stephani scriptura eiicienda. Nam is, aliquid ad sensum deesse putans, *ut* inferset in hunc modum: *sed ut, cum praetereuntes prostratam familiam viderent* etc. Verum *ut* non inculcandum, sed assumendum erat ex praecedenti *ne.* Quam rationem, nondum, quod sciam, satis illustratam, aliquot exemplis planiorem faciamus. Nepos Eumen. 6. *huic ille primum suasit, ne se moveret, et exspectaret, quoad Alexandri filius regnum adipisceretur.* [Cf. Daehnii nostri adn. ad eiusd. Paus. 3. §. 7. (ed. Helmst.) Fr.] Cicero pro Cluent. 2. *ne repugnetis, eamque* (opinionem) *animis vestris aut libentibus, aut aequis remittatis.* Vellei. Paterc. II. 111. *quanto cum temperamento simul civilitatis et auctoritatis imperatoris res agi vidimus! qua prudentia hiberna disposita sunt! quanto opere inclusus hostis custodiis exercitus nostri, ne qua posset erumpere, inopsque copiarum, et in se furens, viribus haustis elanguesceret!* Sic desperatae sanitatis locum restituo. Vulgo editur: *quanto cum temperamento simul utilitatis res auctoritate imperatoris agi vidimus!*

Digitized by Google

terentes prostratam familiam viderent, et ab his rem gestam audirent, simul et oculis et auribus

qua prudentia hiberna disposita sunt! quanto opere inclusis custodiis exercitus nostri, ne qua posset erumpere, inopiaque copiarum, et intra se fumus, viribus hostis elanguescerat. [Ipse tamen vir egregius in ed. Vell. pag. nostr. 250, hi verbis *simul utilitatis — imperatoris agi vid.* aliud remedium exspectandum esse profitetur. (Et fortassis probandum, quod referente Wyttenbachio Bibl. Crit. Vol. I. P. IV. pag. 61. coniecit Eldikius: *quanto cum temperamento simplicitatis*, i. e. bonitatis, lenitatis, *res* etc.) De reliquis *quanto opere inclusus* etc. vide ipsum. Fr.] Sulpic. Sever. Dial. I. 3. *cum legentium fides facile possit habere * discrimen, ne falsata sequeretur, et tamen catholice disputata retineret.* Haec ratio si Drakenborchio, viro longe eruditissimo, succurrisset, non aestuasset in explicando Livio VI. 35. *ne tribunorum militum comitia fierent, consulumque utique alter ex plebe crearetur.* Quae verba perinde capienda sunt, ac si scriptum esset: *ne tribunorum militum comitia fierent, et ut consulum utique alter ex plebe crearetur. Utique* in hoc loco non pro *et uti* poni, sed affirmandi particulam esse, patet ex VIII. 12. *ut alter utique ex plebe censor crearetur.* Eadem vero ratione ex negantibus *nemo, nego, nolo*, affirmantia *aliquis, dico, volo*, elici, omnibus notum est. Adde Ciceron. pro Muren. 12. Rutil. nostrum II. 18. et I. H. Heusinger. ad Nep. Dat. 6. Eumen. I. c. Hannib. 12. [Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 29. et ad Cic. de N. D. I. 7. 17. Beier. ad Cic. III. de Off. 2. §. 9. Fr.]

47

et ab his rem gestam audirent. Etsi R. Stephanus, sive eius in editione curanda adiutor, multa audacia suae vestigia Rutilio impressit, nusquam tamen licentiae grassatus est, quam in hoc Lysiae fragmento. Nam cum omnes libri summo consensu legant, *et ab his rem gestam audirent*, ille non intelligens, quo pluralis *his* referatur, contextum hoc modo depravavit: *et a vicinis rem gestam audirent*, idque Gryph. Livem. Pithoeus de mare receperunt. Verum quid militatus, quem nemini collectivo, quale est *familia*, numerum pluralem dubitagi? Vim exemplorum congesserunt Sanctius Minerv. IV. 10. et ibi Perizon. Heinsius ad Virgil. Aen. X. 228. et Drakenborch. ad Liv. XXXV. 26. quibus addere qui plus vellit, inanem operam sumat. Eiusdem constructionis ignoratio corrupit Iustinum V. 1. *Quo facto omnia Graeciae regna, velut ad extinguendum commune incendium, concurrunt.* Recte Bongarsius, electa glossa *regna*, legit *omnis Graecia*; sed perperam probat unius Codicis lectionem *concurrit.* Nam multo exquisitius est, *omnis Graecia concurrunt.* Scripturam *omnis Graecia* egregie confirmat Orosius II. 13. *Cui incepto ita Graecia omnis adstipulata est, quasi ad commune incendium restinguendum, bono publico, congestis viribus contuleretur.* ubi pro *contuleretur* ex Iustino legendum *concurreretur.*

48

et oculis et auribus socius illius usurparent. Ut frequens est, *oculis, luminibus, viis usurpare*; sic rarum, *auribus usurpare.* Plaut. Casin. III. 5. 9. *unde meae usurpant aures soni-*

Digitized by Google

seclus illius usurparent. Item Lycurgi: *At mihi mirum videtur, quod tam excelsum boni gradum homo summi laboris escenderit. Nam cui praesto est sua voluntas, industrius sit necesse est: industriam vero scientia consequitur: ex scientia copia et facultas ingenii nascitur: ex qua facul-*

tum? Apulei. de Deo Socrat. pag. 52. *saepe numero auribus suis usurpant vocem.* qui pag. 53. sicut Rutilius, *oculos et aures coniungit: Quod equidem arbitror non modo auribus eum, verum etiam oculis signa daemonis sui usurpasse.* [De Graec. χρῆσθαι cf. Boissonad. ad Eunap. pag. 204. sq. Fr.]

At mihi mirum videtur. R. Stephanus edidit: *At nihil mirum videtur.* quod inde venit in Gryph. et Lovan. Per ironiam haec dicta accipit Gesnerus V. C. in Thesauro L. L. v. *Industria*: quae ratio non accommodata huic loco videtur. Sine dubio legendum: *Haud mihi mirum videtur. Haud* primum in *aut*, mox in *at* mutatum. Ita *ad* pro *aut* et *haud* in MSS. invenit Heinsius ad Ovid. Fast. III. 238.

quod tam excelsum boni gradum homo summi laboris escenderit. Codd. MSS. et Editiones antiquae consentiunt in vitio manifesto: *quod tam excelsum boni gradum homo summi laboris excederit.* R. Stephanus, coniecturam secutus, *exceperit* dedit pro *excederit.* Quod, quamvis a Latinae linguae ratione abhorrens, propagatum est ad Edd. Gryph. Lovan. et Pithoeanam. *Capere gradum* dicunt Latini, ut Lactant. Div. Inst. VI. 6. non *excipere gradum.* Locus ita refingendus videtur: *quod tam excelsum honoris gradum homo summi laboris escenderit.* Saepe Cicero, aliique, *honoris*, vel *dignitatis gradum adscendere.* Sed *escenderit* hic praeferendum, propter vestigia corruptae lectionis. *Excedere* et *escendere* alibi etiam confunduntur, ut, teste Gronovio, in MSS. Statii Silv. IV. 2. 22. Verbum *escendere*, quod qui hodie Critices tirocinia ponunt, nimis cupide scriptoribus obtrudere solent, permulti illustrarunt, sed nemo maiore eruditionis ubertate, quam magnus Gronovius ad Liv. * II. 28. [Cf. Ochsner. ad Ciceronis Eclogas pag. 287. sq. ed. 3. Fr.] Rutiliano loco similis est ille Taciti Agric. 42. quem ita legit Lipsius: *obsequiumque ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eo laudis escendere.* etsi ibi fortasse melius fuerit, vulgatum *excedere* non movere. Nam eo modo non semel loquitur Valerius Maximus, tanquam V. 6. 4. *respublica procedente tempore ad summum imperii fastigium excessit.* 49

tua voluntas. Sic libri veteres. Sed res ipsa ostendit, verum esse, quod R. Stephanus edidit, *sua voluntas.* [Bakius in Bibl. Crit. Nov. Vol. III. pag. 63. coniecit, *summa voluntas.* Fr.]

industrius sit necesse est. Scribe: *industria sit necesse est.* Hoc enim Gradatio postulat.

ex qua facultate vera et facile felicitas laudis oritur. Haec est omnium librorum scriptura. Sed R. Stephanus edidit *et facili*, nullo commodo sensu. Simplicissimum fuerit legere: *ex qua facultate vere et facile felicitas*

Digitized by Google

tate vera et facile felicitas laudis oritur. Neque enim temere diligens studium virtutis fructus fortunae fallit.

XIV. Polysyntheton. Hoc schema efficitur, cum sententiae multorum articulorum convenienti copula continentur. Pythbae: *Ille hunc catena con-*

laudis oritur. [Bakius l. l. corrigit: *ex qua facultate vera laus et felicitas oritur.* „quoties" inquit „*facilis et felix*, quaeque ab „utroque ducuntur, permutata „sint, decent interpp. ad Flor. „II. 6. 38." Bardilius (in Friedemanni et Seebodii Miscell. Crit. Vol. I. Part. II. pag. 382.) suspicatur scripsisse Rutilium: *ex qua facultate* verae *et* solidae *felicitas laudis oritur.* et sic Cic. pro Sext. cap. 43. pr. *qui solidam laudem veramque quaerat.* in Vatin. cap. 8. §. 8. *homo imperitissime solidae laudis ac verae dignitatis.* Auct. epist. ad Brut. 3. pr. *si modo est aliquis fructus ex solida veraque gloria.* Ego vero, si quid video, scribendum arbitror: *ex qua facultate verae facile felicitas laudis oritur.* Nisi forte praestat haec ratio: *ex qua facultate verae felicitas laudis oritur*, quum facile fieri potuerit, ut huc irreperet *facile* illud, quod ad explicandum sequens *temere* adscriptum fuerat ab interprete. Fr.]

Neque enim temere. Haec est scriptura Ed. Aldinae. Reliqui libri veteres: *Neque enim tenere.* Quod vitium manifestum etiam a Stephano sublatum.

§. 14. Polysyntheton. F. *Polysyndeton*, πολυσύνδετον. Πολυσύνθετον, multis compositum. Σύνδεσμος, coniunctio s. convinctio, multitudo coniunctionum. Grosser.

convenienti copia. Vel invitis libris scripsimus, *convenienti copula*, ut verissime * emendat vir doctus in margine Edit. Rhenan.

Ille hunc paena constrictum trahebat. Turpissimum mendum *poena* omnes obsidet scriptos editosque libros. Lege: *Ille hunc catena constrictum trahebat.* Quam lectionem et *constringere* et *trahere* postulant. Seneca Herc. Fur. 52.

cur non vinctum et oppressum trahit
Ipsum catenis paria tortitum Iovi.

Idem Phoeniss. 573.

Matres ab ipso coniugum raptas sinu
Saevus catena miles imposita trahet.

Sil. Ital. II. 340.

Vidi ego, cum, geminas artis post terga catenis
Succinctus palmas, vulgo traheretur ovante.

ubi in textum recipi debuerat, quod membranae habent, *cinctus.* Nam Silius imitatur Virgil. Aen. II. 57.

Ecce, manus iuvenem interea post terga revinctum
Pastores magno ad regem clamore trahebant.

Ammian. Marcell. XIV. 5. pag. 18. *iniecto onere catenarum in modum belluae trahebatur.* At apud Quinctil. Decl. XVI. pag. 327. discrte legitur: *si me damnatum poena constringeret.* Video. Sed nihil huc pertinet ille locus, ubi *constringere* dicitur pro *retinere*, *impedire*, *ne quis liber et solutus eat.*

Digitized by Google

strictum trahebat, hic autem vociferabatur. Concursus vero non mediocris, cum tamen omnes opitulari vellent, sed nemo auderet. Neque ibi magistratus aderat; nec circumspicientes, quo potissimum confugeremus, reperiebamus; sed uno tempore nos et praesens et futurum malum perturbabat. Nam praesens tempus acerbitatis erat plenum, reliquum vero timoris. Item DINARCHI: *Partim nostri silebant, partim autem ingentem clamorem excitabant. At hi socii, praeclara nostra auxilia, neutrum poterant. Neque enim constanti silentio, neque forti clamore strenue quid agere conabantur. Huc accedebat ignavus tubae strepitus, qui nihil eorum mentes ad virtutem erigebat.*

cum tamen omnes. Laurent. A. B. Edit. Venet. *omnis* pro *omnes*. R. Stephanus legit: *cum tandem omnes*. Sed *tamen* pro *tandem* dici, multis exemplis, quae Passerat. et Broukhus. ad Propert. II. 1. 76. et post eos alii collegerunt, intelligitur. Verum illa particula non pro *tandem*, sed pro *quidem* hoc loco accipienda videtur. Propert. II. 23. 31.

Si tamen Oeagri quaedam compressa figura
Bistoniis olim rupibus accubuit.

Horat. I. Carm. 3. 23.

si tamen impiae
Non tangenda rates transiliunt vada.

51 Quibus locis Ios. Scaliger ad * Catull. LX. 32. et ad Propert. l. c. tamen absurdare putat. Minus bene. Nam *quidem* significare, contextus satis docet. Vide Salmasium ad Spartian. Hadr. 2. [Vide tamen Heinsdorf. ad Horat. Satir. II. 5. 61. cui adsentior, hic quoque propriam vim particulae agnoscens. Fr.]

DINARCHI. Edit. Rhen. *Diarchae*. Reliqui Codices scripti edique *Diarchi*. Multo gravius hoc nomen alibi depravatum. Vide quae dicemus ad II. 5.

strenue quid agere conabantur. MSS. et Edd. veteres *strenue quid agerent conabantur*. Probanda tamen R. Stephani emendatio: *strenue quid agere conabantur*. Librarii, qui *agere* in *agerent* mutarunt, *quid* pro *aliquid* positum esse, non viderunt.

qui nihil eorum mentes ad virtutem erigebat. Omnes libri antiqui *exigebat*, nisi quod Edit. Rhenan. habet *exigebant*. In hac lectione R. Stephano latere vitium est *excitabat*; idque, ab eo in contextum inductum, omnes deinceps Editiones occupavit. Quanto melior est coniectura viri elegantissimi, hic. Frider. Heusingeri in literis ad me datis, qua ex *exigebat*, * una litera mutata, verissimam elicit lectionem *erigebat*. Liv. XXIII. 45. *Quum haec exprobrando ho-* 52

XV. Dialysis. Hoc schema contrarium est superiori. Nam, demtis omnibus articulis, sententiae divisae pronunciantur. Daphnidis: *Quid autem me convenit facere, Byzantii? subire publicae caussae iudicium, magno nomini adversario-*

sti Marcellus suorum militum animos erigeret. Iustin. XXII. 6. *His quidem adhortationibus animi militum erigebantur.* Lucan. VII. 388.

Voce ducis flagrant animi,
Romanaque virtus
Erigitur.

Ammian. Marcell. XXXI. 7. *Et Romani quidem voce undique Martia concinentes, a minore solita ad maiorem protolli, quam gentilitate appellant barritum, vires validas erigebant.* Saepe in MSS. confunduntur *exigere* et *erigere.* Seneca Nat. Qu. II. 6. *Quid virentes erigit arbores, ac distendit in ramos, aut in altum erigit, quam spiritus intensio et unitas?* ubi Cod. Reg. cuius excerpta sunt in Bibl. Leidensi, *aut in altum exigit.* Quae lectio sua se elegantia facile commendat.

§. 15. Daphnidis. MSS. Laurent. A. B. Edd. Venet. et Rhen. *Daphnis*, quod Steph. Gryph. Lovan. secuti sunt. Exc. Gronov. et Edit. Aldin. *Daphnidis*, quod Pithoeus pessime mutavit in *Daphnidius.* Ego, in pari fere librorum auctoritate, recepi *Daphnidis*: qui genitivus Grammaticis placet prae altero *Daphnis.* Vide I. M. Hensinger. Obs. Antibarb. cap. IV. pag. 448. Ceterum *Daphnidis*, oratoris, quamvis diligenter quaerens, nullum usquam vestigium inveni.

magno nomini adversariorum fortiter restitere. Legendum videtur: *magno molimini adversariorum fortiter resistere.* Ciceronis est *molitio.* Sed *molimen* idoneorum scriptorum exemplis probat Ier. Marklandus Epist. Crit. pag. 29. Saepe vox *nomen* locum tenet similium *numen*, *omen*, *omne*, *molimen*, *crimen*, * *munus*, *numus*: saepe illae vocis *nomen.* Antholog. Lat. III. 24. pag. 482. 53

Pulchra sed immenso qui duxit culmina coelo,
Ostendens pronis currere saxa iugis.
Publica vox populis Thrasamundus gaudia vovit,
Prospera continuans nomina secla suis.

Lege, et distingue:

Pulchra sed immenso qui duxit culmina coelo,
Ostendens pronis currere saxa iugis,
Publica rex populis Thrasamundus gaudia vovit,
Prospera continuans omnia secla suis.

Simillimus librariorum error in Vellei. Paterc. II. 30. *Huius* (belli) *patrati gloria penes M. Crassum fuit, mox Reip. omnium principem.* Scribe, ut Pontanus fere coniecit: *mox Romani nominis principem.* [Cfr. viri summi adn. in Vell. Pat. pag. 102. ed. noetr. Fr.] Ipse Velleius II. 128. *qui C. Marium, ignotae originis, usque ad sextum consulatum sine dubitatione Romani nominis habuere principem.* Liv. I. 49. *is longe princeps Latini nominis erat.* Alio modo peccatum est in Anthol. Lat. III. 73. pag. 513.

Digitized by Google

rum fortiter resistere, non vereri periculum, diligenter posteritatis crescere, non minas extimescere, constanter in caussa pro vobis perseverare? Omnia feci, vestrum commune commodum spe-

Nec iam divitibus tollunt sua crimina nomen,
Sed quos lex damnat, gratia solvit opum.

Sententiae acumen, quod periit, sic restitue:

Nec iam divitibus tollunt sua crimina numi,
Sed quos lex damnat, gratia solvit opum.

Sensus est: Nec iam divites opus habent, crimina sua numis redimere; sed tantus favor est divitiarum, ut propter hunc favorem vel gratis elabi possint. [Bardilius (in Friedemanni et Seebodii Miscell. Crit. Vol. I. Part. II. pag. 383.) coniecit: *magno* numero *advers.* quum etiam alibi voces *numerus* et *nomen* in MSS. Codd. fuerint confusae. coll. Heusing. ad Cic. de Off. II. 12. extr. Mihi magis placet Ruhnkenianum *nolimini*; sed ipse tamen *magno conamine* scriptam fuisse suspicor. Fr.]

posteritatis. F. *posteritati.* Gesner.

diligenter posteritatis crescere. Deploratus locus, cui R. Stephanus et sequentes Editores stellulam, corruptelae indicem, apposuerunt. Ed. Rhenan. sic interpungit: *non veri: periculum diligenter posteritatis crescere.* Barthius Advers. XIII. 9. hoc modo tentat: *diligenter postera actis rescissere.* et similem correctioni interpretationem adiungit: *diligenter incumbere resciscendis iis, quae agenda sunt, ex actis prioribus.* Sed satius fuisset tacere, quam tam absurda in medium proferre. Nos nihil nunc ingenio assequimur, quod veri quadam specie blandiatur. * Sed vera lectionem vel alii nobis acutiores, vel nosmetipsi fortasse alio tempore reperiemus. [L. *posteritati consulere.* Tour.] 54

constanter in caussa pro vobis perseverare. Cicero Phil. XIV. 7. *alios parum constanter in suscepta caussa permanere.*

Omnia feci. MS. Laurent. B. Ed. Venet. *omnia fieri. Omnia se fecisse, omnia tentasse, omnia expertum esse* dicit, qui, cum magno conatu nihil effecerit, culpam a se avertit. Ovid. Ep. XXI. 7.

Omnia cum faciam, cum dem pia tura Dianae,
Illa tamen iusta plus tibi parte favet.

Metam. IX. 540.

Quamvis intus erat furor igneus, omnia feci,
Sunt mihi Di testes, ut tandem sanior essem.

Sueton. Neron. 33. *omnia se facienda fecisse, sed eventum in manu esse Fortunae.* Similis formula est *sedulo facere*, quam eleganter illustrat Gronovius ad Plaut. Merc. II. 3. 126. Sed *omnia facere* saepe etiam de irrito conatu dicitur, sine culpae deprecatione. Petron. cap. 107. *quid ita omnia fecisti, ut, quos tuebaris, absconderes?* et cap. 116. *Quae ergo dementia est, omnia facere, ne quid e nobis relinquat sepultura?* ubi vide Interpretes. Hanc formulae vim primus explicuit Ios. Scaliger ad Virgil. Cul. pag. 20. Adde G. Raphelium ad Luc. XII. 58.

Digitized by Google

ciatus. Tamen non desunt, qui ex tantis meis officiis aliquid velint vituperare. Item LYSIAE: *Omnibus in rebus suam confidentiam ostentabat. Debitum petebamus? Non dissolvebat. Minabamus? Contemnebat. Lex nihil valebat: magistratus neglegebatur. Venit hoc tamen nobis novissime tempus ulciscendi.*

XVI. METANOEA. Hoc schema fieri solet, cum ipse se, qui loquitur, reprehendit, et id quod prius dixit, posteriori sententia commutat, ita ut facit DEMOSTHENES: *Nunc quoniam de me, ut volui, cognostis, iudicium per ipsius vitam constituam. Nam dum opus est, parentes appellat,*

Acrior est gemina formula, *quid non feci?* Virgil. Ecl. II. 35.

Haec eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas?

ubi eius vis et Servium et Burmannum fefellit. Unus ex tot Interpretibus Guellius vidit, illam loquendi rationem de Graeco fonte fluxisse, et apposite comparavit Euripid. Phoeniss. 885.

Κἀγὼ τί δρῶν, ὁποῖα δ' οὐ λέγων ἔκη;

ubi Valckenarius, V. C. et de illo dramate praeclare meritus, nunc melius putat, οὐ ante δρῶν cum Scholiaste ex sequenti negatione assumere.

55 * *magistratus neglegebatur.* Ita scripsimus ex Exc. Genov. et Edit. Aldina. Reliqui libri, *magistratus neglegebat.*

§. 16. *cum ipse se.* Ex Edit. Rhen. restituimus *se*, quod in ceteris libris praecedens *ipse* extriverat. Et sic Stephanus, aliique post eum.

DEMOSTHENES. Locus est in Orat. de Corona pag. 510. [pag. 270. Rek. 241, 120. Bekker.] ταῦτα μὲν οὖν ἐάσω, ἀπ' αὐτῶν δὲ ὧν αὐτὸς βεβίωκεν, ἄρξομαι. οὐδὲ γὰρ ὧν ἔτυχεν, ἢν, ἀλλ' οἷς ὁ δῆμος καταρᾶται. οὐδὲ γάρ ποτε, οὐδὲ λέγω; χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην, ἅμα Ἀθηναῖοι, καὶ ῥήτωρ γέγονα. ubi Taylorus Rutilii versionem *mirandam* vocat, credo, quod ipsi nimis libera visa est, et, nonnullis adiectis, sensum potius oratoris, quam verba, exprimere. [Cl. Schaefer. ad Demosth. Tom. II. pag. 194. Fn.]

Nunc, quoniam de me, ut volui, cognostis. Hoc ex sensu addidit Rutilius. In Graeco textu haec tantum est transitionis formula: ταῦτα μὲν οὖν ἐάσω. Ed. Pith. *cognovistis.*

per ipsius vitam. Scribe: *per ipsius vitam.* Demosthenes: ἀπ' αὐτῶν δὲ ὧν αὐτὸς βεβίωκεν. *Vita* et *vitia* etiam confunduntur apud Rutilium II. 7. [„Bene Ruhnkenius *vitam*" inquit Schaeferus I. l. pag. 195. Fn.]

*Nam dum opus est, parentes * appellat.* Haec quoque verba nimis liberaliter adiecit Rutilius. 56

duntaxat arguere, pene maleficii largitionem est facere.

XVII. PARENTHESIS. Cum in continenti sententia aliquid interponitur, quod neque eius sit sententiae, neque omnino alienum ab ea sententia, tum denique hoc schema efficitur, sed periculose ponitur. Nam aut mire ineptum, aut vehementer iucundum auribus accidere consuevit. DEMOSTHENIS:

Gryph, Lovan. Pithoeus. Vir doctus in margine Ed. Rhen. corrigebat: *hunc incepti duntaxat arguere.* Ego malim: *huius inceptum duntaxat arguere.* Quae constructio non minus proba est altera, *aliquem incepti arguere:* Curt. VI. 11. *Cur Hammonem consuli vellet eundem, cuius arguisset mendacium? Inceptum est* conatus temerarius. [Etiam ipsum *incipere* magnorum est facinorum atque audaciae. Fr.]

maleficii largitionem est facere. Sic Exc. Gronov. et Ed. Aldina. Ceteri libri usque ad Stephanum, *malefici. Largitionem*
38 *facere* Gesnerus * in Thes. L. L. hoc loco laudato, bene explicat *veniam dare, condonare.* Cicero Verr. III. 84. *Improbum facinus, non ferendum: —— tamen ego hoc, quod ferri nego posse, Verri, iudices, concedo et largior.* Tacit. Ann. III. 70. *Reipublicae iniurias ne largiretur.* Elegans, sed rarior, est haec verbi potestas.

§. 17. *ineptum.* Sic Ed. Rhen. Reliqui libri veteres, *inceptum.*

iucundum auribus accedere. Emendo: *iucundum auribus accidere.* Rutilius imitatur Ciceronem in Vatin. 2. *non putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucundum et honorificum ad aures tuas accidat.* Hoc loquendi genus illustrarunt, et multis locis, ubi vitiose legebatur, *ad aures,* vel, *auribus accedere,* restituerunt viri doctissimi, Lambinus ad Cicer. Verr. IV. 1. Gronovius ad Liv. XXI. 10. ad Senec. de Cons. ad Marc. 11. Heinsius ad Ovid. Fast. V. 360. Dukerus ad Liv. X. 41. et Drakenborch. ad eundem XL. 32. Itaque miror, magnum Bentleium in Terentio Hecyr. III. 5. 32. reliquisse: *Haud invito ad aures sermo mihi accessit tuus.* praesertim cum dudum Palmerius e MS. emendasset: *Haud invito ad aures sermo mihi accidit tuus.* Cicero apud Augustin. de C. D. II. 14. *Ad quos cum accessisset clamor, et approbatio populi.* Hic etiam malim: *Ad quos cum accidisset clamor* etc. Nec tamen imiter Drakenborchium, qui in Silio Ital. XIII. 153. quanquam non damnans vulgatam lectionem, *vox attigit aures,* tamen legendum suspicatur: *vox accidit aures.* Varro apud Non. Marcell. pag. 263. *Quem simulac Romam venisse, mihi attigit aures nuntius.* Ovid. Ep. III. 59.

Quod scelus ut pavidas miserae mihi contigit aures.

Valer. Flaccus etiam dixit II. 452. *vox attigit aures.* quamvis ibi facile patiar, MSStorum quorundam lectionem, * *vox accidit* 39
aures, ab Heinsio praeferri. [Cf. Huschk. ad Tibull. II. 1. 66. Fr.]

Digitized by Google

xerunt, et rem tantam differre maluerunt, cum interea subito portus hostis obsedit.

XVIII. Maximos. Hoc schema singulas res separatim disponendo, et suum cuique proprium tribuendo, magnam efficere utilitatem et illustrem consuevit. Eruditi: *Cuius omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissimae: oculi ad petulantem lasciviam, manus ad rapinam, venter ad avicilitatem, [virilis naturae] membra, quae*

post *quorum* contra veteres libros inculcatur.

cum interea subito —— *obsedit.* Vide de hac structura bene agentem Zumptium Gr. Lat. §. 680. 12. Fr.

§. 18. Maximos. Forte haec est figura, quam Quinctilian. IX. 3. pag. 455. [§. 91.] ex Rutilio laudat *dinumerationis* nomine. [Vid. Spald. ad h. l.]

Cuius omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissimae. Hanc Lycurgi locum imitando expressit Auctor Declamat. in Ciceron. 3. pag. 1052. [§. 11.] et, qui eum descripsit, Auctor Epist. II. ad Caesar. de rep. ordin. 9. pag. 1041. [§. 2.] *cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat: lingua vana, manus rapacissimae, gula immensa, pedes fugaces; quae honeste nominari non possunt, inhonestissima.* Similis locus Ciceronis Catil. I. 6. [§. 13.] *quae libido ab oculis, quod facinus a manibus unquam tuis, quod flagitium a toto corpore abfuit?*

oculi ad petulantem lasciviam. Petulantia et lascivia adeo propria sunt oculis, ut Seren. Sammon. 663. non dubitarit *mobilem lasciviam* absolute dicere, quam Petron. cap. 126. vocat *oculorum mobilem petulantiam*, et cap. 138. *petulantes oculos.* ubi Interpretes Rutilii locum adscripserunt. Iustin. I. 3. *cum mollitia corporis, et oculorum lascivia omnes feminas uteretur.* Quinctilian. XI. 3. pag. 572. [§. 76.] *oculi lasciui et mobiles.*

virilis naturae membra, quae non possumus honeste appellare. Non verbis opus est, ut vincimus, *virilis naturae* foedissimum esse glossema. Nam talia veluti digito demonstrasse sat est. Solebant autem veteres, quae ne pudor nominare vetaret, veruntamen eiusmodi circumlocutione significare. Cicero Phil. II. 18. *Sed iam stupra et flagitia omittam: sunt quaedam, quae honeste non possum dicere.* Apud Petron. cap. 132. aliquis partem, quae vir est, sic increpat: *Quid dicis, omnium hominum Deorumque pudor? nam, nec nominare quidem te inter ea seria, fas est.* et paucis interiectis: *quod, oblitus verecundiae meae, cum ea parte corporis verba contulerim, quam ne ad cognitionem quidem admittere severioris notae homines solent.* Declamator in Ciceronem paullo ante laudatus: *quae honeste nominari non possunt, inhonestissima.* Arnob. III. pag. 105. *Habent ergo Dii sexus, et genitalium membrorum circumferunt foeditates, quas etiam ex virilis verecundia infamis est suis appellationibus prodere?* ubi ne quis

61

non possumus honeste appellare, ad omne genus corruptelae, pes ad fugam. Prorsus ut aut ex hoc vitia, aut ipse ex vitiis ortus videatur. Item ARISTOTELIS: *Alexandro enim Macedoni, neque in deliberando consilium, neque in proeliando virtus, neque in beneficio benignitas deerat, sed duntaxat in supplicio crudelitas. Nam cum aliqua res dubia accidisset, apparebat sapientissimus. Cum autem confligendum esset cum hostibus, fortissimus.*

cidum iure genitalium expungi posse putet, sciat, primum genitalia membra honestius dici, quam virilia naturae membra; deinde aliud licuisse Arnobio scribenti, ac Lycurgo in concione, vel coram iudice dicenti. Idem V. pag. 176. *propudiosa corporum monstratur obscoenitas, obiectaturque partes illae, quas pudor communis abscondere atque naturalis verecundiae lex iubet: quas inter aures oculus sine venia nefas est, ac sine honoribus appellare praefatis,* ubi vide interpretes. [Cf. Plutarchi De-mosth. cap. 4. Fr.] Ceterum negationem, quae exciderat, ex Gronov. Excerpt. restituimus. Idem ex ingenio fecerat R. Stephanus, quem imitati sunt recentiores Editores.

pes ad fugam. Virgil. Aen. XI. 390.

an tibi Mavors
Ventosa in lingua, pedibusque fugacibus istis?

ut Declamator in Cicer. l. c. Ovid. Fast. III. 271.

Regna tenent fortesque manu, pedibusque fugaces.

Vide Savaronem ad Sidon. Apoll. V. 7.

ipse ex vitiis ortus. Plautus Mil. IV. 7. 9. *Mulier profecto nata est ex ipsa mera.*

ARISTOTELIS. Miretur aliquis, Aristotelem hoc virtutis testimonium Alexandro tribuere potuisse. Sed hunc quoque Lucianus Parasit. pag. 862. philosophum parasitum, et Tertullianus Apolog. 46. dicitur Alexandri adulatorem dicit.

cum —— accidisset —— confligendum esset. Fenitur cum et conjunctivus plusquamperfecti vel imperf. de re praeterita tempore saepe iterata. Cf. Zumpt. Gr. Lat. §§. 563. 570. Fr.

benignitas. Excerpt. Gronov. et Edit. Aldin. *dignitas.* [Lectionem *dignitas* unice veram putat Sainct-Croix in libro, *Examen critique des historiens d' Alexandre,* pag. 204. ed. 2. Fr.]

apparebat sapientissimus. Id est, *erat.* Nam, ut Latini videri, sic etiam *apparere* pro *esse* dixerunt, illa praesertim aetate, qua Rutilius scribebat. Horat. II. Carm. 10. 21.

Rebus angustis animosus atque
Fortis appare.

Plin. H. N. VII. 26. *Si quis e contrario simili modo velit percensere Caesaris res, qui maior illo apparuit.* Alter Plinius VI. Ep. 22. *nec minus acer quam bonus et sincerus apparuit.* VIII. Ep. 18. *cum Domitius Tullus longe melior apparuerit morte, quam vita.* Quae Plinii loca I. M. Heusingerus ad Nepot. Datam. 1. mi-

Digitized by Google

xerunt, et rem tantam differre maluerunt, cum interea subito portus hostis obsedit.

XVIII. Merismos. Hoc schema singulas res separatim disponendo, et suum cuique proprium tribuendo, magnam efficere utilitatem et illustrem consuevit. Eroures: *Cuius omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissimae: oculi ad petulantem lasciviam, manus ad rapinam, venter ad aviditatem, [virilis naturae] membra quae*

post *quorum* contra veteres libros inculcarat.

cum interea subito —— obsedit. Vide de hac structura bene agentem Zumptium Gr. Lat. §. 580. 12. Fu.

§. 18. Merismos. Forte haec est figura, quam Quinctilian. IX. 3. pag. 455. [§. 91.] ex Rutilio laudat *dinumerationis* nomine. [Vid. Spald. ad h. l.]

Cuius omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissimae. Hanc Lycurgi locum imitando expressit Auctor Declamat. in Cicero. 3. pag. 1052. [§. 11.] et, qui eum descripsit, Auctor Epist. II. ad Caesar. de rep. ordin. 9. pag. 1041. [§. 2.] *cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat: lingua vana, manus rapacissimae, gula immensa, pedes fugaces; quae honeste nominari non possunt, inhonestissima.* Similis locus Ciceronis Catil. I. 6. [§. 13.] *quae libido ab oculis, quod facinus a manibus unquam tuis, quod flagitium a toto corpore abfuit?*

oculi ad petulantem lasciviam. Petulantia et lascivia adeo propria sunt oculis, ut Seren. Sammon. 663. non dubitarit *mobilem lasciviam* absolute dicere, quam Petron. cap. 126. vocat *oculorum mobilem petulantiam*, et cap. 138. *petulantes oculos.* ubi Interpretes Rutilii locum adscripserunt. Iustin. I. 3. *cum mollitia corporis, et oculorum lascivia omnes feminas antiret.* Quinctilian. XI. 3. pag. 574. [§. 76.] *oculi lasciui et mobiles.*

virilis naturae membra, quae non possumus honeste appellare. Non verbis opus est, ut vincamus, *virilis naturae* foedissimum esse glossema. Nam talia veluti digito demonstrasse sat est. Solebant autem veteres, quae ne pudor nominare vetaret, ventura huiusmodi circumlocutione significare. Cicero Phil. II. 14. *Sed iam stupra et flagitia omittamus: sunt quaedam, quae honeste non possum dicere.* Apud Petron. cap. 132. aliquis partem, quam vir est, sic increpat: *Quid dicis, omnium hominum Deorumque pudor? nam, nec nominare quidem te inter ea serias, fas est.* et paucis interiectis: *quod, oblitus verecundiae meae, cum ea parte corporis verba contulerim, quam ne tui cognitionem quidem admittere secretioris notae homines solent.* Declamator in Cicaronem, paullo ante laudatus: *quae honeste nominari non possunt, inhonestissima.* Arnob. III. pag. 105. *Habent ergo Dii sexus, et genitalium membrorum circumferunt foeditates, quas etiam ex ipsius verecundiae infamia est suis appellationibus prodere?* ubi me quis

61

non possumus honeste appellare, ad omne genus corruptelae, pes ad fugam. Prorsus ut aut ex hoc vitia, aut ipse ex vitiis ortus videatur. Item ARISTOTELIS: *Alexandro enim Macedoni, neque in deliberando consilium, neque in proeliando virtus, neque in beneficio benignitas deerat, sed duntaxat in supplicio crudelitas. Nam cum aliqua res dubia accidisset, apparebat sapientissimus. Cum autem confligendum esset cum hostibus, fortissimus.*

dicam iure genitalium expungi posse putet, sciat, primum genitalia membra honestius dici, quasi virilia naturae membra; deinde aliud licuisse Arnobio scribenti, ac Lycurgo in concione, vel coram iudice dicenti. Idem V, pag. 176, *propudiosa corporum monstratur obscoenitas, obiectantur que partes illae, quas pudor communis abscondere atque naturalis verecundiae lex iubet: quas inter aures castius sine venia nefas est, ac sine honoribus appellare praefatis*, ubi vide Interpretes. [Cf. Plutarchi Demosth. cap. 4. Fr.] Ceterum negationem, quae exciderat, ex Gronov. Excerpt. restituimus. Idem ex ingenio fecerat R. Stephanus, quem imitati sunt recentiores Editores.

pes ad fugam. Virgil. Aen. XI. 390.

an tibi Mavors
Ventosa in lingua, pedibusque fugacibus istis?

ut Declamator in Cicer. I. c. Ovid. Fast. III. 271.

Regna tenent fortesque manu, pedibusque fugaces.

Vide Savaronem ad Sidon. Apoll. V. 1.

ipse ex vitiis ortus. Plautus Mil. IV. 7. 9. *Mulier profecto nata est ex ipsa mera.*

ARISTOTELIS. Miretur aliquis, Aristotelem hoc virtutis testimonium Alexandro tribuere potuisse. Sed hunc quoque Lucianus Parasit. pag. 862. philosophum parasitum, et Tertullianus Apolog. 46. dicente Alexandri adulatorem dicit.

cum —— accidisset —— confligendum esset. Fenitur cum et coniunctivus plusquamperfecti vel imperf. de re praeterito tempore saepe iterata. Cf. Zumpt. Gr. Lat. §§. 563. 570. Fr.

benignitas. Excerpt. Gronov. et Edit. Aldin. *dignitas.* [Lectionem *dignitas* unice veram putat Sainct-Croix in libro, *Examen critique des historiens d' Alexandre*, pag. 204. ed. 2. Fr.]

apparebat sapientissimus. Id est, *erat.* Nam, ut Latini *videri*, sic etiam *apparere* pro *esse* dixerunt, illa praesertim aetate, qua Rutilius scribebat. Horat. II. Carm. 10. 21.

Rebus angustis animosus atque
Fortis appare.

Plin. H. N. VII. 26. *Si quis e contrario simili modo velit percensere Caesaris res, qui maior illo apparuit.* Alter Plinius VI. Ep. 22. *nec minus acer quam bonus et sincerus apparuit.* VIII. Ep. 18. *cum Domitius Tullus longe melior apparuerit morte, quam vita.* Quae Plinii loca I. M. Heusingerus ad Nepot. Datam. 1. mi-

Digitized by Google

mus; cum vero praemium dignis tribuendum, liberalissimus; at cum animadvertendum, clementissimus.

XIX. Paromologia. Hoc fit, cum aliquot res adversario concedimus, deinde aliquid inferimus, quod aut maius sit quam superiora, aut etiam omnia, quae posuimus, infirmet. Hyperidis: *Sume hoc ab iudicibus nostra voluntate; neminem illi propiorem cognatum, quam te, fecisse, concedimus. Officia tua nonnulla in illum exstitisse, stipendia vos una fecisse aliquandiu, nemo negat. Sed quid contra testamentum dicis, in quo scriptus hic est?* Item eiusdem: *Quid a me saepius his verbis de meo officio requiris? Scripsisti, ut*

nus bene trahit ad illam huius verbi potestatem, quae de primis ignotae indelis experimentis dicitur. [*Esse* et *videri* ut sunt proprie diversa, sic distinxit Sallustius Catil. cap. 54. *Esse quam videri bonus malebat.*

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

Fr.]

§. 19. Paromologia. Hoc schema ex Rutilio laudat Quinctilian. IX. 3. pag. 456. [§. 99.] Mox vocem *schema*, quam R. Stephanus et hic et aliis locis contra libros inseruerat, delevimus.

aliquot res adversario concedimus. Laurent. A. B. Ed. Venet. *aliquo tres adversarios concedimus.* quod in Laur. A. sic mutatum: *aliquas res adversarios concedimus.*

voluntate. Cf. Ruhnk. ad Terent. Adelph. III. 4. 44. Fr.

Officia tua nonnulla in illum exstitisse. Hoc ordine Ed. Rhenan. sed alio MSS. Laur. A. B. Edd. Venet. et Ald. *Officia tua in illum nonnulla exstitisse.*

in quo scriptus hic est. MS. Laur. A. a prima manu, *in quo scriptus non est.*

de meo officio. MSS. Laurent. A. B. Edd. Rhen. et Ald. *de medio officio.*

Scripsisti, ut servis libertas detur? Scripsi etc. Veterum librorum scriptura haec est: *Scripsisti, ut servis libertas detur. Scripsisti, ut liberi servitutem experirentur. Scripsisti, ut exules restituerentur. Scripsisti, ut ne quis exilio afficeretur. Leges * igitur, quae prohibebant haec, nec neglegebas? Non poteram, propterea quod literis earum arma Macedonum opposita obsistebant.* Ex qua lectione, quamcunque in partem te cogitatione converteris, nullam unquam sententiam elicies. Quid igitur? Libris nil iuvantibus, remedium a divinandi arte petendum. Ac poterem hoc loco, si Criticos quosdam imitari vellem, ingenium iactare, et me ipse vatem optimum perhibere. Sed, quoniam his scribendis non tam gloriola, quam utilitas publica quaeritur, simpli-

servis libertas detur? Scripsi, ne liberi servitutem experirentur. Scripsisti, ut exules restitue-

citer dico, sic emendandum esse: *Scripsisti, ut servis libertas detur? Scripsi, ne liberi servitutem experirentur. Scripsisti, ut exules restituerentur? Scripsi, ut ne quis exilio afficeretur. Leges igitur, quae prohibebant haec, nonne legebas? Non poteram, propterea quod literis earum arma Macedonum opposita obficiebant.* Fractis Atheniensium opibus clade Chaeronensi, rogante Hyperide, psephisma factum est, cuius legitima verba, a Lycurgo adv. Leocrat. pag. 113. [pag. 153. Rsk. 217, 41. Bekker.] conservata, huc referamus: *τοὺς μὲν δούλους ἐλευθέρους, τοὺς δὲ ξένους, Ἀθηναίους, τοὺς δ' ἀτίμους, ἐντίμους εἶναι.* Adde Apsinem Art. Rhet. pag. 687. Hoc decretum, veluti contra leges scriptum, vehementer exagitavit molestus illorum temporum accusator, Aristogiton. Demosthen. [si modo Demosthenes auctor fuit. vid. ad Hist. Crit. pag. 41. adn. Fa.] adv. Aristogit. II. pag. 502. [pag. 803. sq. Rsk. 99, 11. Bekker.] *ὅτι γὰρ Ὑπερείδης ἔγραψε — εἶναι τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους, τούτου τοῦ ψηφίσματος γραφὴν παρανόμων ἀπενέγκας ἠγωνίζετο ἐν τῷ δικαστηρίῳ.* Vide Pseudo-Plutarchum de Vit. X Orat. pag. 849. A. et Photium Cod. CCLXVI. pag. 1449. Hyperides illud defendit *oratione adversus Aristogitonem*, quam saepe laudant veteres Grammatici, in his Scholiastes MS. ad Platonis Phileb. pag. 74. B. *Μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον, ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς ἐξ ἀρχαίας παράμματα ἐγειρόντων, ταύτης μέμνηται καὶ Ὑπερείδης ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα. Καὶ οὐδὲ ἐκ τῆς παροιμίας δύνασαι μανθάνειν, τὸ μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον.* Ex hac oratione sumtum est fragmentum, quod Rutilius habet. Aristogiton ex Hyperide * quaerit: *Scripsisti* etc. cui Hyperides statim respondet ex coniectura nostra: *Scripsi* etc. Haec universim annotasse sufficiat. Nunc emendationis, quam in contextum recepimus, sigillatim rationem reddamus. Primum ex libris antiquis rescripsimus *detur*, quod R. Stephanus, ut reliquis temporibus congrueret, in *daretur* mutarat. De qua temporum commutatione diximus ad I. 13. pag. 45. Tum pro *non negligebas* Iac. Tollius ad Longin. Π. Υ. XV. pag. 118. legendum coniiciebat, *non legebas?* Recte. Nos tamen propius ad corruptae lectionis vestigia, *nonne legebas?* Denique vere emendavimus: *quod literis earum arma Macedonum opposita obficiebant.* Verbum *obficere* quam proprium sit in tali re, nemo ignorat. *Opposita* nobis aliquando otiosum, et ab explanatore invectum videbatur. Sed nihil movendum. Cicero de N. D. II. 40. *Luna subiecta atque opposita Soli, radios eius et lumen obscurat.* Ultima fragmenti verba Graece sunt apud Pseudo-Plutarchum et Photium l. c. *αἰτιωμένων δὲ αὐτὸν οὐκ ὀλίγων, ὡς πολλοὺς τῶν νόμων ἐν τῷ ψηφίσματι παριδόντα, ἐπεσκότει (obficiebant) γάρ μοι τὰ Μακεδόνων, ἔλεγεν, ὅπλα. καὶ, οὐκ ἐγὼ μᾶλλον τὸ ψήφισμα, ἀλλ' ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη ἔγραψε.* Posterius dictum etiam Longinus l. c. laudat. Priori non dissimile illud C. Marii apud Valer. Max. V. 2. 8. et Plutarch. in eius Vita pag. 421. E. [cap. 28. *λέγεται —— εἰπεῖν, ὅτι τοῦ νόμου διὰ τὸν τῶν ὅ-*

65

Digitized by Google

rentur? Scripsi, ut ne quis exilio afficeretur. Leges igitur, quae prohibebant haec, nonne legebas? Non poteram, propterea quod literis earum arma Macedonum opposita obficiebant.

XX. ANANCAEON. Hoc schema tunc prodest, atque omnis eius utilitas in eo est, cum volumus ostendere necessitudinem aut naturae, aut temporis, aut alicuius personae: quemadmodum fecit MYRON: *Amicus meus fuit Chremonides, et opinione omnium magis familiaris, et pro salute eius, quaecunque potui, feci. Sed posteaquam maior vis legis nostrum auxilium ab illius periculo removit, calamitatis ac luctus eius particeps eram. Nam opitulandi facultas omnis erepta iam fuerat.* Item DEMOCHARIS: *Nihil enim valebat assidua pro fratre, ac misericors deprecatio, cum iudicaret tyrannus, cuius crudelitas omnem naturae necessitudinem exstinguebat.*

XXI. ETHOPOEIA. LYSIAE: *Rure rediens,*

πλων φόφον οὐ κατακούσειεν. FR.] *inter armorum strepitum verba se iuris civilis exaudire non potuisse.*

§. 20. ANANCAEON. Sic scripsimus ex Ed. Aldina. Reliquorum librorum vitiosas lectiones memorare nihil attinet. Hoc etiam schema ex Rutilio laudat Quin-
66 ctilian. IX. 3. * pag. 456. [§. 99.] Vide Vossium Inst. Orat. V. 9. pag. 260.

MYRON. MS. Laurent. A. *Miron.* Hic orator iterum laudatur II. 1. Sed aeque mihi cognitus est, ac Daphnis et Sosicrates, quos Rutilius aliis locis laudat.

Chremonides. Sic est in Edit. Rhenan. Ceteri libri vetusti, *Cremonides*, unde B. Stephani coniectura fecit *Chaeremonides*, quod etiam Gryph. et Lovan. receperunt.

Nihil enim valebat assidua pro fratre, ac misericors deprecatio. Ovid. Trist. I. 3. 29.

Multaque in aversos effudit verba penates,
Pro deplorato non valitura viro.

§. 21. ETHOPOEIA. Sic scripsimus, secuti MSS. Laurent. A. B. et Edit. Veneti, ubi *Ethopoyia*, et Aldinam, ubi Graecis literis *Ἠθοποιία*, ut ex Rutilio citat Quinctilian. IX. 3. pag. 457. [§. 99.] Rhenanus edidit *Ethologia*, quod inde venit in Edict. Stephan. et recentiores. Hanc autem schematis definitio sine dubio periit librariorum culpa. Cur enim Rutilius, quam ubique edit, hic praetermittisset?

LYSIAE. Cf. Spald. ad Quinctilian. III. 8. 51. FR.

Digitized by Google

Rudices, homo maior natu, magno calore, vix sufferens vitae molestiam, tamen his verbis ego-met me consolor: Fer fortiter demum laborem: iam brevi domum venies exspectatus: excipiet te defatigatum diligens atque amans uxor: eu se-

67 * *magno calore.* Ita rectissime Ed. Rhenana quam Stephanus et alii secuti sunt. MSS. Laurent. A. B. Exc. Gronov. Edd. Ven. Ald. *magno clamore.* Nimirum in librariorum memoria adhuc haerebat ex §. 17. *magno clamore efflagitabat.*

vitae molestiam. MS. Laur. A. *vitae molestam.*

Fer fortiter demum laborem. Omnes vetusti libri, scripti, editique: *Ferre fortiter demum laborem.* Aldina post *laborem* asteriscum ponit, quasi quid intercidisset: quod non puto. Bene ex ingenio R. Stephanus edidit: *Fer fortiter.* quod, in Gryph. Lovan. et Pithoeanam propagatum, nos etiam in contextu reliquimus. Sed nondum persanatus locus est. Quid enim sibi vult *demum?* Gronovius ad Liv. VII. 4. hunc locum citans, *demum* omisit; credo, quod ex diversa scriptura vicini *domum* temere natum putabat. Aliquando conficiebam: *Fer fortiter demum hunc laborem.* ut *demum* significet duntaxat, tantum. Festus: *Demum, quod significat post, apud Livium demus legitur. Alii demum pro duntaxat posuerunt.* Atque ita hanc particulam in Traiani Ep. 38. accipit Bachmannus, in Quintilian. II. 15. pag. 133. [§. 1.] Bachmannus. Vide quae scripsi in adn. ad Quinctiliani lib. X. cap. 1. §. 44. et cap. 6. §. 5. Ed.] Nunc vix dubitem, quin Rutilius scripserit: *Fer fortiter extremum laborem.* Virgil. Ecl. X. 1.

Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem.

Valer. Flacc. VIII. 117.

Corripit optatum decus, extremique laborem.

iam brevi domum venies exspectatus. Omnes veteres libri *veniens* pro *venies.* Tamen recepimus cum aliis Editoribus R. Stephani coniecturam *venies.* *Venire exspectatum* propria et perelegans formula est, quam, Rutilio etiam laudato, illustrat Gronovius ad Plaut. Mostell. I. 3. 31. Ennius apud Varron. de L. L. VI. pag. 71.

Coelitum Camilla exspectata venis, beatae hospitae.

Cicero ad Div. XVI. 9. cum ei omnibus, *exspectatusque venies,* pro Domo 7. *veni exspectatus.* 68
Virgil. Aen. II. 283.

quibus Hector ab oris
Exspectate venis?

Statius Theb. III. 86.

et comites fecere exspectatus ad ambras.

diligens atque amans uxor. *Diligens* proprium epitheton uxoris, quae, ut Horatius ait Epod. II. 43.

Sacrum vetustis exstruit lignis focum
Lassi sub adventum viri.

Plaut. Amphitr. III. 3. 18. *Recte loquere, et proinde diligentem ut uxorem decet.* Cicero Phil. IX. 3. *quam, (mortem) si nobiscum remansisset, sua cura, optimi filii, fidelissimaeque coniugis diligentia vitare potuisset.*

Digitized by Google

dulo ac blande praeministrando detraheet languorem, et simul seniles nutriendo recuperabit vires. Haec me in itinere recogitatio prope confectum confirmabat. Postea vero cum domum veni, nihil earum rerum inveni, sed potius bellum intestinum ab uxore contra me comparatum. Item DEMOSTHENIS: *At, medius fidius, Iudices, ego sic arbitrabar, filium ad parentem dissoluto vultu ven-*

praeministrando. Hoc compositio Gellius et Apuleius utuntur. Vide L. F. Gronovium ad Gell. I. 11.

detraheet. Sic dedimus ex Edit. Aldina. Idem ex coniectura ediderat R. Stephanus. Ceteri libri antiqui, *detrahit.*

et simul seniles nutriendo recuperabit vires. Gronovius ad Liv. VII. 4. ubi vide verbi *nutrire* scienter explicat, hoc etiam Rutilii loco allato, scribit *recuperabis.* Quod et aliis deinceps in mentem venit. Sed mihi non satis placet subita illa personarum commutatio. Legendum: *et simul seniles nutriendo recreabit vires.* Cicero pro Planc. 10. *quod fessum inedia, fluctibusque recrearunt.* Seneca de Ira I. 11. *Quo alio Fabius affectas imperii vires recreavit?* Plin. H. N. XXII. 24. *Repentina mulsa despumato melle praeclaram habet utilitatem —— viribus recreandis.* Ammian. Marcell. XIV. 11. pag. 61. *fessasque labore diebus duodecim recreans vires.* Certe aut haec coniectura vera est, aut altera, quae mihi nascitur haec cum maxime scribenti: *et simul seniles nutriendo reparabit vires.* Ovid. Ep. IV. 60.

Haec reparat vires, fessaque membra novat.

69 * ubi vide N. Heinsium. Claudian. Eidyll. VI. 99.

Amissum lymphis reparant impune vigorem.

Reparare et *recuperare* saepe confundentur in MSS. tanquam apud Iustin. XX. 5. et Curt. V. 1. [Fuit quum legendum putarem, *recurabit vires.* Catullus XLIV. 13. ad fundum:

Hic me gravedo frigida et frequens tussis
Quassavit, usque dum in tuum sinam fugi.
Et me recuravi ocimoque et urtica.
Quare refectus maximas tibi gratis
Ago, meum quod non es ulta peccatum.

FR.]

recogitatio. R. Stephanus, credens fortasse, syllabam *re* ex praecedenti *itinere* temere repetitam esse, tacite edidit *cogitatio*, et in eundem errorem traxit posteriores Editores. *Recogitatio* et *recogitatus* est Tertulliani; *recogitare* Quinctiliani Decl. XIX. pag. 372. aliorumque eo meliorum, quos laudat Gronovius ad Plaut. Captiv. prol. 51.

medius fidius. De hac forma cfr. Kritzius ad Sallust. Catil. cap. 25. §. 2. de *sic* particula, quae sequitur, lege sis Zumpt. Gr. Lat. §. 748. FR.

parentem. Nescio, quid Stephanum moverit, ut *patrem* ederet.

dissoluto vultu. Hoc loco P.

tuum, lacrimis patrium sinum oppletuum, supplicem precari, obsecratuum, blanditiis suis, quod petisset, a patris mollitie impetraturum. Sed hic longe aliter, atque hic incredibili confidentia armatus.

Burmannus mihi ut Petron. cap. 131. nihil, ut videtur, lectione vulgata offensus. Ego vero vix credideriim, Latine dici *vultus dissolutus*, et libenter legerim: *soluto vultu*. *Dissolutus* et *solutus* etiam commutantur apud Apulei. Metam. IV. pag. 144. Est autem *solutus vultus* serenus, tranquillus, placidus, qualem describit Ovid. Metam. II. 857.

Nullae in fronte minae, nec formidabile lumen;
Pacem vultus habet.

Statius Theb. V. 365.

et vultu galeas intrare soluto.

ubi Lactantius exponit *molli*. Frequentius *solutus vultus* dicitur ad hilaritatem et risum pronus. Valer. Max. IV. 3. 5. *vultum risu solvit*. Petron. cap. 91. *convertit ille solutum gaudio vultum*. Seneca Ep. 23. *An tu existimas quenquam soluto vultu, et, ut ipsi delicati loquuntur, hilariculo*
70 *mortem contemnere*. * Martial. XIV. 181.

Et frontem nugis solvere disce meis.

Relaxare vultum dixit Seneca Cons. ad Helv. 15. *remittere vultum* Ovid. II. ex Pont. 2. 65. Seneca Herc. Fur. 214. et Plin. II. Ep. 5. Varro apud Non. Marcell. pag. 9. *Quin mihi caperatam tuam frontem, Strobile, omittis?* Malim *remittis*, quamvis sciam, a Terentio *animum omissum* pro remisso dici. Graeci etiam χαλῶν τὸ μέτωπον dicunt, ut Aristophan. Vesp. 653. et Alciphron III. 3. Contrarias formulas, *ducere*, *adducere*, *obducere*, *trahere*, *contrahere*, *adstringere vultum* egregie illustravit N. Heinsius ad Ovid. Ep. XII. 165. [Cf. Retuk. ad Ter. Adelph. V. 3. 53. et Heindorf. ad Horat. Satir. II. 2. 125. Fn.]

lacrimis patrium sinum oppleturum. Proprius lacrimantium habitus. Ovid. Metam. X. 419.

lacrimisque implevit obortis
Pectora nutricis.

Seneca Medea 541.

liberos tantum fugae
Habere comites licet, in quorum sinu
Lacrimas profundam.

quem locum fortasse imitatur Quinctilian. Decl. V. pag. 125. *Sinus posco, in quos egeram exhaustarum reliquias lacrimarum.* Valer. Flacc. VII. 251.

collapsaque flebat iniquae
In Veneris Medea sinu.

supplicem precari. Praesens infinitivi pro futuro. Vide Sanctium Minerv. I. 14. 4. et ibi Perizonium. Quanquam fateor, praesens inter tot futura mihi durius videri. Idem cum sensisset R. Stephanus, contra omnes libros *precari* in *precaturum* mutavit: quod, velut e Codicibus haustum, omnes Editores deinceps retinuerunt.

atque hic incredibili confidentia armatus. Sic constanter MSS. et veteres Editiones. At R. Stephanus pro *atque hic* scripsit *namque*: quod omnes statim Editiones occupavit. * Ego tametsi 71
non improbo Stephani coniectu-

in Rutilio crebritatem, pronior sim in hanc partem, ut suspicer, aliquid post *atque* intercidisse. ... *incredibili confidentia armatus.* Rutilius imitatur Ciceronem pro Dom. 55. ... *et insolentia* ... *animos*

Curt. VIII. 13. *nulla re magis quam audacia armati.* Translatam hanc verbi *armare* potestatem illustrat Iac. Perizonius Diss. de Dictye Cret. § 39. [Cf. Ruhnkenius ad Vell. Patercul. II. 49. 3. Fr.]

P. RUTILII LUPI
DE
FIGURIS SENTENTIARUM
ET
ELOCUTIONIS
LIBER SECUNDUS

I. METABASIS. Hoc duobus modis fieri solet. Ex quibus unum genus est eiusmodi: cum ab ea sententia, quam proposuimus, convertimus ad aliquam personam, aut rem, ut fortunam, et tanquam praesentem appellamus, ita uti fecit MYRON: *Haec*

72 * P. RUTILII LUPI etc. MSS. Laurent. A. B. Edd. Venet. et All. *P. Rutilii Lupi schemata lexeos de libro secundo.* Ed. Rhen. *P. Rutilii Lupi de figuris elocutionis liber posterior.* Ed. Pithoeana: *Ex P. Rutilii Lupi de figuris sententiarum et elocutionis libro II.*

§. 1. *convertimus ad aliquam*
73 * *personam.* Inscite R. Stephanus omnium librorum lectionem *convertimus*, quam merito probat Barthius ad Gratii Cynegetic. et Claudian. IV. de Cons. Honor. 245. in vulgarem rationem *convertimur* mutavit. Idem simili et imperitia et temeritate §. 6. huius libri, ubi omnes libri veteres legunt, *in mulierem convertere properasse*, pronomen *se* inculcavit, *in mulierem se convertere properasse*, utroque loco nactus erroris socios, Gryph. Lovan. et Pithoeum. *Vertere* et *convertere* millies neutraliter et absolute dicuntur. Sed librarii plerisque locis passivum supposuerunt. Pleni sunt huius rei Criticorum commentarii. Vide, ut alios taceam, Bentleium ad Horat. IV. Carm. 10. 5. et Cortium Exc. ad Sallust. Ing. 85. [Cf. Kritz. ad eiusd. Catilin. cap. 6. §. 7. FR.]

ut fortunam. Exemplo aliorum, edi iussimus R. Stephani emendationem *ut fortunam*, pro vulgato *aut fortunam.*

ita uti fecit MYRON. Omnes libri: *ita ut is fecit.* MYRON.

Digitized by Google

mulier nuper fuit locuples, potens, in amore atque deliciis necessariorum: ornatus eius opibus abundabat: magnus anci arum, quae sequeban-

Nos recepimus, quod edidit Cl. Gesnerus. Sic I. 16. et alibi.

locuples, potens, in amore atque deliciis necessariorum. Expunximus copulam *et* post *locuples*, auctoritate MS. Laurent. A. et Edit. Rhen. ut ante nos etiam fecerat R. Stephanus. Editiones antiquae iungunt *potens in amore*, ut Catull. XCVIII. ult.

Sis felix, Coeli, sis in amore potens.

Nos ita potius interpungimus: *locuples, potens, in amore atque deliciis necessariorum. Potens* quam vim hoc loco habeat, dubitari potest. Satis commodum est intelligere imperiosam, superbam. Terent. Heaut. II. 1. 15. *Mea est potens, procax, magnifica, sumtuosa, nobilis.* Horat. de A. P. 116.

et matrona potens, an sedula nutrix.

Stat. Silv. I. 2. 77.

edomui victum, dominaeque potentis
Ferre iugum.

74 Sed malim accipere de ea, * quae gratia et auctoritate floret: quo sensu *potens* saepe iungitur cum *locuples* vel *dives*. Phaedr. III. 5. 6. *venit ecce dives et potens*, ubi vide Burmannum. Seneca Contr. V. 30. pag. 358. *Potens iste, et gratiosus, et, quod ne ipse quidem negat, dives fuit.* [Cf. ipsum Ruhnk. ad Terent. Adelph. IV. 3. 16. Fr.] Porro elegans est loquendi modus, *in amore atque deliciis esse.* Cicero Verr. IV. 1. *ab ea civitate, quae tibi una in amore, atque in deliciis fuit.* ad Att. VI. 1. *Dionysius mihi quidem in amoribus est.* ubi vide Victorium. Liv. I. 39. *et puerum, ut in domo a parvo eductum, in caritate atque honore fuisse.* Gellius XVI. 19. *in quaestibus istic, et voluptatibus amoribusque omnium fuit.*

magnus ancillarum, quae sequebantur, comitatus appellabatur. Exhibemus lectionem MS. Laurent. A. Edd. Rhen. et Aldinae, quam Steph. Gryph. et Levan. expresserunt. MS. Laurent. B. et Ed. Veneta, *magnus ancillarum, quo sequebantur, comitatus appellabatur.* Pithoeus ex coniectura edidit: *manus ancillarum, quae* etc. Sed aliquis vulnus est, nec tam levi manu tractandum. Io. Wowerius ad Petron. cap. 17. eiecto verbo *appellabatur*, legit: *magnus ancillarum, quae sequebantur, comitatus.* Recte quidem vidit, inutile esse *appellabatur.* Sed in hac coniectura nulla ratio reddi potest, unde illud verbum venerit, cui interpretando sit adscriptum. Praeterea non minus supervacua sunt, non minus frigent verba, *quae sequebantur.* His omnibus diligenter consideratis, locum ita et emendandum, et turpi glossemate liberandum puto: *manus ancillarum sequebantur.* Primum aliquis ad *manus ancillarum* adscripsit interpretamentum, *comitatus appellabatur.* Quod cum in textum migrasset, alius, ut cum reliquis melius coiret, *quae* ante *sequebantur* inferit. *Manus* et collectivum nomen, hoc iungitur cum verbo plurali. Sil. Ital. XIV. 645.

* *seniorque manus parili ore fremebant.*

Saepe autem *manus* dicitur de

tur, comitatus appellabatur. Nunc contra subitò et gravi casu afflicta, vix mediocris ancillulae dignitatem retinet. O fortuna, quam vehementer te rerum varietas oblectat, et quam magno odio est tibi beatae vitae perpetuus et constans fructus! Alterum genus est, id quod demonstrare instituimus, cum ad aliam rem et actionem atque orationem nostram revocamus. DEMOSTHENIS: *Sed nimirum inopinatus incidi in caussam temporis huius alienam, de qua posterius huic dicendum.*

turba comitum et famulorum Virgil. Aen. XI. 34.

Circum omnis famulumque manus, Troianaque turba,

Seneca Hippol. 725.

fide famulorum manus, Fer opem.

Stat. Silv. V. 3. 262.

comitum manus anxia vidit.

De matronarum comitatu vide Wowerium ad Petron. l. c. Priscianum ad Apulei. Met. II. pag. 65. et Schwarzium ad Plin. Paneg. 83. [L. *appellebatur*. Tour. Sed quid ea coniectura iuvetur Rutilius, ego quidem fateor me parum perspicere. Fa.]

O fortuna, quam vehementer te rerum varietas oblectat. Sic etiam Pamphilus exclamat apud Terent. Heeyr. III. 3. 46. ex certissima emendatione Bentleii: *O fortuna, ut nunquam perpetua datur.* Cicero de N. D. II. 16. *Fortuna, quae amica varietati constantiam respuit.* Vide Davisium ad II. 21. Rutilii locum laudat Elmenhorst. ad Apulei. de Mundo pag. 66. sed memoriae lapsu Fortunatiano tribuit.

et quam magno odio est tibi beatae vitae etc. De invidia Deorum, maxime Nemesis et Fortunae, nota omnis. Vide elegantem hac de re I. M. Gesneri disputatiunculam Opusc. Tom. III. pag. 336.

Alterum genus est, id quod demonstrare instituimus etc. Restituimus, licet corruptam, scripturam Exc. Grotiov. et Edit. Rhen. cum quibus consentiunt Edd. Venet. et Aldin. nisi quod est post genus omittunt, et in fine voces sic transponunt, *et orationem atque actionem nostram.* Deterior est lectio MSS. Laurent. A. B. *Alterum genus id quod demonstrare instituimus, cum aliam rem et orationem atque actionem nostram revocamus.* R. * Stephanus, coniecturam se- 76
cutus, sic dedit: *Alterum genus est, cum ad id, quod demonstrare instituimus, ab alia re et actionem et orationem nostram revocamus.* quod deinceps omnes Editores admiserunt. Nec dubitem, Rutilium ita scripsisse.

DEMOSTHENIS. De Coron. pag. 484. [pag. 240. Rsk. 213, 42. Bekker.] *Ἀλλὰ γὰρ ἐμπέπτωκα εἰς λόγους, οὓς αὐτίκα μᾶλλον ἀρμόσει λέγειν ἴσως. ἐπάνειμι δὴ πάλιν ἐπὶ τὰς ἀποδείξεις.* ubi bene observat Io. Taylorus, Rutilium secutum esse lectionem, quam in libris suis invenisset Hermogenes: *Ἀλλὰ γὰρ ἐμπέπτωκα εἰς λόγους, οὓς αὐτίκα μάλα ὕστερον ἁρμόσει λέγειν.*

de qua posterius huic dicen-

Digitized by Google

Quapropter ad illud, quod paulo prius agendum, revertor.

II. Allorosis. In hoc schemate divisio et separatio est personarum, aut rerum, et demonstratio, quantum intersit. Hypesiar: *Diversa studia adolescentium animum adverteramus, tametsi fratres erant, uno atque eodem sanguine orti. Alter*

tum, ita MSS. et Editiones antiquae. At R. Stephanus, cum vocem *huic* non caperet, ad suum arbitrium et libidinem textu eiecit. Scilbundus: *de qua posterius hic dicendum. Hic et huic* libri etiam in libris scriptis commutantur, ut in Plin. Paneg. 81.

§ 2. Allorosis. Ex Rutilio citat Quinctilian. IX. 3. pag. 456. [§. 92.]

In hoc schemate divisio et separatio est etc. Redutimus lectionem MSS. Laurent. A. B. Editt. Venet. et Aldinae, quae etiam in Pithoeana exhibetur. Corrupte Ed. Rhenan. *In hoc schemate divisio et separatio est, personarum autem et rerum demonstratio, quantum intersit.* quam scripturam ita correxit R. Stephanus: *In hoc schemate divisio et separatio est personarum, aut etiam rerum demonstratio, quantum intersit.* Quae correctio, ut Codicis lectio, ex Stephaniana defluxit in Gryph. et Levan.

77 * *animum adverteramus.* F. *animadverteramus.* Gesner.

Diversa studia adolescentium animum adverteramus. Edit. Aldin. *animum adventamus.* Gryphius deserto, quem ubique sequi solet, Stephano, edidit *animadverteramus.* Sed infelicissimam crisin exercuit Caussinus pag. 379. cuius haec est lectio: *Diversa studia in adolescentium aetatis adverteramus.* Hanc a Gryphio et Caussino mutata esse, non magnopere miror. Genuinum miror, qui, cum ipse in Thes. L. L. v. *Adverto*, docuisset, *animadverto* et *animum adverto* promiscue dici, tamen vulgatam lectionem mutandam putarit. Nisi forte summa in his literis auctoritas R. Bentleii ad Cicero. Disp. Tusc. V. 23. ipsi persuasit, *animum advertere* absolute quidem dici, ut Grammatici loquuntur, non transitive. Sed hanc opinionem tum hic Rutilii locus, tum alii aliorum, quos Davisius ad Cicer. l. c. laudat, funditus evertunt. Sallust. Iug. 93. *animum advortit inter saxa repentes cochleas.* Cicero de Invent. II. 51. *naufragum quendam natantem, et manus ad se tendentem animum adverterunt* ut e MSS. legendum docet Cl. Oudendorpius.

Alter in studio laudis versabatur. Io. Pricaeus ad Apulei. Apolog. pag. 208. legit: *Alter in studio laudis versabatur.* Verissime. *Stadium, spatium, curriculum* sexcenties ad talem exercitationem traducuntur. Cicero Brut. 64. [§. 230. ubi cf. Ellendt.] *me adolescentem nactus, multos annos in stadio eiusdem laudis exercuit.* Auctor ad Herenn. III. 6. *quoniam in eodem virtutis stadio eint.* quibus locis ante Lambinum pari errore *studio* legebatur. Vide, ut alios taceam,

in stadio laudis versabatur, et industria virtutis viam gloriosam, sed laboriosam sequebatur: alter in augendis pecuniis occupatus, et habendi cupiditate depravatus, summas divitias summam virtutem existimabat. Hic vitiorum magis erat laboriosus, qui laborem vendendi, non utendi

Brouhus. ad Propert. III. 20. 25.

78 *Et industria virtutis vitam gloriosam, sed laboriosam sequebatur.* Haec in Editionibus diversis modis interpunguntur. Sed gravius laborant, quam ut interpunctione levari possint. Legendum: *et industriae virtutisque viam gloriosam sed laboriosam sequebatur.* Primum *industria et virtus* frequenter iunguntur, tanquam a Cicerone Verr. V. 71. Phil. XIII. 11. Livio XXXVIII. 23. Gellio IX. 6. Tum facilis et certa est emendatio *viam* pro *vitam.* Sallust. Iug. 1. *qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur.* ubi vide Cortium. Atilius Fortunatian. in Corpor. Putsch. pag. 2685. *tamen arbitror ab illa virtutum via aliquando flectendum.* Denique his verbis alluditur ad notissimum locum Hesiodi Ἔργ. 291. Lactant. Div. Inst. VI. 3. *Et quidem philosophi alteram* (viam) *virtutum esse voluerunt, alteram vitiorum; eamque, quae sit designata virtutibus, primo aliquo esse et arduam et confragosam; in qua si quis, difficultate superata, in summum vias ascendit, habere tum de cetero planum iter, lucidum amoenumque campum; et omnium laborum suorum capere fructus uberes et iucundos.*

habendi cupiditate. Ovid. Fast. I. 195.

Tempore crevit amor, qui mores et sumimus, habendi.

Phaedrus prol. lib. III. 21.

Cumque habendi penitus corde eraserim.

Utroque loco vide Burmannum, qui Rutilii locum non praetermisit.

condendi. *Condere* proprium hac in re verbum. Cicero pro Cluent. 26. *qui illi pecuniae quam condiderat, spe iam atque animo inculcaret.* Agrar. II. 26. *ut liceat illi invidiam deponere, pecuniam condere.* Virgil. Georg. II. 507.

79 *Condit opes alius, defossaque incubat auro.*

Virgilium imitatur Petron. cap. 104.

Condit avarus opes, defossumque invenit aurum.

item Salvian. adv. avarit. p. pag. 192. *condentes profundis specubus informes opes, primae pecuniae suae ac spem ipsa dientes.* Vide Ritterhus. ad Auctor. Quaesti pag. 15. Haec ita ita emenda ex potissimum de causa congessimus, ut locum Statii, quem viri eruditissimi velut depravatum corrigere conantur, a corruptelae suspicione vindicaremus. Silv. II. 3. 70.

Idem auri facilis contemtor, et optimus idem
Condere divitias, opibusque immittere lucem.

Condere cum hoc loco ineptissimum videretur Gronovio Diatrib. Stat. cap. 27. pag. 169. reponebat lectionem, quam libri quidam antiqui habent, *Comere divitias.* Gronovianam rationem re-

Digitized by Google

cautissa suscipiebat. Item Hyperidis: *Non enim simile est vivere in aequa civitate, ubi ius legibus valeat, et devenire sub unius tyranni imperium, ubi singularis libido dominetur. Sed necesse est, aut legibus fretum, meminisse libertatis, aut unius potestati traditum, quotidianam commentare servitutem.*

quitur praestantissimus Marklandus. Ego vero exemplum idonei scriptoris, qui *comere divitias* dixerit, quaero. Nam quae afferuntur, aliena sunt omnia. Nisi forte huc referendum putas illud Ciceronis Parad. VI. 3. [§. 51.] *contentum vero suis rebus esse, maximae sunt comptissimaeque divitiae.* Sic legit Codex Car. Langii, cum omnes libri constanter habeant: *certissimaeque divitiae.* [qua lectione nihil esse aptius iudicat Gernhardus. Recte. Fr.] Eam lectionem Gronovius arripit, explicatque, *splendidissimae, nitidissimae divitiae.* Verum Ciceronis menti *certissimae divitiae* conveniunt, *splendidissimae* nullo modo. Nihil igitur praesidii in hoc loco; in quo si quid mutandum est propter magnam, quae merito Codici Langiano tribuitur, auctoritatem, ex eius vestigiis scripserim: *contentum vero suis rebus esse, maximae sunt copiosissimaeque divitiae.* Statius autem, ut eo redeam, diligentem patremfamilias describit, qui in tempore et claudat rem familiarem, et reseret. Seneca de Vit. Beat. 22. *in divitiis, et temperantia, et liberalitas, et diligentia, et dispositio, et magnificentia, campum habeat patentem.* quem locum Lipsius cum Statiano apposite comparavit.

80 *ubi ius legibus valeat.* MSS. Laurent. A. B. Edd. Venet. et Rhenan. *ubi ius legibus vallat.* ex quo R. Stephanus fecit: *ubi ius legibus vallatur.* Nec illa coniectura aberrat. Cicero de Harusp. resp. 16. *Sic enim sentio, ius legatorum cum hominum praesidio munitum sit, tum etiam divino iure esse vallatum.* Sed verissimam lectionem praebent Exc. Gronov. et Edit. Aldina, quam Pithoeus expressit: *ubi ius legibus valeat.* Simillimus locus Sallustii Catil. 9. *ius bonumque apud eos non legibus magis, quam natura valebat.* Subiunctivum *valeat* etiam postulat sequens *dominetur.* Ius est iustitia, ut mittes. Ceterum non poenitebit hunc Hyperidis locum contulisse cum Euripide Suppl. 429. et seqq.

singularis libido. Exquisita dicitur pro unius libidine. Nepos Dion. 9. *quam invisa sit singularis potentia.* de Regib. 2. *nullius rei denique cupidus, nisi singularis perpetuique imperii.*

dominetur. R. Stephanus, ut modus convenisset lectioni, quam recepperat, *vallatur*, edidit *dominatur.* Quod non solum Gryph. et Loven. sed etiam Pithoeus, quamvis veram lectionem *valeat* expressisset, retinuerunt.

quotidianam commentare servitutem. Diximus ad I. 2. nobis legendum videri: *quotidiane commentare servitutem.*

commentare. Hanc formam exhibent MSS. et Edd. vetustae, quam R. Stephanus in vulgarem

III. Dicaeologia. Hoc fieri solet, cum aequitatem caussae quam maxime brevi sententia complectimur. Id est huiusmodi: *Quod si me reprehendis, cum homo adolescens tapsus sim, vehementer erras, quicquid naturae valeat, et in uno arbitraris vindicanda, acerbusque iniquus es, quicquid aequaliter ab omnibus putes ignoscendum, uni imputans.* Item Lysiae: *Nam ego huic, Iudices, quicquid ad superius tempus attinet, nihil succenseo: nihil enim deliquisse cognovi. Sed in hoc novissimo facto cum plenum malitiae perfidiaeque invenirem, merito reprehendere atque odisse coepi. Quaeritis fortasse, quid acciderit*

commentari mutavit. Sed commentare non caret auctoritate. Plaut. Menaech. V. 7. 30. *Nimis autem bene ora commentavi.* Paulin. Natal. XI. 131. Tom. I. Anecd. Murator.

Ista quidem mulier, sicuti commentat Hyginus.

[Cf. Priscian. VIII. 5. §. 25. Tom. I. pag. 377. ed. Krehl.
81 Fr.] * *Commentari servitutem est* meditari, cogitare, quo ratione servitutem feras. Cicero Tusc. Disp. III. 16. *nihil est enim, quod tam obtundat elevetque aegritudinem, —— quam commentatio parendi.* Ibidem 14. ex Euripide: *Futuras mecum commentabor miserias.* ad Div. IV. 6. *ut enim commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus.* Similiter Terent. Phorm. II. 1. 12. *Meditari secum oportet, quo pacto adversam aerumnam ferant.*

§. 3. Dicaeologia. Ex Rutilio hanc figuram laudat Quinctilian. IX. 3. pag. 457. [§. 99.] Vocem *schema*, a Stephano intrusam, eiecimus.

quidquid naturae valeat etc. Revocavimus scripturam MS. Laurent. B. Edd. Venet. Rhenan. et Aldin. cum quibus consentit MS. Laurent. A. nisi quod verbum *putes* omittit. Quae scriptura quo foedius depravata est, eo plus sibi in illam licere putavit R. Stephanus, cuius haec est lectio, ad omnes deinceps Editiones propagata: *qui, quid natura valeat, ignoras: acerbusque et iniquus es, qui, quod aequaliter omnibus putes ignoscendum, uni imputas et in uno arbitraris vindicandum.* Vir doctus in marg. Ed. Rhen. locum ita sanare tentat: *Quod namque naturae probatur, in me uno putas vindicandum; acerbus et iniquus es, quod quicquid aequaliter ab omnibus tibi putes ignoscendum, mihi uni imputas.* Ego, verbo *valeat* excepto, cetera proxime ad Codicum vestigia sic restituo: *qui, quod naturae placet, in iuvene arbitraris vindicandum, acerbusque et iniquus es, qui,*
82 * *quod aequaliter omnibus putes ignoscendum, uni imputas.* Placet scripsi, non quod verum putem, sed quod talis ferme sensus desiderari videatur. Reliquorum emendatio satis certa.

Digitized by Google

causae, quamobrem tandem et laudem, et vituperem? Quod idem commutata voluntate non est, qui fuerat, neque idem nunc de se putare debet, quod prius consuerat, cum sine noxa se gerebat. Non arbitratus es igitur, rursum eum reversurum officio, atque amicum tibi futurum? Quomodo? quem sciam tantum fecisse in me admisisse, ut in reliquum tempus

et vituperem. MS. Laur. B. et Ed. Veneta, quae ex illo Codice fluxisse videtur, *et vituperationem.*

arbitratus es. Edd. Venet. et Rhenan. *arbitratus est.*

reversurum officio. Hanc scripturam constanter exhibent MSS. et Editiones antiquae: R. Stephanus audacia solita edidit: *reversurum ad officium*, quod Editores, qui eum sequi solent, receperunt. Ego hanc loquendi formam, cuius nullum exemplum me reperire memini, inter Rutilii singularia retulerim. [De h. l. Cl. Kochius ad me perscripsit haec: „Ruhnkenius Codd. lectionem iure intactam reliquit: nam „quod scriptores Graeci fecerunt, „ut verbis motum significantibus, veluti πορεύεσθαι, ἀφικνεῖσθαι, ἔρχεσθαι, ἄγειν, non „ubique praepositionem aliquam, „qualis est πρὸς et simil., adderent, sed simplicem aliquando Dativum ponerent, idem „in linguam Romanam transiisse nemo nescit. De Graecis cf. „Thucyd. I. 13. 92. Et notissimum illud Horatii Sat. II. 5. „47. *Si quis casus puerum egerit Orco*, ubi conferendus Heindorfius. Vid. etiam Ramshorn. „Gr. Lat. §. 124. 2.“ Horatius Carm. I. 29. 10.

Quis neget arduis
Pronos relabi posse rivos
Montibus, et Tiberim reverti?

ubi vid. Mitscherlich. Cf. infra ad §. 20. adn. 2. Fr.]

quem sciam. MS. Laurent. B. Exc. Gronov. Edd. Ven. et Ald. *quemnam.*

facinus in me admisisse. R. Stephanus, eumque imitati Gryph. Levan. Pithoeus * edidernnt: *facinus in se admisisse.* Sane eleganter dicitur *facinus in se admittere* pro *facinus committere.* Terent. Adelph. IV. 5. 48. *me hoc delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet.* Cicero pro Cluent. III. *Quid inquam delitus in se admisit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur?* Auctor ad Herenn. II. 22. *avaritia inducti adversarii nostri, hoc in se facinus admiserunt.* Sed hic sensus postulat, *facinus in me admisisse*; idque veterum librorum fides confirmat.

in reliquum tempus. Rectius praepositionem *in* ex Edit. Rhenan. quam reliqui libri vetusti omittunt. Cicero Agrar. I. 4. *Deinde etiam in reliquum tempus diligentissime sancit.* Caesar de B. G. I. 20. *monet, ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitet.* ubi similiter praepositio deest in nonnullis libris. Liv. XXIII. 20. *consulere sibimet posse in reliquum prudentes fortuna iniserunt.* ubi vide Interpretes.

Digitized by Google

neque beneficio locum, neque benevolentiae spem relinqueret.

IV. Praeoccupatio. Hoc est, cum id quod aut in adversarii caussa, aut in iudicis opinione esse aut fore arbitramur contrarium nobis, praeoccupamus dicere, et cum ratione dissolvere. Demosthenes: *Atqui ego illum, Iudices, arbitror Lycurgum laudatorem producturum, scilicet qui sit testis eius pudori ac probitati. Sed ego Lycurgum, vobis praesentibus, hoc unum interrogabo, velitne se similem esse illius factis et moribus? Quod si negarit, satis factum vobis esse de veritate nostra debebit.* Lysias: *Hac oratione sed*

neque beneficio locum — *relinqueret.* Edit. Rhenian. *officio.* Quae voces alibi etiam permutantur, tanquam apud Cicerone Verr. I. 13. *verum tamen ornabat eum beneficiis, officiisque omnibus;* ubi *officiis* ex varianti lectione, non ex glossa, ut Hotomannus putabat, in contextum irrepsit. Priscianus ad Apulei. Apolog. pag. 215. pro *beneficio* legit *beneficii.* Ego vero, si libri secundum eaedem haberent, tertium reponere non dubitarem. Liv. II. 3. *esse gratiae locum, esse beneficio.* Hanc dativi usum tot exemplis illustravere Grotius et Drakenborch. ad Liv. III. 46. Dukerus ad eundem III. 50. ut plura cumulare sit otio abuti.

§. 4. Paralepsis. Hoc etiam schema ex Rutilio citat Quinctilian. IX. 3. pag. 457. [§. 99.]

* *praeoccupamus dicere.* Liv. IX. 30. *Legem de multarum aestimationes pergratam populo, quam ab tribunis paravi consules unus ex collegio proditione excepissent, ipse praeoccupaverunt fore.* XXI. 59. *Occupavit tamen Sapio Baduae transire,* ubi plurima exempla, in quibus *occupare* cum infinitivo iungitur, congessit Drakenborchius.

Atqui. Sic Ed. Rhen. Reliqui veteres *Atque.* [Frequens horum verborum in libris confusio est. Vid. adn. ad Quinctil. X. 3. 22. et Ochener. ad Ciceronis Eclogas pag. 131. ed. 3. Fr.]

Lycurgum laudatorem producturum. Non potuit Demosthenes iucundius Lycurgo vitae integre sanctaque actae testimonium perhibere; quod ex deperdita oratione laudatam esse, monet Cl. Taylorus in vita Lycurgi pag. 9. Suspicor autem, Strutechem esse, qui Lycurgum laudatorem produxerit. Vide quae disputavimus ad I. 9. pag. 32.

qui sit. Sic scripsi cum R. Stephano. Veteres libri, *quis sit.*

similem esse illius factis et moribus. Corn. Nepos Chabr. 3. extr. *Dissimilis quidem Chares horum et factis et moribus.* ubi vid. Daehnii nostri adnot. (pag. 173. ed. Helmst.) et ad Ciceronis Eclogas pag. 188. ed. 3. Ochener. Fr.]

de veritate nostra. Hoc est,

pius apud me utebatur, et orabat, ut suarum aerumnarum misereer, inopiae subvenirem. Quid multa? commotus humanitus precibus, deprecanti, quod petebat, dedi, solus soli, quo minus nota calamitas hominis esset. Sed, ut paratus venisse

aequitate, ut bene explicat Barthius ad Claudian. IV. Cons. Honor. 511. Ita §. 8. huius libri: *hi veritatem sequantur.* Haec vocis potestas a multis illustrata est, e quibus satis fuerit laudasse Lambinum ad Cicero. pro Dom. 8. Gronov. Diatrib. Stat. 61. pag. 391. Vavassor. de vi et usu verb. pag. 147. Broukhus. ad Propert. III. 13. 11. et Interpretes ad Liv. II. 48. [Add. Heinrich. ad Cic. or. pro Scauro pag. 34. Fb.]

85 * *inopiae subvenirem.* R. Stephanus, inserta copula contra libros, edidit: *inopiae subvenirem.*

commotus humanitus precibus. MSS. Laurent. A. B. Ed. Venet. *commotus humanitatis precibus.* sed in MSS. secunda manus correxit *humanitate.* Exc. Gronov. et Edit. Aldina, quam Pithoeus sequitur: *commotus humanis precibus.* R. Stephanus ex ingenio dedit: *commotus humaniter precibus.* quod Gryph. et Lovan. tenuerunt. Omnium proxime ad verum accedit lectio Edit. Rhenan. *commotus humanitis precibus.* e qua, una litera mutata, fecimus: *commotus humanitus precibus. Humanitus* est, ut humanitatis ratio postulat, clementer, cum misericordia. Terent. Heautont. I. 1. 47. *coepi non humanitus, Neque ut animum decuit aegrotum adolescentuli, Tractare.* ubi vide doctissimum Rivium.

deprecanti, quod petebat, dedi. Haec est scriptura MS. Laurent. A. a prima manu, et Edit. Rhen. quam Stephanus secutus est. Reliqui libri *deprecantis*, ut cum *precibus* iungatur. Male.

solus soli. Seneca de Benef. II. 19. *Beneficia, quae succurrunt infirmitati, egestati, ignominiae, tacite danda sunt, ut nota sint solis, quibus prosunt.*

quo minus nota calamitas hominis esset. Ita MSS. Laurent. A. B. Exc. Gronov. Edd. Venet. et Aldina, cuius auctoritatem secutus est Pithoeus. Nec quicquam verius hac lectione. Edit. Rhenan. mendose: *communis nota calamitas hominis esset.* Ex qua scriptura R. Stephanus infeliciter fecit: *cum omnibus nota calamitas hominis esset.* Quod cum Editor Lovaniensis absurdum esse sensisset, Stephanianam coniecturam hoc modo correxit: *cum omnibus ignota calamitas hominis esset.* Sic error erroram parere solet.

* *Sed, ut paratus venisse videbatur.* Exhibemus scripturam MSS. Laurent. A. B. Exc. Gronov. Edd. Venet. et Aldin. quam Pithoeus etiam expressit, quamvis aliud Pithoeanae exemplum pro *videbatur* habeat *videatur.* Vitiose Edit. Rhen. *Sed imparatus venisse videbatur;* cuius scripturam sic immutavit R. Stephanus: *Sed imparatus venisse videbitur.* Sine dubio legendum: *Sed, ut paratus venisse videtur, iam se negabit* etc. *Ut* ponitur pro *prout.* Exempla habet Bentleius ad Terent. Eunuch. V. 8. 44. *Paratus venire* ex formula dicitur, qui dolis et fraudibus 86

videbatur, iam se negabit accepisse, et flens vobis supplicabit, ut se a calumniatoribus eripiatis. Vos autem cum se agentem videritis, facitote, ut et illius et mei memineritis.

V. Orismos. Hoc fit, cum definimus aliquam rem nostrae caussae ad utilitatem, neque tamen contra communem opinionem. Id est huius-

instructus venit. Terent. Andr. V. 4. 6. *Itane huc paratus advenis?* Cic. pro Ligar. 1. *Paratus enim veneram, cum tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer.* Verr. II. 15. *paratus ad hanc dicam sortiendam venerat.* Aeque eleganter aliquis *meditatus venire* dicitur. Terent. Andr. II. 4. 3. *Venit meditatus alicunde, ex solo loco.* Utrumque coniungit Cicero pro Quinct. 11. *cum paratus, meditatusque venisses.* [Cl. Kochius confert Cic. de Legg. I. 4. §. 12. *ad quam ego nunquam nisi paratus et meditatus accedo.* et Buenemann. ad Lactant. Inst. Div. I. 5. §. 9. pag. 30. adn. x). Fr.]

negabit. MSS. Laur. A. B. a prima manu, et Ed. Rhen. *negavit.*

cum se agentem videritis. Legendum, *cum sic agentem videritis*, ut R. Stephanus ex coniectura dedit, et ex eo habent Gryph. Lovan. Pithoeus; vel potius, *cum sic se agentem videritis. Agere se* pro *gerere se* non optimae aetatis locutio videtur viro doctissimo ad Sueton. Claud. 25. Sed idoneos etiam scriptores, praeter Suetonium, hanc formam usurpasse, multis exemplis intelligitur. Sallust. Iug. 56. *Tanta mobilitate sese Numidae agunt.* ubi Io. Rivius etiam praeferebat *gerunt*, quod est in deterioribus quibusdam Codd. Sed *agunt* iure tenet Cortius ex melioribus. Gratius, * aureae aetatis poëta, Cy- 87
neg. 103.

haud illo quisquam se iustior egit.

Valer. Max. IV. 1. 6. *pene tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum egerat in emerendis.* ubi Torrenius per nimiam socordiam neglexit consulere summum Gronovium, hanc formam Observ. IV. 14. Valerio erudite vindicantem. Seneca de Benef. II. 20. *Mihi enim, cum vir magnus fuerit in aliis, in hac re videtur vehementer errasse, nec ex institutione Stoica se egisse.* quod recte contra Muretum et Gruterum tuentur Lipsius et Gronovius. Tacit. Hist. III. 2. *quanto ferocius ante se egerint.* Ex inferioris aetatis scriptoribus haec exempla sufficiant. Ulpianus L. 1. §. 9. D. de Offic. Praef. Urb. *ut nummularii probe se agant circa omne negotium suum.* Eutrop. IV. 9. *negligenter se et avare agentes.* Sulpic. Sever. Ep. I. pag. 547. *Sed agant se, ut volunt.* [Vide Heindorf. ad Horat. Sat. II. 6. 111. Fr.]

§. 5. Orismos. Ita sine adspiratione veteres libri. Hoc schema esse puto, quod Quinctilian. IX. 3. pag. 456. [§. 91. ubi vide Spalding. Fr.] ex Rutilio *circumscriptionis* nomine laudat. Adde Vossium Inst. Orat. V. 13. pag. 275.

Digitized by Google

m[illegible] *Nam virtutis labor, vera voluptatis exercitatio est.* Sed fieri solet hoc schema nonnunquam ratione supposita, et tum denique magis illustratur, ita ut fecit dives avarus: *In villa aedem*

vera voluptatis exercitatio est. Ed. Rhen. *exercitio*, qua voce prisci Latini usi sunt, et post ICti. Vide Festum, et Brissonium de V. S. Sed talia non temere scriptoribus obtrudenda. Vir doctus in marg. Ed. Rhen. pro *vera* scribit *verae*, ut Barthius Advers. XXXIII. 11. memoriter citat: *Virtutis labor verae virtutis exercitium est.* Frustra. Xenophon Cyrop. I. pag. 5. D. [cap. 2. §. 10.] *ὅτι ἀληθεστάτη δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι.*

et tum denique. Copulam *et* R. Stephanus, eiusque exemplo alii temere eiecerunt.

88 **dives avarus.* An hoc declamationis nobilis nomen? Caeterum corruptus, certe abruptus nimis mihi hic locus videtur. Gesner.

ita ut fecit dives avarus. Vides ulcus teterrimum, ad quod sanandum R. Stephanus homines eruditos stellula apposita invitavit. Nos illud nec urendo, nec secando, sed blanda medicina adhibenda ita curamus: *ita ut fecit* Dinarchus. Dinarchi nomen, leviter in Diarchi corruptum, I. 14. restituimus. Nec ullum nobis dubium est, quin II. 20. Dinarchi legendum sit, ubi vulgatur Timarchi. Nam Timarchus orator ne fando quidem auditus. At in oratorum numerum refertur a Io. Tayloro V. C. ad Aeschin. contra Timarch. pag. 84. Videamus, quibus argumentis nitatur. Primum laudat Rutilii locum. Sed in hoc, post emendationem nostram, nihil praesidii. Deinde affert hoc Longini fragmentum: *Κορωνὶς δ' ἔστω λόγου παντὸς καὶ φρονήματος Ἑλληνικοῦ Δημοσθένης, Λυσίας, Αἰσχίνης, Ἀριστείδης, Ἰσαῖος, Τίμαρχος, Ἰσοκράτης, Δημοσθένης ὁ κρίθινος, Ξενοφῶν, πρὸς τούτοις Παῦλος ὁ Ταρσεύς; ὃν τινα καὶ πρώτον φημι προϊστάμενον δόγματος ἀναποδείκτου.* Enimvero male sit librariis, qui virum eruditissimum tam proterve luserunt. Nam fragmentum illud ita scribendum: *Κορωνὶς δ' ἔστω λόγου παντὸς καὶ φρονήματος Ἑλληνικοῦ Δημοσθένης, Λυσίας, Αἰσχίνης, Ὑπερείδης, Ἰσαῖος, Δείναρχος, Δημοσθένης ὁ κρίθινος, Ἰσοκράτης, Ἀντιφῶν.* *Dinarcho* cognomen fuit *Δημοσθένης ὁ κρίθινος.* Hermogenes de Form. orat. II. pag. 495. *ὥστ' ἤδη τινὲς, καὶ προσπαίζοντες, Δείναρχον οὐκ ἀχαρίτως κρίθινον Δημοσθένην εἰρήκασι.* ubi vide Scholiastem. Eundem etiam *ἄγροικον Δημοσθένην* vocatum esse, tradit Dionysius Halic. in Dinarch. pag. 115. Graecorum imitatione M. Coelius apud Sueton. de Rhetor. 2. *L. Plotium, subtracto nomine, ordearium rhetorem appellavit, deridens, ut inflatum, ac levem, et sordidum.* ubi adeundus Is. Casaubonus. Pauli mentio ab hominis Christiani fraude accessit, ut bene iudicat Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV. pag. 445. Sed, ut ad Rutilium redeamus, illi hac quoque ratione * succurri posse videtur: *ita ut fecit* Dinarchus: *Dives avarus in villa aedem fecit Fortunae.* De *divite avaro* agi, satis liquet. At potuit nomen *Dinarchus* similitudi- 89

fecit Fortunae. Crimen arguitur temeritate illius, quae tam locupletes copias dederit ei, qui odisset uti.

VI. Prosopopoeia. Hoc fit, cum personas in rebus constituimus, quae sine personis sunt, aut eorum hominum, qui fuerunt, tanquam vivorum et praesentium actionem, sermonemve deformamus. Id

ne literarum, quae est in *dives avarus*, facile absorberi. Sed prior ratio praeferenda videtur.

In villa aedem fecit Fortunae. Sola Editio Pithoeana *feci* pro *fecit*. Mutilum hoc fragmentum videtur, nec nisi meliorum Codicum ope redintegrandum.

Crimen arguitur temeritate illius. Suspicio mihi oborta est, legendum esse: *Crimen augetur temeritate illius.* Sed praestat, manum a mutilis et obscuris abstinere. *Temeritatem Fortunae* etiam Cicero tribuit Parad. II. pag. 552. [§. 17.] *ut eo statu essem, quem neque fortunae temeritas, neque inimicorum labefactaret iniuria.* de Amicit. 6. *posita non tam in nostris consiliis, quam in fortunae temeritate.*

quae tam locupletes copias dederit ei, qui odisset uti. Haec est scriptura Exc. Gronov. et Edit. Aldinae, quam Caussinus etiam pag. 398. expressit. Reliqui veteres male, *locupletis copias.* Auctor ad Herenn. IV. 33. *Ostentas mihi divitias, et locupletes copias iactas.* Ibid. 47. *si quis in excelso loco, et in magnis ac locupletibus copiis collocatus.* Salvian. adv. Avarit. III. pag. 227. *Ampla ac locuples facultas perditionem inferre dicitur.* Idem meadum est in Varrone apud Non. Marcell. pag. 67. *Quibus erant pecuniae satis locupletis, assiduos; contrarios, proletarios.* Scribe *locupletes.*

§. 6. *cum personas in rebus constituimus, quae sine personis sunt.* Inepte R. Stephanus edidit: *cum personas iis rebus constituimus, quae sine personis sunt.* quam lectionem Gryph. et Lovan. servarunt.

* *qui fuerunt.* i. e. *mortui sunt* 90
vel *vixerunt* etc. Gesner. Plaut. Captiv. III. 3. 1. *Nunc illud est, cum me fuisse, quam esse, nimio mavelim.* Fr.

actionem, sermonemve. Ita ex MSS. Laur. A. B. et Ed. Aldin. scripsimus. Exc. Gronov. *actionem sermonemque.* Ed. Venet. *actionem sermonem.* Ed. Rhenan. *actionem ac sermonem.*

actionem, sermonemve deformamus. Deformare interdum dicitur pro simplici *formare.* Sulpic. Sever. Sacr. Hist. I. 18. *Si quis partum non deformatum mulieri excusserit.* ubi nuper vir doctus temere legebat: *Si quis partum nondum formatum mulieri excusserit.* Firmicus Mathes. I. 3. pag. 12. *nondum corporis deformatione completa, in matris visceribus.* Vide Muncker. ad Hygin. Astron. praef. pag. 405. et Interpretes ad Quinctilian. VI. pag. 495. Sed inprimis *deformare* sedem habet in morum et habitus descriptione, vel characterismo, ut non solum hoc loco, sed etiam §. sequ. *orator hoc schemate aut vitia, aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat.* Cicero de Harusp. resp.

Digitized by Google

est huiusmodi: *Nam cum crudelitatis mater est avaritia, et pater furor. Haec facinori coniuncta, parit odium: inde item nascitur exitium.* Hoc genere usi sunt poëtae, qui fabulas scripse-

26. *si unum hominem deterrimum poëta praestasti aliquis ingenio, fictis conquisitisque vitiis deformatum, vellet inducere.* quo loco *deformatum* vulgo explicatum *turpatum*. Nobis aptius et accommodatius videtur intelligere *efficatum, descriptum,* χαρακτηρισθέντα. Seneca de Benef. VII. 2. *Hanc voluptatem percipit hic, quem deformamus cum maxime.* Rufinianus etiam de Schemat. pag. 52. prosopopoeiam vocat *deformationem*, Aquila Roman. pag. 18. diatyposin. Vide Barthium Advers. LV. 1. et Graevium ad Cicer. pro Caecin. 5. qui tamen male huc trahit locum de Harusp. resp. 24. *in qua Pompeium oratio, an potius deformat?* ubi est *foedat, maculat.* [Cf. de hoc verbo Spald. ad Quinctil. V. 11. 30. et Matth. ad Cic. or. pro Sulla §. 73. Fr.]

Nam cum crudelitatis mater est avaritia etc. Obscurus et vitiatus locus, cui, si qua potero, et lumen afferam, et medicinam. Veterum librorum scriptura haec
91 * est: *Nam cum crudelitatis mater est avaritia, est pater furor. Huic facinori coniuncta, parit odium, inde item nascitur exitium.* Sola Exc. Gronov. et Edit. Aldin. *et pater furor.* Adulterina R. Stephani scriptura, quae recentiores Editiones omnes inquinavit, sic habet: *Nam cum crudelitatis mater est avaritia, tum pater furor. Ea huic facinori coniuncta, parit odium, inde item nascitur exitium.* Nos ita legendum coniecimus: *Nam crudelitatis mater est avaritia, et pater furor. Haec facinori coniuncta, parit odium: inde autem nascitur exitium.* Triplex est progenies. Avaritia et furor procreant crudelitatem: crudelitas et facinus, odium: odium, exitium. Coniunctio *cum*, forte nata ex sequenti syllaba *cru*, hic nullum locum habet. Pro *est pater* recte libri, quos diximus, *et pater.* Certissimum vero est *haec* pro *huic*, quod etiam viro docto in marg. Ed. Rhen. in mentem venit. Nam ad *crudelitatem* refertur, quae se, tanquam nuptiarum foedere, *coniunxit facinori. Inde autem* pro *inde item* emendat idem vir doctus, quem modo laudavimus. Simillimus locus Longini *Π. Τ.* 43. pag. 237. ταῦτα νεοττοποιεῖται, καὶ ταχέως γενόμενα περὶ τεκνοποιΐαν — γεννᾶσι καὶ τύφον, καὶ τρυφὴν, οὐ νόθα ἑαυτῶν γεννήματα, ἀλλὰ καὶ πάνυ γνήσια. ubi lac. Tollius Rutilianum fragmentum adscripsit. Priorem fragmenti partem laudat Quinctilian. IX. 3. pag. 455. [§. 89.] quod Interpretum diligentiam fugit: *Etiam in personae fictione accidere quidam idem putaverunt, ut in verbis etiam esset haec figura: Crudelitatis est mater avaritia.*

Hoc genere usi sunt poëtae, qui fabulas scripserunt, in prologis. Credibile est, multos tales prologos fuisse in Graecorum dramatis. Nunc duo tantum supersunt, alter, ex Philemonis Thesauro ductus, in Plauti Trinummo, in quo Luxuria et Inopia, velut personae, producuntur: quo * exemplo Rutilium il- 92
lustrat P. Victorius Var. Lect. XXXVII. 12. alter in Aeschyli

rant, in prologis. Nam humana figura produxerunt personas, quae in veritate artis et voluntatis sunt, non personae. Alterum genus est, ita ut fecit Hyperides, cum de adolescente impudico diceret: *Quid si tandem, Iudices, hanc caussam ageremus? Atque ita divisit muliebrem personam, ut suum cuique opus atque officium distri-*

Prometheo vincto, ubi Κράτος et Βία praefantur, et cum Vulcano colloquuntur. Posterioris exempli indicium debeo Graecarum literarum statori, Valckenario.

in veritate. Veritatem personis vel rebus fictis, simulationi, inani ostentationi, exquisite opponi, multis exemplis demonstrarunt Latinae proprietatis intelligentes iudices, Gronovius Observ. IV. 7. Marklandus ad Stat. Silv. V. 5. 89. et Ernestus Clav. Cic. v. *Veritas.* [Cfr. Ellendt. ad Cic. Brut. cap. 63. §. 226. pag. 163. sq. Fr.] Nos paucula addamus non solum sensu, sed etiam constructione similia loco Rutiliano. Auctor ad Herenn. IV. 22. *Haec tria genera proxima exornationum perraro sumenda sunt, cum in veritate dicemus.* Minuc. Felix 37. *Sic homicidium in vero flagitatis, in mendacio fletis.* Arnob. V. pag. 177. *et meditatur ab ligno pati, quod iam dudum in veritate promiserat.* VI. pag. 196. *potest ut hic flavus sit, qui in veritate habeat oculos caesios.*

Quid si tandem, Iudices, hanc caussam ageremus. R. Stephanus, vel quicunque ipsi vicariam in Editione curanda operam praestitit, acute vidit, de textu elapsa esse verba, *apud ipsam naturam*, quae ille adeo, ne monito quidem lectore, in contextum induxit: *Quid si tandem, Iudices, apud ipsam naturam hanc caussam ageremus?* Quam coniecturam expresserunt Gryph. Lovan. et Pithoeus, nisi quod hic *agerem* contra libros dedit pro *ageremus.* Equidem, an illa ipsa verba, quae Stephanus revocanda coniecit, a librariis omissa sint, nescio. Sed *naturae* mentionem in hoc loco fuisse, sequentia docent. Stephaniana coniectura non deterior est illa viri docti in marg. Ed. Rhen. *Quid si tandem, iudice natura,* * *hanc* 93
caussam ageremus?

Atque ita divisit muliebrem personam. Haec quoque mutila et corrupta. Edd. Venet. et Rhen. *atque.* MSS. et Edd. Aldin. Pith. *atqui.* [Cf. adn. ad §. 4. Fr.] R. Stephanus de coniectura: *ac quae.* Optime vir doctus in marg. Ed. Rhen. corrigit: *quae ita divisit.* ut ad naturam referatur. Quae lectio adeo necessaria est, ut me vix temperarim ab illa textui reddenda. Porro post *divisit* omissa sunt verba *virilem et*, quod et R. Stephanus vidit, quamvis praepostero ordine ediderit, *muliebrem virilemque personam.* Hoc supplementum omnes inde a Stephano Editiones habent. *Dividere personam* locutio est e scena ducta. Horat. de A. P. 316.

Reddere personae scit convenientia cuique.

Digitized by Google

haeret: ego hunc ostenderem, muliebri ritu esse suo corpore abusum: nonne vehementissime admiraretur, si quisquam non gratissimum munus arbitraretur, virum se natum, sed depravato natu-

ego hunc ostenderem. Male R. Stephanus hoc modo interpolavit: *ei ego hunc ostenderem.* quod tamen recentiores Editores admiserunt. Rigaltius ad Phaedr. IV. 14. 1. ita hunc locum citat: *et ego hunc ostenderem.* Sed quam vim *ego* hoc loco habeat, non video. Sine dubio Rutilius scripsit: *et hunc ostenderemus.* quod convenit cum praecedenti *ageremus.*

muliebri ritu esse suo corpore abusum. Prodigiosa est scriptura MSS. et vetustarum Editionum omnium: *tui liberi ritu esse suo corpore ad lusum.* Sed hoc monstrum feliciter procuravit vir
CC doctus, quisquis fuit, a R. Stephano ad Rhetores edendos adhibitus: *muliebri ritu esse suo corpore abusum.* De qua emendatione merito gloriatur Stephanus in praefat. Editionis suae. Nec nos dubitavimus illam, aliorum Editorum exemplo, in ipso contextu reponere. *Abuti* dicitur pro *uti*, ut sexcenties. Vide, ne alios plures commemorem, Davisium ad Ciceron. N. D. II. 60. [Cfr. Gesn. et Ochsner. ad Ciceronis Eclogas pag. 77. ed. 3. Fr.] Ceterum Burmannus hunc locum comparavit cum Petron. cap. 81. *qui, ne vir esset, a ma-*
94 *tre persuasus est; * qui opus muliebre in ergastulo fecit.*

virum se natum. Haec elegantia e Graeco fonte manavit. Corinna apud Apollonium Dyscolum libro MS. de Pronominibus: *Μέμφομαι δὲ καὶ λίγουραν Μυρτίδα ἴωνγα, ὅτι μὰν ἀφοῦσα ἔβα Πινδαρέοιο ποτ' ἔριν.* Sic MS. cuius scripturam Salmasius Epist. 14. ita emendavit: *Μέμφομαι ἰώνγα τὰν λιγουρὰν, Μυρτίδα μέμφομαι, ὅτι βάνα φοῦσα (mulier nata) ἔβα Πινδάροιο ποτ' ἔριν.* Plautus Pseud. I. 3. 63. *alienum reddunt nato nemini.* Et sic ille saepius. Terent. Phorm. V. 3. 9. *Virum me natam vellem.* Cicero Tusc. Disp. III. 17. *qui mortalis natus conditionem postules immortalium.* ubi vide Davisium. Phaedr. III. 8. 11. *Vir natus quod rem feminarum tetigerit.* ubi Rutilii locum laudant Rigaltius et Gudius. Curt. VI. 11. *qui non erubesceret, Macedo natus, homines linguae suae per interpretem audire.* [Cf. Ruhnk. ad Vell. Pat. II. 51. 3. pag. 146. ed. meae. Fr.] Apulei. Apol. pag. 10. *Et quid ego de homine nato diutius?* ubi vide Is. Casaubonum. Frustra Burmannus ad Petron. cap. 19. Davisius ad Ciceron. l. c. aliique hanc formulam obtrudunt Apuleio Met. I. pag. 11. *Proclamares saltem suppetiatum, si resistere vir tantus mulieri nequibas.* Nam *tantus* elegantissime ad magnitudinem, vel robur corporis refertur, ut apud Graecos τηλικοῦτος. Terent. Eunuch. III. 5. 50. *flabellum tenere te asinum tantum.* Cum Rutilio et verbis et sententia convenit Firmicus Mathes. VIII. 7. pag. 216. *Ili praeterea semper amabunt, aut se amare simulabunt: ac eos poenitebit, quod viri nati sunt.* quae ut Ios. Scaliger vidit, sumta sunt ex Manilio V. 152. ubi similiter impudicus dicitur mulierum cultum imitari,

Atque odisse virum, tereresque optare lacertos.

Digitized by Google

rae beneficio in mulierem convertere properasse.

Sic in transcursu emendo. Vulgo legitur:

Atque odisse virum, sterilesque optare lacertos.

Scaliger *steriles lacertos* exposuit *vulsos*. Sed cur cinaedus optasset *vulsos lacertos*, quos ipse vel
95 lore poterat, * vel glabratori vellendos praebere? *Teretes lacertos* optabat, quos scirat in puellis laudari. Catull. LX. 181.

Mitte brachiolum teres,
Praetextate, puellulae.

Mox de eodem cinaedo Manilius:

Naturae pudet, atque habitat sub pectore caeca
Ambitio.

Eandem rem sic expressit Seneca, quem et Scaliger laudat, praef. Controv. I. pag. 66. *Emolliti, enervesque, quod nati sunt, inviti manent.* Manilius fortasse imitatus est Manethonem IV. 590.

Φύσονται μαχλοί, διδυματόκοι, ἀρσενομίκται,
Μεμφόμενοι φύσεος ὀρθὴν ὁδόν.

sed depravato naturae beneficio. Sic scripsimus ex Edit. Aldina. Reliqui libri veteres: *se depravato naturae beneficio.* Quod vitium, ut est manifestum, nec Stephanum fefellit.

in mulierem convertere properasse. Revocavimus constantem veterum librorum lectionem, in cuius locum R. Stephanus hanc supposuerat: *in mulierem convertere se properasset.* Quae scriptura ab eo tempore in omnibus Editionibus haesit. *Convertere* in *convertere se* quam prave mutatum sit, ad §. 1. huius libri demonstravimus. Sed nec *properasse* sollicitandum erat. Pendet enim a verbo *admirarctur*, quod non solum cum *ei*, sed etiam cum infinitivo struitur. Permulta autem exempla structurae in una periodo variatae reperiuntur. Terent. Andr. IV. 5. 2. *Quae sibi inhoneste optavit parere hic divitias, Potius quam honeste in patria pauper viveret.* ut verissime restituit illustris Bentleius, qui adeundus. Caesar de B. G. II. 10. *constituerunt, optimum esse, domum suam quemque reverti, et quorum in fines primum Romani exercitum introduxissent, ad eos defendendos undique convenirent.* ubi vide Oudendorpium. Liv. XXXIX. 14. *Consules aedilibus curulibus imperarunt, ut sacerdotes eius sacri omnes conquirerent, comprehensosque libero conclavi ad quaestionem servarent, aediles plebis videre, ne qua sacra in operto fierent.* ubi vim exemplorum congessit Drakenborchius. [Cf. Ochsner. ad Ciceronis Eclogas pag. 368. ed. 3. Fr.] * Quod ad sententiam attinet his verbis expressam, similis 96
est Salviani de Gubern. Dei VII. pag. 152. *Quis credere, aut etiam audire possit, convertisse in muliebrem tolerantiam viros, non usum suum tantum atque naturam, sed etiam vultum, incessum, habitum, et totum penitus quicquid aut in sexu est, aut in usu viri.* Multa huc pertinentia habent Interpretes ad Petron. cap. 119. Hyperidis locum Iac. Gothofredus comparat cum L. 3. Cod. Theod. ad L. Iul. de Adulter. Tom. III. pag. 64. *Cum vir nubit in feminam, viro porrecturam, quid cupiat, ubi sexus perdidit locum?* Quae verba, variis coniecturis iactata, mihi non solum labe carere, sed plus etiam venustatis, quam in illam aetatem cadat, habere videntur.

Digitized by Google

Item Charisii: ***Existimate, quaeso, rempublicam hic adesse, et pro vestra libertate supplicem vobis accidere, simul et liberos vestros, matresfamilias amplexam tenere, parentes vestros aetate***

accedere. F. *accidere.* Gesner.

supplicem vobis accidere. Bene Gesnerus legit *accidere.* Sed nescio, an etiam legendum sit: *supplicem genibus accidere.* Nam Latini semper, nisi fallor, in hac forma addunt *genibus* vel *ad genua.* Exempla sunt apud Io. Rivium ad Terent. Hecyr. III. 3. 18. et Hier. Columnam ad Ennii Fragm. pag. 296. Potuit tamen Rutilius, Graecum scriptorem vertens, Graecorum exemplo, qui προσπίπτειν simpliciter dicunt, ut Xenophon Cyropaed. IV. pag. 111. E. [cap. 6. §. 2.] ἥκω πρὸς σὲ, καὶ ἱκέτης προσπίπτω. *accidere* etiam absolute dicere. De hoc verbo ita Donatus ad Terent. l. c. *Accidere est gestu corporis ostendere humilitatem cadentis, propter ad, quod est iuxta, et cadere. Sallustius autem sine praepositione dixit, Qua accidam, aut quo.* Quae verba foedissimis mendis inquinantur. Corrige: *Accidere est gestu corporis ostendere humilitatem precantis: ex ad, quod est propter, iuxta, et cadere. Sallustius autem sine praepositione dixit, Quo accidam? aut quo appellam?* Sallustii locus exstat Iug. 14. ubi vulgo legitur: *Nunc vero exul patria, domo, solus et omnium honestarum rerum egens, quo accedam, aut quos appellem?* Ex Donato

97 * Palmerius Spicileg. pag. 726. bene restituit: *Quo accidam.* quamvis Interpretibus coniecturam non potuerit probare. Vide Cortium ad h. l. et Iug. 107. Ego vero praeterea in Sallustio scripserim: *Quo accidam, aut quo appellam?* Utrumque convenit scriptori priscas formulas aucupanti. Et est totus locus manifesta imitatione expressus ex Ennio apud Ciceron. Tusc. Disp. III. 19. cuius versus ex pulcerrima R. Bentleii emendatione adscribam:

Quid petam praesidi, aut exsequar? quove nunc
Auxilio exili aut fugae freta sim?
Arce et urbe orba sum: quo accidam? quo applicem?

Pro *quo applicem* Sallustius dixit *quo appellam,* formula et ipsa a re nautica ducta. Seneca de Cons. ad Marc. 20. eadem translatione: *Habeo quo appellam.* Porro in Sallustio etiam scribe: *Ad nationesne, an reges.* Nam semel *quo appellam* mutato in *quos appellem,* necesse fuit, praepositionem *ad* omitti. Ceterum Charisii fragmentum tam simile est loco Dinarchi adv. Demosth. pag. 104. [pag. 176, 109. Bekker.] ut facile appareat, Charisium haec scribentem Dinarchi orationem ob oculos habuisse: ἢ (χώρα) τοὺς ἐξ αὐτῆς γεγενημένους ὑμᾶς ἱκετεύει, παρατησαμένη τὰ ὑμέτερα τέκνα καὶ γυναῖκας, τιμωρήσασθαι τὸν προδότην καὶ σώζειν ἑαυτήν· ὑπὲρ ἧς καὶ πρόγονοι καλοὺς καὶ πολλοὺς κινδύνους ὑπομείναντες, ἐλευθέραν ὑμῖν αὐτὴν παραδεδώκασιν.

simul et liberos vestros, matresfamilias. Malim: *Simul liberos vestros et matresfamilias.* Sic etiam Stephanus, nisi quod *et* servat post *simul.*

parentes vestros. Sic Ed. Rhe-

Digitized by Google

confectos ad se applicare, redigere vos in memoriam, qualem se a maioribus acceperitis, obsecrare pro sacris ac delubris deorum immortalium, pro parentum monumentis, pro vobis ipsis et salute vestra. Haec si praesens agit, ut dixi, respublica, quid animi estis habituri, quaero.

VII. Characterismos. Quemadmodum pictor

nan. Reliqui veteres: *parentes nostros.*

ad se applicare. Quod faciunt osculantes, vel amplectendo ardentem amorem demonstrantes. Catull. IX. 8.

applicasque collum,
Iucundum os, oculosque suaviabor.

Petron. cap. 24. *vocatumque ad se in osculum applicuit.* cap. 114. *Gitoni applicitus cum clamore flevi.* Sic Marklandus in Statio Silv. III. 3. 17. legendum coniiciebat:

98 * *tenet ecce seniles*
Leniter applicitos vultus.

Sed vulgatum *implicitos vultus* recte defendit Burmannus ad Lucan. III. 694. cui tum memoria non suggerebat Valer. Flacc. I. 264.

Laetus at impliciti Peleus
rapit oscula nati.

et quae ipse ad eum locum annotarat.

redigere vos in memoriam. Vir doctus in marg. Ed. Rhen. corrigit: *redigere vobis in memoriam.* Sed vulgatum ea ratione capi potest, qua Cicero dixit pro Flacc. 25. *revocarem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam.*

pro sacris. Ex Edit. Aldina restitaimus praepositionem *pro*, quae exciderat ex reliquis libris antiquis. Idem ex coniectura fecerat R. Stephanus.

Haec si praesens agit. R. Stephanus edidit: *Haec si praesens ageret.* nempe ut melius conveniret coniecturae suae, *essetis habituri:* quae quam aliena a vero sit, statim dicemus.

quid animi estis habituri, quaero. Nesciebat R. Stephanus, quod nunc pueri sciunt, indicativum modum saepissime iungi interrogativis indefinite positis, corrigebatque adeo: *quid animi essetis habituri, quaero.* in quo caecum ducem secuti sunt Gryph. et Lovan. Ipse Rutilius §. 8. huius libri: *Quaeres a me,* —— *quo iure mihi Polyaenus reliquit, praetor dedit possessionem:* et §. 10. *cum quaerimus, quid dicimus.* Aliorum scriptorum exempla quamvis multa in promtu sunt. Sed sufficiunt collecta a Malaspina in Ciceron. ad Att. XIV. 13. et Burmanno ad Lucan. I. 126. [Vid. Ochsner. ad Ciceronis Eclogas pag. 28. sq. ed. 3. et Matth. ad Cicer. or. pro Rosc. Am. §. 83. Fr.]

[*quaere.* F. *quaero.* Gesner.]

§. 7. Characterismos. * Libri veteres mendose: *Chresterismos*, et *Chrectherismos.* Veram lectionem *Characterismos* certatim restituerunt P. Leopardus Emend. XVI. 25. Achill. Statius ad Ciceron. Topic. 22. et Is. Casaubonus proleg. ad Theophrast. pag. 90. qui emendationem ex Quinctiliano, sic in Rutilio legente, IX. 3. pag. 457. [§. 99.] 99

Digitized by Google

Item Charisii: *Existimate, quaeso, hoc schemate hic adesse, et pro vestra libertate quibus loquitur, bis accidere, simul et liberos ves arbitrer bonae milias amplexam tenere, parent* [illegible]

accedere. F. *accidere*. Gesner.

suppliccm vobis acciderc. Bene Gesnerus legit *accidere*. Sed nescio, an etiam legendum sit: *supplicem genibus accidere*. Nam Latini semper, nisi fallor, in hac forma addunt *genibus* ve[l] *ad genua*. Exempla sunt ap[ud] Io. Rivium ad Terent. He[c.] III. 3. 18. et Hier. Colum[na] ad Ennii Fragm. pag. 296 [illegible] tuit tamen Rutilius, G[raecum] scriptorem vertens, Gr[aeco] exemplo, qui προσπίπτ[ειν sim]pliciter dicunt, ut Xen[oph. Cy]ropaed. IV. pag. 11[illegible] 6. §. 2.] ἥκω πρὸς τῆς προσπίπτω. [illegible] absolute dicere. [illegible] ita Donatus ad [illegible] *cidere* est *gest*[illegible] *dere humilitat*[illegible] *pter ad, quo*[illegible] *dere*. *Sallust*[illegible] *positione* d[illegible] *aut quo*. [illegible] mendis in[illegible] *cidere est*[illegible] *re humil*[illegible] *quod es*[illegible] *dere*. S[illegible] *positio aut q*[illegible] *cus e*[illegible] *gitur dom*[illegible] *rum au*[illegible] * b[illegible] q[illegible]

[illegible] Rhunk. [illegible] idem- [illegible] pag. [illegible] addidit, [illegible] ed. ra- [illegible] valet de E- [illegible] *Anthologiae* Latinae, [illegible] quod, ut [illegible] *pag*. 258. *ed. Lugd*. [illegible] *integritati* suae resti- [illegible] *Ruhnkenio* [illegible] *sibi* inter reliqua [illegible] postulare videba- [illegible] *Opuscula locum* [illegible] apud quem habe- *tur Bergmano, Tom. I. pag*. 409—411. Fr.]

Lyconis. Sic scripsimus ex *Edit. Aldina*, ut recentiores etiam *Editores*, praeeunte R. Stephano, *fecerunt*. Reliqui libri scri- *pti editique*, *Lyconi*. Lyconem *oratorem* vocat H. Stephanus in *Francoford*. Nundin. pag. 106. *Ego vero* nullum uspiam huius *nominis* oratorem commemora- *tum inveni*. Nec convenit oratio- *ni tam longa* ebrii descriptio. *Quid igitur*? Non orator est Ly- *co*, sed philosophus Peripateti-*cus*, cuius vitam enarravit Diogenes Laërt. V. 65. quocum iunxit Antigonus Carystius apud [Athen]aeus. XII. pag. 547. D. et The[mist.] Or. XXI. pag. 255. B. Ex [quo] disertissimo Characterismo [coniectura]m facias, Lyconem, [ad] Theophrasti exemplo, *Notationes morum* scripsisse: quanquam nulla huius libri mentio apud veteres reperitur. Certius colligitur e Cicerone Tusc. Disp. III. 32. et Clemente Alexandr. Strom. II. pag. 497. eum *de Finibus boni et mali* scripsisse. Librum *de Natura animalium* laudat Apuleius Apol. pag. 42. Eloquentiam Lyconis praedicat Cicero de Finib. V. 5. cuius *tanta* dulcedo fuit, ut inde *Glycon* appellatus sit pro * *Lycone*. Vide Diogen. l. c. *Glyconis* nomine non solum ab Horatio I. Ep. 1. 30. [ubi vide Schmid. qui probat Schol. Acron. *Glyco athleta quidam fuit fortissimus*. Fr.] et Plutarcho de Exil. pag. 605. A. laudatur, ut interpretes ad Diogen. docent, sed etiam in Dictis philosophorum ab Arsenio collectis: Γλύκων ὁ σοφὸς —— τὴν παιδείαν ἔλεγεν ἱερὸν ἄσυλον. ubi tamen similis Dictorum Collectio MS. quae est in Bibl. Leidensi, habet Λύκων. A Clemente Alexandr. l. c. non Λύκων dicitur, sed Λύκος· quod in errorem induxit Ionsium de Script. Hist. Philos. IV. pag. 340. et Fabricium Bibl. Gr. Vol. II. pag. 305. Λύκος, Λύκιος, Λύκων idem nomen est, nec nisi forma differt. De qua nominum permutatione exquisita eruditione disputat immortalis Hemsterhusius ad Aristophan. Plut. pag. 206. Ab hoc Lycone Troadensi diversus est Lyco la-

ui omne vitae tempus consuetudine producit? ioris diei nimia cibi ac diano tempore, plenus cra-

gorae thenaeo 418. F. *Λύκος* vo- II. pag. 69. *ὁ Πυθαγό-* narius verissime *ὁ' ὁ Π.* Plura de Ionsius l. c. pag.

hoc arbitrer bonae spei residere. Rutilius more iceronem imitatur post red. senat. 5. *Quis enim ullam ul-us boni spem haberet in eo, cu-ius primum tempus aetatis pa-lam fuisset ad omnium libidines divulgatum? Reliquum* et *reside-re* iungit optimorum scriptorum exemplo. Liv. X. 16. *Unam sibi spem reliquam in Hetruscis re-stare.* ubi vide Drakenborch. Pe-tron. cap. 109. *ne residua in ani-mis etiam post iusiurandum ira remaneret.* [Cl. Kochius compa-rat Cicer. pro Rosc. Am. cap. 5. §. 13. *Causam dicit is, qui unus relictus ex illorum nefaria caede restat.* et Plaut. Cist. extr. *Nunc quod ad vos, spectatores, reli-quum relinquitur, More maiorum date plausum postrema in co-moedia.* „Praecesserunt Graeci" inquit idem „*λοιπὸν* et *κατα-λείπεσθαι, ὑπολείπεσθαι* aliaque „eodem modo copulantes: de qui-„bus vid. F. V. Fritzschius in „Lect. Lucian. pag. 143." Fr.] Locutionem *spes reliqua* illustrat Drakenborch. ad Liv. IV. 27.

qui omne vitae tempus una, ac desperatissima consuetudine pro-ducit. Producit MSS. et Editio-nes veteres omnes, quod iure placet Barthio l. c. *Produxit sine* una necessitate invenit R. Ste-phanus, et alii post eum tenue-runt. *Ducere* et *producere tem-pus* proprie dicuntur genio indul-gentes. Vide Broukhus, ad Pro-pert. I. 3. 39. et Burmann. ad Valer. Flacc. I. 251.

Nam simul atque ex prioris
* *diei nimia cibi ac vini satie-* 101
tate etc. Omnes libri antiqui: *Nam simul atque ex prioribus dici nimia cibi ac nisi satietate* etc. Corruptam leviter scriptu-ram foedius depravavit R. Ste-phanus: *Nam simul atque ex pri-mis horis diei nimia cibi ac vini satietate* etc. Stephanianam con-iecturam hactenus secutus est Pi-thoeus, ut *horis* adsciscere, re-tineret *prioribus* ex libris anti-quis. Unde haec exstitit lectio: *Nam simul atque ex prioribus horis diei nimia cibi ac vini sa-tietate* etc. Pithoei vestigiis in-sistens Barthius l. c. legendum coniecit: *Nam simul atque sex prioribus horis diei nimia cibi ac vini satietate* etc. Sed taedet commentitia et absurda referre. Sequendi potius veteres libri, qui nos quasi manu ducunt ad verissimam lectionem: *Nam si-mul atque ex prioris diei nimia cibi ac vini satietate* etc. quo modo se etiam restituisse, mihi scripsit vir pari doctrina et hu-manitate, Iac. Frid. Heusingerus. Apposite Sueton. Calig. 58. *cun-ctatus, an ad prandium surge-ret, marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere.* Plinius Pa-neg. 63. *Non alii marcidi somno, hesternaque coena redundantes, comitiorum suorum nuntios oppe-riebantur?*

vix meridiano. Sic de conie-

Digitized by Google

coloribus figuras describit, sic orator hoc schemate aut vitia, aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat. Lyconis: *Quid in hoc arbitrer bonae*

confirmare potuissent. Primus *Characteritmus* edidit Pithoeus.

aut vitas. Lege, *aut vitia.* Probant sequentia. Casaubon. ad Theophrastum. Sic etiam emendavit Leopardus l. c. et recepit Pithoeus. Inepte Barthius vulgatam defendit Advers. LV. 1. ubi Lyconis Characterismus iusto commentario explicatur. [Kochlerus (vid. pag. 98.): „χαρακτη„ρισμός et *vitia* pro *vitas* emen„davit etiam Rob. Constantinus „in Lexico Gr. pag. 910." Fr.]

[Quod sequitur Lyconis philosophi fragmentum, id una cum adnotationibus Ruhnkenii ei subiectis, tanquam illustre specimen cum libri Rutiliani, tum interpretationis Ruhnkenianae repetiit Bergmanus in Opusc. Ruhnk. Tom. I. pag. 393—408. idemque in Addendis Tom. II. pag. 1029. sq. paucula de suo addidit, quorum ego in hac nova ed. rationem habui. Idem valet de Epigrammate Anthologiae Latinae, [pag. 258. ed. Lugd.] quod, ut a Ruhnkenio integritati suae restitutum est, suum sibi inter reliqua Opuscula locum postulare videbatur Bergmano, apud quem habetur Tom. I. pag. 409—411. Fr.]

Lyconis. Sic scripsimus ex Edit. Aldina, ut recentiores etiam Editores, praeeunte R. Stephano, fecerunt. Reliqui libri scripti editique, *Lyconi.* Lyconem *oratorem* vocat H. Stephanus in Francofurd. Nundin. pag. 106. Ego vero nullum usquam huius nominis oratorem commemoratum inveni. Nec convenit orationi tam longa ebrii descriptio. Quid igitur? Non orator est Lyco, sed philosophus Peripateticus, cuius vitam enarravit Diogenes Laërt. V. 65. quocum iungendi Antigonus Carystius apud Athen. XII. pag. 547. D. et Themist. Or. XXI. pag. 255. B. Ex hoc disertissimo Characterismo coniectaram facias, Lyconem, Theophrasti exemplo, *Notationes morum* scripsisse: quanquam nulla huius libri mentio apud veteres reperitur. Certius colligitur e Cicerone Tusc. Disp. III. 32. et Clemente Alexandr. Strom. II. pag. 497. eum *de Finibus boni et mali* scripsisse. Librum *de Natura animalium* laudat Apuleius Apol. pag. 42. Eloquentiam Lyconis praedicat Cicero de Finib. V. 5. cuius tanta dulcedo fuit, ut inde *Glycon* appellatus sit pro * *Lycone.* Vide Diogen. l. c. *Glyconis* nomine non solum ab Horatio I. Ep. 1. 30. [ubi vide Schmid. qui probat Schol. Acron. *Glyco athleta quidam fuit fortissimus.* Fr.] et Plutarcho de Exil. pag. 605. A. laudatur, ut Interpretes ad Diogen. docent, sed etiam in Dictis philosophorum ab Arsenio collectis: *Γλύκων ὁ σοφὸς —— τὴν παιδείαν ἔλεγεν ἱερὸν ἄσυλον.* ubi tamen similis Dictorum Collectio MS. quae est in Bibl. Leidensi, habet *Λύκων.* A Clemente Alexandr. l. c. non *Λύκων* dicitur, sed *Λύκος*· quod in errorem induxit Ionsium de Script. Hist. Philos. IV. pag. 340. et Fabricium Bibl. Gr. Vol. II. pag. 305. *Λύκος, Λύκιος, Λύκων* idem nomen est, nec nisi forma differt. De qua nominum permutatione exquisita eruditione disputat immortalis Hemsterhusius ad Aristophan. Plut. pag. 206. Ab hoc Lycone Troadensi diversus est Lyco. Ia-

Digitized by Google

spei reliquum residere, qui omne vitae tempus una, ac desperatissima consuetudine producit? Nam simul atque ex prioris diei nimia cibi ac vini satietate, vix meridiano tempore, plenus cra-

sesis, qui *de vita Pythagorae* scripsit. Is etiam ab Athenaeo II. pag. 47. A. X. pag. 418. F. promiscue *Λύκων* et *Λύκος* vocatur. Apud eundem II. pag. 69. E. pro *Ἴβυκος δ' ὁ Πυθαγόρειος* Cl. Valckenarius verissime scribit *Λύκος δ' ὁ Π.* Plura de hoc Lycone Ionsius l. c. pag. 337.

Quid in hoc arbitrer bonae spei reliquum residere. Rutilius more suo Ciceronem imitatur post red. in Senat. 5. *Quis enim ullam ullius boni spem haberet in eo, cuius primum tempus aetatis palam fuisset ad omnium libidines divulgatum? Reliquum* et *residere* iungit optimorum scriptorum exemplo. Liv. X. 16. *Unam sibi spem reliquam in Hetruscis restare.* ubi vide Drakenborch. Petron. cap. 109. *ne residua in animis etiam post iusiurandum ira remaneret.* [Cl. Kochius comparat Cicer. pro Rosc. Am. cap. 5. §. 13. *Causam dicit is, qui unus relictus ex illorum nefaria caede restat.* et Plaut. Cist. extr. *Nunc quod ad vos, spectatores, reliquum relinquitur, More maiorum date plausum postrema in comoedia.* „Praecesserunt Graeci" inquit idem „*λοιπὸν* et *κατα-*„*λείπεσθαι, ὑπολείπεσθαι* aliaque „eodem modo copulantes: de qui-„bus vid. F. V. Fritzschius in „Lect. Lucian. pag. 143." Fr.] Locutionem *spes reliqua* illustrat Drakenborch. ad Liv. IV. 27.

qui omne vitae tempus una, ac desperatissima consuetudine producit. Producit MSS. et Editiones veteres omnes, quod iure placet Barthio l. c. *Produsit* sine ulla necessitate invenit R. Stephanus, et alii post eum tenuerunt. *Ducere* et *producere tempus* proprie dicuntur genio indulgentes. Vide Broukhus. ad Propert. I. 3. 39. et Burmann. ad Valer. Flacc. I. 251.

Nam simul atque ex prioris
* *diei nimia cibi ac vini satie-* 101
tate etc. Omnes libri antiqui: *Nam simul atque ex prioribus dici nimia cibi ac vini satietate* etc. Corruptam leviter scripturam foedius depravavit R. Stephanus: *Nam simul atque ex primis horis diei nimia cibi ac vini satietate* etc. Stephanianam coniecturam hactenus secutus est Pithoeus, ut *horis* adsciscceret, retineret *prioribus* ex libris antiquis. Unde haec exstitit lectio: *Nam simul atque ex prioribus horis diei nimia cibi ac vini satietate* etc. Pithoei vestigiis insistens Barthius l. c. legendum coniecit: *Nam simul atque sex prioribus horis diei nimia cibi ac vini satietate* etc. Sed taedet commentitia et absurda referre. Sequendi potius veteres libri, qui nos quasi manu ducunt ad verissimam lectionem: *Nam simul atque ex prioris diei nimia cibi ac vini satietate* etc. quo modo se etiam restituisse, mihi scripsit vir pari doctrina et humanitate, Iac. Frid. Heusingerus. Apposite Sueton. Calig. 58. *cunctatus, an ad prandium surgeret, marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere.* Plinius Paneg. 63. *Non alii marcidi somno, hesternaque coena redundantes, comitiorum suorum nuntios opperiebantur?*

vix meridiano. Sic de conic-

pula est experrectus, primum oculis mero madi-

ctura R. Stephanus. Libri veteres: *via meridiano.* [De frequenti in libris manuscriptis *a* et *x* litterarum confusione scite exposuit Gronovius Observatt. lib. IV. cap. 4. pag. 52. sqq. Fr.]

plenus crapula. Liv. XXXIII. 48. *ceteri sopiti cum postero die tandem ex somno pleni crapulae surrexissent.*

oculis mero madidis. Mox Rutilius: *oculi vinum lacrimantes.* Lucret. III. 478. in simili ebrii descriptione:

tardescit lingua? madet mens?
Nant oculi?

Lucretium imitatus Ovidius Fast. VI. 673.

et vinis oculique animique natabant.

Immo Apuleius Apol. pag. 68. *madentes oculos* ebrio tribuit, ut Rutilius, cuius locum comparavit Pricaeus. Etsi vero *oculi mero madidi* rectissime dicantur, sitque verbo *madere* propria in ebrietate sedes, ut multis exemplis demonstrarunt Lindenbrog.
102 ad Ammian. Marcell. XV. * 3. pag. 77. Heinsius Advers. I. 10. et Drakenborch. ad Sil. Ital. XII. 18. tamen, cum id satis exprimatur verbis *humore obcoecatis*, suspicio mihi oborta est, forte scribendum esse: *oculis mero marcidis*, id est, ut Seneca Ep. 121. dicit, *oculis hesterna gravibus crapula. Marcere* saepe dicuntur oculi vino, vel alia caussa languentes. Seneca Agam. 790.

iam recipit diem
Marcente visu.

Apulei. Met. X. pag. 210. *pallor deformis, marcentes oculi, lapsae genae. Putres oculos* apud Horat. I. Carm. 36. 17. Scholiastes explicat *animio potu marcentes et libidine resolutos*; quos sic expressit Apulei. Met. III. pag. 52. *oculos Fotidis meae udos ac tremulos et prona libidine marcidos. Marcidos oculos* eleganter etiam describit Seneca Suaser. VI. pag. 38. *Ipse vino et somno marcidus deficientes oculos ad capita proscriptorum levat.* Vocem *marcidus*, quam Rutilio restituimus, in transcursu eximamus Anthol. Lat. III. 29. pag. 447.

Statuamque amici floribus, violis, rosis,
Folioque multo, atque unguento marcido
Onerate amantes, et mecum profundite.

Repone:

—— *atque unguento nardino.*

[*Felicem* Ruhnkenii *coniecturam* iure vocat Burmann. ad Propert. IV. 7. 31. pag. 835. quamquam ipse censens, etiam legi posse, *unguento Parthico*, ex Plinio H. N. VIII. 1. et 2. Bergman.] Auson. Epitaph. 36.

Sparge mero cineres, bene olentis et unguine nardi,
Hospes, et adde rosis balsama puniceis.

Vide Heinsium ad Ovid. Ep. XV. 76. *Vinum marcidum* in deliciis erat, *unguentum marcidum* non item. Statius Silv. I. 6. 33.

Illi marcida vina largiuntur.

et Silv. IV. 6. 56.

tenet haec marcentia fratris
Pocula.

Quorum locorum altero vir ingeniosissimus, Ier. Marklandus corrigebat, *Massica vina*, altero explicabat, *pocula marcentis Bacchi, qui marcidus dicitur.* Emendatione nihil opus est: explicatio

Digitized by Google

dis, humore obcoecatis, visco gravidis, lucem constanter intueri non potest: deinde confectis viribus, utpote cuius venae non sanguine, sed vino sunt repletae, se ipse erigere non valet: tandem duo-

dura meo sensu. Vere N. Heinsius ad Claudian. in Eutrop. I. 110. *marcida vina* explicat vetusta, languida. Sed ille vel non vidit, vel, si vidit, monere neglexit, loquendi rationem ductam esse e Graeco *οἶνος σαπρός*, de quo erudite disputat Piersonus quondam meus ad Moerid. Atticist. pag. 353. Athenaeus I. pag. 31. A. *Φησὶ δὲ καὶ ΦΙΛΙΝΟΣ· ὅτι παρέξῳ Λέσβιον, Χῖον, Παπ † Θάσιον, Βίβλινον, * Μενδαῖον κ. λ.* In Epitome MS. quam Parisiis in Bibl. Regia contulimus, planissime scribitur: *φησὶ δὲ καὶ ΦΙΛΤΑΝΟΣ· ὅτι παρέξῳ Λέσβιον, Χῖον, σαπρὸν Θάσιον, Βίβλινον, Μενδαῖον κ. λ. Σαπρὸν Θάσιον* etiam in Codice Romano inventum docet Casaubonus. Sed praeterea legendum: *φησὶ δὲ καὶ ΦΙΛΤΑΛΛΙΟΣ.* [de quo pluribus agitur ad Timaeum pag. 167. ed. alt. Bergman.] Sentio, me adversus legem, quam mihi in his annotationibus scribendis dixi, latius evagatum esse. Sed cum omnia, quae afferuntur, ad eandem vocem *marcidus* illustrandam pertineant, non poenitet me hanc digressionem fecisse.

humore obcoecatis. Clemens Alexandr. Paedag. II. pag. 180. *ὀφθαλμοὶ δὲ παρατρέπονται, οἷον κολυμβώσης τῆς ὄψεως ὑπὸ τοῦ πλήθους τῆς ὑγρότητος.* Basil. Or. de Ebriet. pag. 88. *ὀφθαλμοὶ δίυγροι.*

visu gravidis. Prior vox mendum continet. Scrib. *vino gravidis, οἰνοβαρέσι.* Casaub. F. *visco*, ut sic vocaverit sordes lippientium oculorum. Gesner. Casauboni coniecturam probat Vossius Instit. Orat. V. 9. pag. 261. Sed hoc iam dictum in praecedentibus, sive legas *oculis mero madidis*, sive *oculis mero marcidis.* Hemsterhusius noster ad Lucian. Dial. Sel. pag. 30. coniiciebat *visu gravibus.* Sed vera lectio est *visco gravidis*, quam, ante Gesnerum, etiam Barthius l. c. coniectura assecutus erat. *Viscum* vocat humorem glutinosum, quo pleni esse solent ebriorum mane surgentium oculi. Quod vitium etiam *glama* et *gramia* dicitur e Dorico *γλάμα*, cuius usitatior scriptura *λήμη* et *γλήμη*. Vide Festum v. *Gramiae*, Non. Marcell. pag. 119. et Foësium Oecon. Hippocr. v. *Γλαμμυροὶ ὀφθαλμοί.* [Cf. Barton. ad Plutarchi Demosth. cap. 1. in ed. mea Commentar. in Plut. Vitt. Vol. I. pag. 3. Fr.]

utpote cuius venae non sanguine, sed vino sunt repletae. Loquitur ex vulgi opinione, existimantis, cibum potumque venis recipi. Virgil. Ecl. VI. 15.

Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.

Liv. XXVI. 14. *Impletae * cibis vinoque venae.* Phaedr. IV. 14. 9. 104

Ubi irrigatus multo venas nectare.

ubi vide Rigaltium, a quo Rutilii locus non est praetermissus. Arnob. V. pag. 158. *immoderatius potionem hiantibus venis rapit.* Adde R. Bentleium ad Horat. II. Serm. 3. 154.

sunt repletae. F. *sint repletae.* Gesner. [Non videtur necessa-

Digitized by Google

bus immixus, languidus, qui cubando sit defatigatus, tunicatus, sine pallio, soleatus prae lectulo, palliolo frigus a capite defendens, flexa cervice,

rium, ut coniunctivus reponatur. Cf. Zumpt. Gramm. Lat. §. 565. Apud Cic. Phil. V. cap. 11. §. 30. Orellius revocavit coniunctivum. Fr.]

sine pallio. MS. Laurent. A. *sine palleo.*

soleatus prae lectulo. Fortean, *ut e lectulo.* κρηπῖδας ἔχων ὡς ἀπὸ τοῦ κλινιδίου. Sed videtur qui Lyconis locum e Graeco vertit, reperisse in suo codice ὑπὸ pro ἀπὸ, neque de menda esse suspicatus. Casaub. Barthius l. c. scribendum censet: *soleatus super lectulo.* Neutra coniectura placet. Nec tamen ipse probabiliorem afferre possum. Ebriosus vino languidus, Graeco more *soleatus* erat. Philostratus Ep. 22. Βλαυτία, καὶ σανδάλια, καὶ κρηπῖδες, καὶ πέδιλα, νοσούντων ἐστὶ φορήματα.

palliolo frigus a capite defendens. Recte *palliolo.* Sic alibi. Quia tamen Graece scripserat Lyco, fortasse *pileolo* scribendum. πιλίδιον ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχων πρὸς τὸ ψύχος. Casaub. Aegrotos et molles caput pileo muniisse, satis constat. Plato Polit. III. pag. 440. E. [pag. 406. D. HSt.] ἐὰν δέ τις αὐτῷ (κάμνοντι) μακρὰν δίαιταν προστάττῃ, πιλίδιά τε περὶ τὴν κεφαλὴν περιτιθεὶς, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. Plutarch. adv. Colot. pag. 1127. B. [Vol. X. pag. 632. Rsk.] τί οὐ πιλίδιον ἔχων οἴκοι κάθοιτο, δηλαδὴ περὶ τὴν τῆς γαστρὸς ἐπιμέλειαν ὅλως καθεστώς; Salmasius etiam ad Vopisc. Aurelian. 45, et ad Tertullian. de Pall. pag. 308. Lyconem scripsisse putat πιλίδιον. Sed, quod addit, Rutilium πιλίδιον recte vertisse *palliolum*, in errorem inductus est a futili et nullius fidei scriptore, Fulgentio Expos. serm. ant. pag. 774. qui ex Numa Pompilio de Pontificalibus, si Dis placet, tradit, *tutulum dici pallium, quo sacerdotes caput tutabant.* Quanquam hic nulla fraus impostoris esse videtur, sed culpa potius librariorum, *pallium* pro *pileum* scribentium. Omnino *palliolo* in Rutilio tenendum. Nam aegroti etiam *pallio* caput involvebant; quod Lipsius de Amphith. cap. 20. et Salmasius * l. c. multis exemplis planum fecerunt. Ovid. Art. Amat. I. 733.

Arguat et macies animum:
nec turpe putaris,
Palliolum nitidis imposuisse comis.

ubi vide N. Heinsium. Barthius quoque l. c. *palliolum* defendit allato Petron. cap. 32. *palliolo coccineo adrasum incluserat caput.* [Cf. Gesner. ad Quinctil. XI. 3. 144. Fr.]

flexa cervice. MS. Laurent. B. *floxa cervice.* An scribendum *laxa cervice?* Persius III. 58. de ebrio:

Stertis adhuc? laxumque caput compage soluta
Oscitat hesternum, dissutis undique malis?

Sic *laxa cervice* in Stat. Theb. IV. 70. ex MS. legit Burmannus ad Claudian. in Eutrop. I. 110. Sed nihil mutandum. Philo Iud. de Ebriet. pag. 377. καὶ βεβαρημένος τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπ' οἴνου, καὶ τὴν κεφαλὴν παραβάλλων, καὶ τὸν αὐχένα ἀγκάρσιον πλησιάζων. ubi Th. Mangeius, ut saepe alibi, capie-

summissis genibus, colore exsangui, protinus ex cubiculari lectulo excitatus, in triclinium trahitur. Ibi praesto sunt quotidiani pauci eodem studio excitati convivae. Hic vero princeps, paulum illud, reliquum quod habet, mentis ac sensus, poculis extrudere [ex ea] festinat, bibendo provo-

ctura ὀκλάζων Graecismi inscitiam prodit. Corrigendum sine dubio πλαγιάζων.

ex cubiculari lectulo excitatus. *Excitari* non vulgari elegantia dicitur, qui admonetur, ut surgat, et aliquo eat. Turpilius apud Donat. de Metr. Comic. pag. 1326. *ut solent, me curae somno segregant, Forasque noctis excitant silentio.* Liv. IX. 8. *Haud sum ignaris, ignominiae, non honoris caussa me primum excitatum, iussumque dicere.* Phaedr. IV. 24. 27.

Homo perturbatus excitat Simonidem.

ubi vide Interpretes. Petron. cap. 96. *a coena excitatus, a duobus lecticariis in mediam rixam perfertur.* ubi Burmannus hanc formulam confundit cum vulgari *excitare sopitum.* Vide Torrent. ad Sueton. Aug. 14. et Gronovium ad Senec. de Tranqu. cap. 14.

Ibi praesto sunt quotidiani pauci eodem studio excitati convivae. Hic locus non expers corruptelae. Nam satis multos affuisse, ex sequentibus apparet. Barthius l. c. legendum coniicit: *Ibi praesto sunt quotidiani porci,*
146 *eodem * studio excitati convivae.* Quam coniecturam referre est refellere. Forte, inserta negatione, scribendum: *Ibi praesto sunt quotidiani, nec pauci, eodem studio excitati convivae.* [Iacobsius in Commentar. in Anthol. Graec. Vol. II. P. III. pag. 231. hanc lectionem proposuit: *Ibi praesto sunt quotidiani parasiti, eodemque studio excitati convivae.* Fr.]

paulum illud, reliquum quod habet, mentis ac sensus. MSS. Laurent. A. B. Edd. Venet. et Rhenan. *paulum illud, reliquum quod habet, menti ac sensu.* Ed. Aldin. *paulum illud, reliquum quod habet, menti ac sensui.* Recte R. Stephanus edidit: *paulum illud, reliquum quod habet, mentis ac sensus.* quod Exc. Gronov. confirmant. Itaque post alios Editores recepimus.

poculis extrudere ex ea festinat. Iure R. Stephanus voces *ex ea* delevit. Nam videntur a mala manu hac traductae. Perelegans verbum *extrudere.* Eratosthenes apud Stob. pag. 163. de vino:

ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐκίναξε νόον.

extrudere festinat, bibendo provocat, lacessit. Nihil hac brevitate concinnius et fortius, ut bene iudicat Barthius l. c. Sed omnem vim enervavit R. Stephani interpolatio: *extrudere festinat, et eos bibendo provocat, et lacessit.* quod, ut reliqua eius commenta, recentiores Editores patienter tulerunt. Pro *provocat* MS. Laur. B. a prima manu habet *revocat.* Quae verba etiam confundantur apud Petron. cap. 23. *Refectum igitur est convivium, et rursus Quartilla ad bibendum revocavit.* Emenda: *ad*

Digitized by Google

cat, lacessit, sicut in proelio hostium quam plu-

bibendum provocavit. Provocare in bibendi certamine domicilium habet. Seneca Ep. 95. *non minus potant, et oleo et mero viros provocant.* Vopisc. Firmo 4. *Nam quidam Burburus nomine, de numero vexillariorum, notissimus potator, cum ad bibendum eundem provocasset.* Par est proprietas in verbo *lacessere.* Valer. Flacc. V. 572.

Et iuxta Aesonidem magno cratere lacessit.

ubi P. Burmanno, verbum *lacessere* explicanti, non ad manum erat appositus Rutilii locus. *Poscere* etiam simili significatione dicitur. Cicero Verr. I. 26.

107 * *hortatur hospes: poscunt maioribus poculis.* ubi Asconius, Non. Marcell. pag. 374. et Serv. ad Aen. VIII. 614. *poscunt* bene interpretantur *provocant.* [Apud Asconium leguntur haec: „Sunt „qui producta scilicet o littera „*posunt* legunt, quasi *saepe potant.* Sed *poscunt*, *provocant* „intelligendum est. ut sit sensus: „provocant se invicem. *maioribus* autem *poculis poscunt* a „pincerna, id est, *petunt:* ut „subaudiatur *bibere.*" Ex his verbis quae posteriore loco posita sunt, ut veram illius formulae explicationem suppeditant, ita merito placuerunt Gronovio Observatt. lib. IV. cap. 4. pag. 56. sq. (370. sq. ed. meae.) Graeci dicunt *αἰτεῖν πιεῖν μεγάλῃ πόλικι.* i. e. poscere bibere s. potum maiore poculo. Athen. lib. XV. cap. 8. (pag. 668. F. Casaub.) *ἐπὶ τούτοις ὁ Οὐλπιανὸς ἤτει πιεῖν μεγάλῃ πόλικι.* ubi Dalechampius: *poposcit maioribus poculis.* Schweighaeuserus: *bibere poposcit maiore poculo.* Cf. Lambin. ad Horat. Epod. IX. vs. 33. qui hac retulit etiam Plaut. Rud. II. 6. 31.

perit potando opinor. Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit. Fr.]

sicut in hostium proelio quam plurimos superarat atque afflixerat. Haec est lectio MS. Laurent. A. quam magno consensu confirmant MS. Laurent. B. et veteres Editiones omnes, nisi quod pro *afflixerat* praeferunt *affixerat*, sollemni horum verborum permutatione. At R. Stephanus foede interpolavit omnia: *perinde ac si in hostium proelio quam plurimos superarit atque afflixerit.* Primum temere et inscite pro *sicut* scripsit *perinde ac si.* Nam *sicut* idem significat. Sallust. Catil. 31. *Postremo dissimulandi caussa, atque sui expurgandi, sicut* [*sicuti*] *iurgio lacessitus foret, in senatum venit.* ubi illam notionem illustrat Cortius. Deinde *superarat atque afflixerat* perperam mutavit in *superarit atque afflixerit.* [At facilis haec erat et lenis mutatio. Fr.] Nam centies Grammatici docuerunt, plusquamperfecti indicativum modum pro eiusdem subiunctivo poni. [At non promiscue et temere; sed in conditionalibus fere sententiis. Vid. adn. ad Quinctil. X. 1. 62. et Zumpt. Gr. Lat. §. 519. coll. §. 546. Fr.] Liv. XLI. 24. *Divinat etiam, quae futura fuerant, si Philippus vixisset.* ubi vide Drakenborchium. Lactant. Epit. 54. *incredibili alacritate insolenter exultant, et, quasi hostem sub iugum miserant, gaudent.* ut vulgatum *miserint* bene emendat Davisius. [Neque Livii loco probari potest, quod vult Ruhnkenius; et apud Lactantium parum aptam Davisii coniecturam esse, ipsa *quasi* particulae natura clamat. Fr.] Adde Schwarzium et alios ad Plin. Paneg. 8. Sic an-

Digitized by Google

rimus superarat atque afflixerat, amplissimam

liquorum librorum scripturam satis vindicasse videmur. Sed quid faciamus verbis *in hostium proelio*, quae inepta esse, tardus sit, qui non sentiat? Barthius l. c. hanc coniecturam in medium profert: *sicut in hostico*, ut *proelio quam plurimos superaret atque affligeret, amplissimam sibi victoriam paratam existimans.* Quae correctio deterior est lectione depravata. Nos, una voce transposita, locum sic restituimus: *sicut in proelio hostium quam plurimos superarat atque afflixerat.* Vides, *hostium* non ad *proelio*, sed ad *quam plurimos* referri. [Bardilius (in Friedemanni et Seebodii Miscell. Crit. Vol. I. Part. II. pag. 383.) hanc lectionem proponit: *sicut* hostium in proelio *quam plurimos* etc. Nam si Rutilius scripsisset ita, uti vult Ruhnkenius, nullo modo intelligi posse, quid librarius impulerit, ut alteram illam scripturam, *in hostium proelio*, amplexarentur. Et melior sane Bardilii ratio est; nisi forte est quemcum praeferat: sicuti *hostium proelio quam plur.* Fr.] Hoc transpositionis remedium lenissimum est, et saepe magnis difficultatibus medetur. Cicero Parad. IV. 1. *Sapientis animus magnitudine consilii, tolerantia rerum humanarum, contemtione fortunae, * virtutibus denique omnibus, ut moenibus septus, vincetur?* Transpone: *Sapientis animus magnitudine consilii, contemtione rerum humanarum, tolerantia fortunae, virtutibus denique omnibus, ut moenibus septus, vincetur?* Nam semper Cicero dicit, *res humanas contemnere, tolerare fortunam.* Vide de Orat. II. 84. de Offic. I. 4. 18. 20. 21. et Bentleium ad Tusc. Disp. IV. 28. [Bentleius coniecit: *Sapiens animi magnitudine, consilio, tolerantia, rerum humanarum contemptione* etc. deleviteque vocem *fortunae*.] Ruhnkenii transpositionem probavit Gernhardus, Orellius non item. „Huiusmodi transpositiones“ inquit „locum vix habent in scripto, „cuius innumerabiles paene superent Codd.; et rectissime se „habet *tolerantia rerum humanarum*; per nomen enim substantivum h. l. idem dixit, quod „alias saepe *humana ferendi*“ (Tusc. 5. §. 32. ad Attic. 15. „20.) Quidni porro etiam fortuna *contemnere* posset, non solum „*tolerare*.“ Fr.] Eadem medicina facetus Cicero usus de Offic. II. 13. *et, qua aetate qui exercentur laude affici solent, ut de Demosthene accepimus, ea aetate L. Crassus ostendit, id se in foro optime iam facere.* Ineptum est, Crassum cum Demosthene comparare, quod, sicut Demosthenes, in adolescentia declamavit. Neque enim Demosthenes solus, sed ut quisque in luce maxime excellere voluit, ita adolescens maxime se exercuit in umbra. Quid igitur? Crassus cum Demosthene comparatur, quod eadem, qua Demosthenes, aetate eloquentiam protulit in forum. Nam Crassus Carbonem accusavit anno aetatis XIX. vel XXI. Demosthenes tutores suos anno XVIII. Ex his satis patet, turbatum verborum ordinem ita restituendum esse: *et, qua aetate qui exercentur laude affici solent, ea aetate, ut de Demosthene accepimus, L. Crassus ostendit, id se in foro optime iam facere.* [„Cicerone locus“ inquit Koehlerus (vid. pag. 38.) „non emendandus, ut vult vo„cum transpositione Ruhnkenius, „sed eum in modum interpre-

sibi victoriam paratam existimans. Interea pro-

„tandus. Vide turbatioris dictio„num ordinis ex optimis scripto„ribus exempla apud Henr. Can„negieterum ad Avian. XXV. 4.“ Vid. Ellendt. Hist. Eloq. Rom. pag. LXX. et Beier. ad Cic. Off. Tom. II. pag. 92. Fr.]. Hac etiam ratione expediri potest insignis locus Livii XXVI. 41. *ut quemadmodum nunc nosciatis in me patris patriquae similitudinem oris vultusque, et lineamenta corporis; ita ingenii, fidei, virtutisque exemplum expressum ad effigiem vobis reddam.* Haec non uno modo sanare tentavit C. A. Dukerus, vir magnus inprimis. Ego praepositione *ad* in sedem suam revocanda, quae subobscura erant, luce clariora reddo. Lege: *ut, quemadmodum nunc nosciatis in me patris patriquae similitudinem oris vultusque, et lineamenta corporis; ita ingenii, fidei, virtutisque ad exemplum expressam effigiem vobis reddam.* [Merito probaverunt hanc emendationem doctissimi interpp. Fr.] *Exemplum* rariore et exquisitiore significatione dicitur exemplar, archetypum, ad quod exprimitur effigies. Plaut. Poenul. V. 4. 103. *Nam alios pictores nihil moror huiusmodi tractare exempla.* Cicero de Invent. II. 1. *ut mutum in simulacrum ex animali exemplo veritas transferatur.* de Offic. III. 17. *Sed nos veri iuris germanaeque iustitiae solidam et expressam effigiem, nullam, tenemus, umbra et imaginibus utimur; eas ipsas utinam sequeremur! feruntur enim ex optimis naturae et veritatis exemplis.* quem locum, nemini Interpretum intellectum, unus recte explicuit is, cui in Latinis literis primae deferuntur, I. A. Ernestus Clav. Cicer. v. *Exemplum.* [Cf. Beier. Tom. II. pag. 311. Fr.] Multo frequentius hac notione dicitur *exemplar.* Plinius V. Ep. 15. eadem, qua Livius, verborum constructione: *Cornuta autem quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expressius?* De voce *exemplum* ita disputat Gesnerus in Thesauro L. L. ut, si omnia ad eum modum tractata essent, nihil perfectius in hoc genere haberemus. [Cf. Wolf. Analect. Litt. IV. pag. 345. Fr.]. Sed finem facio annotationis nimis longae, et alias aliis scriptoribus adhibendas transpositiones commodiori loco reserve. [Hoc transpositionis remedio, quam tutissimam corrigendi rationem dicit Porsonus in praefat. ad Hecubam Eurip. pag. XIV. ed. 3. Lips., unus etiam ego sum in Observatt. Critt. in quosd. loc. Quinctil. pag. 14. et ibid. adn.*) et satis celebrata est Hermanni dissertatio *de emendationibus per transpositionem verborum.* Vid. etiam Schaef. in Indice ad Eurip. Hec. pag. 129. b. et sqq. Fr.]

109

amplissimam sibi victoriam paratam existimans. Parata victoria est facilis, quae nullo labore constet. Qui sensus cum ab hoc loco alienus sit, legendum: *amplissimam sibi victoriam partam existimans.* Contrario errore in Livio V. 6. *parta victoria* legebatur, ubi *parata victoria* restituit Drakenborchius, quem vide. [Cf. Ernest. Dronke ad Dialog. de Oratorr. cap. 5. §. 4. pag. 74. Fr.] De victoriis in vino, hoc etiam loco laudato, disputat Savaro ad Sidon. Apoll. V. 7. Adde elegantem locum Panyasis apud Stob. pag. 104.

Interea procedit simul et illud tempus et potatio. Barthius l. c. corrigere tentat: *Interea proce-*

cedit simul et illud tempus et potatio, oculi vinum lacrimantes caligant, ebriosum ipsi vix ebrii cognoscunt. Alius sine caussa iurgio proximum lacessit: alius somno deditus, vi cogitur vigilare: alius rixari parat: alium barbas vitantem, ut domum reverti cupientem retinet ianitor, pulsat, exire prohibet, domini interdictum demonstrans.

dit et ille et tempus et potatio. Quod ineptum, nec refutatione dignum. Longe aliud quid latet in verbis *simul et illud tempus.* Sed nihil hic divinare possum. Pro *potio*, quod omnes libri antiqui habent, cum Stephano scripsi *potatio.* Quae voces persaepe commutantur, ut in Ciceronis fragmento apud Aquilam Roman. pag. 16. [infra pag. 144. ed. Lugd.] ubi idem Stephanus recte dedit *potatio.* Sulpic. Sever. Ep. 4. pag. 594. *qui revera caput, quod est domicilium sanitatis, usu longae * potionis invertérat.* Scribe *potationis.*

oculi vinum lacrimantes. Pari venustate Ovidius Amor. I. 8. 111.

Quin albam raramque comam, lacrimosaque vino
Lumina, rugosas distrahérintque genas.

ubi miror, Heinsium hunc aptissimum locum praetermisisse, praesertim cum ad Met. VI. 312. eodem uteretur ad constructionem verbi *lacrimare* cum quarto casu illustrandam. Eadem translatione arbores, quae succum guttatim stillant, *lacrimare* dicuntur. Nihil frequentius apud Plinium in Historia Naturali, qui etiam *ploratus* dixit pro *lacrima* XII. 25. *Succus e plaga manat, quem opobalsamum vocant, suavitatis eximiae, sed tenui gutta, ploratu lanis parva colligitur in cornua.* Quem locum Heinsius ad Ovid. Met. l. c. ita legit et distinguit: *sed tenuis guttae ploratu lanis parva colligitur in cornua.* Verum, sublata voce *gutta*, quae est explanatio vocis *ploratu*, sic interpungendum: *Succus e plaga manat, quem opobalsamum vocant, suavitatis eximiae, sed tenui ploratu. Lanis parva colligitur in cornua.*

iurgio proximum lacessit. ἐὰν πλησίον ἐρεθίζει. Casaub.

alius somno deditus. MS. Laurent. A. et Ed. Venet. *aliud somno deditus.* Ed. Rhen. *somnio* pro *somno.*

alius somno deditus, vi cogitur vigilare. Respicit, ni fallor, morem convivionum Graecorum, qui, quos somnus in nocturna compotatione oppressisset, effusis in caput pridianae coenae reliquiis, vel vini cratere excitabant. Vide Suidam et Etymologum M. v. Ἐωλοκρασία, et elegantissimum Piersonum ad Moerid. Atticist. pag. 219.

* *retinet ianitor, pulsat.* Barthius l. c. vix sibi persuadens, ianitori, servorum vilissimo, licuisse liberum hominem pulsare, legere malit: *retinet ianitor, pulsatur.* Sed hanc coniecturam auctori suo reliquimus. 111

exire prohibet domum, interdictum demonstrans. Sic MS. Laurent. A. et Ed. Rhen. quod Stephanus, et recentiores Editores expresserunt. MS. Laurent. B. Edd. Venet. et Aldin. *exire prohibet, domum interdictum de-*

Item alium contumeliose extra ianuam eiectum, vacillantem puer sustentat, ac ducit pallium per lutum trahentem. Novissime solus in triclinio relictus, non prius poculum ex manibus emittit, quam somnus oppressit bibentem, ac dissolutis artubus, ipsum poculum suapte natura dormienti excidit.

VIII. BRACHYLOGIA. Hoc fieri solet, cum

monstrans. Acute et vere vir doctus in marg. Ed. Rhen. restituit: *exire prohibet, domini interdictum demonstrans.* Iidem calami ductus in *domum* et *domini.* Itaque hanc emendationem, in tanta perspicuitate et necessitate, in textum recipere non dubitavi. Apposite Petron. cap. 28. *Sequimur nos iam admiratione saturi, et cum Agamemnone ad ianuam pervenimus, in cuius poste libellus erat, cum hac inscriptione fixus: Quisquis servus sine dominico iussu foras exierit, accipiet plagas centum.*

Item alium. Sic MS. Laurent. B. Edd. Venet. et Aldin. quae vera lectio videtur. MS. Laurent. A. et Ed. Rhen. *Inter alium.* Sed in MS. manus secunda correxit: *Item alium.* Exc. Gronov. *Interim alium.* quod ex coniectura dedit Stephanus, et alii post eum servarunt.

vacillantem puer sustentat. MSS. Laurent. A. B. Ed. Venet. *vacillanter. Vacillare* proprium et signatum verbum de ebriis. [Cf. qui ipse Ruhnkenium laudat, Burmann. ad Propert. I. 3. 2. pag. 32. BERGMAN.] Glossae veteres: *Vacillantes, κραιπαλῶντες.* Glossarium Latinum MS. *Bacillat* (pro *Vacillat*) *ex vino.* quae glossa fluxisse videtur ex Ciceronis fragmento apud Quinctilian. VIII. 3. pag. 382. [§. 66.] et Aquilam Roman. de Figur. pag. 16. [infra pag. 144. ed. Lugd.] *quosdam ex vino vacillantes, quosdam hesterna potatione oscitantes.* Lucretius III. 475. in luculenta et cum hac Lyconis comparanda, ebrii descriptione:

Denique cur, hominem cum vini vis penetravit
Acris, et in venas discessit diditus ardor,
Consequitur gravitas membrorum? praepediuntur
Crura vacillanti? tardescit lingua? madet mens?
Nant oculi? clamor, singultus, iurgia gliscunt?

Frequens etiam hac in re verbum *titubare*, de quo copiose Drakenborch. ad Sil. Ital. VII. 200.

dissolutis artubus. Hoc ita expressit Propert. IV. 8. 53.

Pocula mi digitos inter cecidere remissos.

ipsum poculum suapte natura dormienti excidit. Ovidius Ep. XVI. 251.

Dum stupeo visis, (nam pocula forte tenebam)
Tortilis e digitis excidit ansa meis.

Libanius in descriptione ebrietatis, Tom. I. pag. 175. D. καὶ ἡ τε κύλιξ ἔπιπτε τῆς χειρός. Scribe ἐξέπιπτε.

§. 8. BRACHYLOGIA. MSS. Laurent. A. B. Ed. Venet. *Brachyapa*, Ed. Rhen. *Brachycpia.*

Digitized by Google

orator brevitate sententiae praecedit auditoris exspectationem. LYSIAE: *Quaeres a me, quo iure obtinere possim, quo iure mihi Polyaenus reliquit, praetor dedit possessionem? Leges me defendunt, ad te non pertinent: hi veritatem sequantur.* Item eiusdem: *Sed vos aequum est voluntatem dispicere. Nam consilio valuit, fortuna*

Sed Rhenanus in marg. emendat *Brachylogia*. Atque ita habent Exc. Gronov. et Edit. Aldina, itaque ex Rutilio citat Quinctilian. IX. 3. pag. 457. [§. 99.] Nihil refert, *Brachyepia*, an *Brachylogia* legatur.

Quaeres a me, quo iure obtinere possim. Notanda varietas modorum in una periodo, *possim* —— *reliquit* —— *dedit*. Vide Drakenborch. ad Liv. XLI. 24. [Huschk. ad Tibull. I. 7. 22. FR.]

* *Polienus. Polyaenus* scripsi ex Ed. Ald. Et sic corrigit Taylerus ad Lysiae Fragm. pag. 668.

quo iure mihi Polyaenus reliquit, praetor dedit possessionem. Haec constans est lectio MSS. et Editionum antiquarum, quam R. Stephani temeritas sic interpolavit: *quo iure mihi Polyaenus reliquit, quo iure praetor dedit possessionem.* Stephaniana scriptura recentiores obsidet Editiones.

praetor. Praetor est ἄρχων. Vide Sylburg. praef. ad Dionys. Halic. et Dukerum ad Liv. XXXI. 24. Hunc de hereditatibus quibusdam ius dixisse, constat ex Isaeo de Pyrrhi hered. pag. 42. Demosthene adv. Macart. pag. 1028. E. [pag. 1054. sq. Rsk.] et Pollucc. VIII. 89. [Plerumque στρατηγοί Graecorum *praetores* vocantur. FR.]

hi veritatem sequantur. F. *sequuntur*: et intelligo de iudicibus, quos praenomine *hi* signare etiam solet Cicero. GESNER. Cicero pro Coel. 2. *Equitis autem Romani esse filium, criminis loco poni ab accusatoribus, neque iis iudicantibus oportuit, neque defendentibus nobis.* ubi Abramus *his* honoris caussa dici putat. Male. Nam δεικτικῶς dicitur, ut saepe de iudicibus. Vide pro Rosc. Amer. 19. pro Cluent. 66. pro Planc. 24. etc. [Cf. Heinrich. in Indice ad Cic. oratt. pro Scaurō etc. pag. 110, b. FR.] *Veritas* est aequitas, ut ad II. 4. explicuimus.

Sed vos aequum est. Sic scripsimus ex Ed. Rhenan. quod et Stephanus cum Gryph. et Lovan. expressit. Nam iudices alloquitur Lysias. Ceteri libri: *Sed nos aequum est.*

voluntatem dispicere. MSS. Laurent. A. B. a prima manu, et Edit. Aldina, *voluntatem despicere*. Discrimen inter *dispicere* et *despicere* eleganter explicat amicissimus Ernestus Clav. Cicer. [Cf. Schaefer. ad Plin. Epist. I. 5. 10. FR.] Simili sententia Auctor ad Herenn. II. 16. *voluntatem in omnibus rebus spectari convenire, et quae consulto facta non sint, ea fraudi esse non oportere.*

Nam consilio valuit. Ed.* Rhenan. *voluit*, quod Stephanus secutus est, Gryph. et Lovan. inepte mutarunt in *noluit*. Nepos Iphicr. 1. *semper consilio vicit, tantumque eo valuit*, quanquam ibi con- 114

lapsus est, homo fuit: fatetur. Concedendum, non omnia posse; hoc enim deorum est proprium.

IX. Synoeciosis. Hoc schema docet diver-

silium non animum, vel propositum significat, ut h. l. sed callidum inventum.

homo fuit. Frequens erroris, vel imbecillitatis humanae excusatio. Petron. cap. 75. *Nemo non nostrum peccat; homines sumus, non dei.* ubi vide Interpretes. cap. 130. *Fateor, me, domina, saepe peccasse: nam et homo sum, et adhuc iuvenis.* Recte P. Burmannus ad priorem locum castigat vulgarem errorem huc trahentium Terentianum Heaut. I. 25. *Homo sum: humani nihil a me alienum puto.* Sed, ut sumus homines, ipse erat hoc referens alium Terentii locum Adelph. IV. 2. 40. *Consen' hominem me esse? erravi.* Cuius sensus hic est: Putasne me sana mente praeditum esse, qui tam absurda loquar? Nam *homo* saepe dicitur, qui sana mente praeditus est, humanum sensum habet, ut in hac ipsa fabula I. 2. 27. *Et tu illum tuum, si esses homo, Sineres nunc facere.* Vide Gronov. in Ciceron. ad Att. II. 2. et Graevium ad X. 11. Eundem Terentii locum perperam etiam accepit Barthius Advers. XXXII. 3. Sed optime intellexit Donatus, cuius corruptissimam explanationem ita emendo: *Vides igitur, ut ipse sibi succenseat, tanquam imprudens erraverit, non dolosus illuserit interrogantem. Et mire se negat, hominem, tanquam homo corpore sit, non corde.* [Cfr. adn. mea ad Quinctil. X. 1. 25. Fr.]

Concedendum, non omnia posse. Sic MS. Laurent. B. Exc. Gronovi Ed. Ald. idque ex ingenio restitut R. Stephanus, quem omnes sunt imitati. MS. Laurent. A. a prima manu, et Ed. Rhenan. *nomina posse.* Ed. Venet. *non nomina posse.* De confusione vocum *omnia* et *nomina* diximus ad I. 15. Valckenarius meus legendum coniiciebat: *Concedendum homini, non omnia posse.* quod ipsum a Rutilio profectum puto.

hoc enim deorum est proprium. Hic locus fugiebat * literatorum principem, R. Bentleium, in aurea Dissertatione de Phalaridis Epistol. pag. 528. [in Opusc. pag. 447. ed. Lips.] disputantem de nobilissimo dicto:

Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεῶν, καὶ πάντα κατορθοῦν.

cuius initium repetebat ab epigrammate, quod eorum, qui ad Chaeroneam cecidissent, memoriae consecratum, retulit Demosthenes de Coron. pag. 579. [pag. 322. Rsk. 289, 289. Bekker.] Sed ex Rutilio liquet, Lysiam ante epigrammatis auctorem eandem sententiam prodidisse. Quanquam ne is quidem prodidit primus. Nam ante Lysiam dixerat Theognis 327.

ἁμαρτωλαὶ γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἔχουσι
θνητοῖς, Κύρνε· θεοὶ δ' οὐκ ἐθέλουσι φράσιν.

ubi scribendum: *ἁμαρτωλαὶ γὰρ ἐν ἀνθρώποισι κέλονται* etc. [Cfr. Welcker. ad Theogn. pag. 105. sq. Fr.] Plura de hoc dicto Lambinus ad Horat. I. Serm. 8. 68.

§. 9. Synoeciosis. Haec est scriptura Editionis Rhenan. quam Stephanus, Gryph. Lovan. admi-

sas res coniungere, et communem opinionem cum ratione adversari, et habet magnam vim vel ex laude vitium, vel ex vitio laudem expiarendi. HYPERIDIS: *Nam hominis avari, atque ambitiosi, unum atque idem vitium est. Uterque enim neseit uti, atque utrique pecunia dedecori est. Quare merito utrique pari poena afficiantur, quos pariter non decet habere.* Item LYSIAE: *Quapropter pergam in multos largitionem abstinentiae testimonium ne crediderís: multo enim confidentius hoc genus hominum furatur. Nam quo magis egit*

serunt. Eam Vossius Inst. Orat. I. 6. pag. 270. confirmat ex Quinctiliano, qui hunc ipsum Rutilii locum respexit, IX. 3. pag. 451. [§. 64.] Συνοικειωσιν vocant, quae duas res diversas colligat: *Tam deest avaro, quod habet, quam quod non habet.* MSS. Laurent. A. B. Ed. Venet. *Syncikeuosis.* unde facilis lapsus fuit in *Sysceuasis*, quod habent Exc. Gronov. Ed. Aldin. et ex ea Pithoeus.

opinioni. Sic Ed. Rhen. Ceteri antiqui, *opinione.*

pergam in multos largitionem. 116 F. *perquam in multos* * *largitionem.* GESNER. Barthius Advers. XVI. 12. corrigit: *per gratiam in multos largitionem*, vel, quod ipsi magis placet, *propter gratiam.* Nihil verius ingeniosa coniectura viri docti in marg. Ed. Rhenan. *prodigam in multos largitionem.* Liv. V. 20. *ne quam invidiam apud patres ex prodiga largitione caperet.* et mox: *qui largitionem novam, prodigam, inaequalem, inconsultam arguens.*

abstinentiae testimonium non crediderís. Scribendum: *abstinentiae testimonium ne crediderís.* ut citat Barthius ad Claudian. de Laud. Stilic. II. 113. *Ne saepius in non abiit*, etiam ubi prohibendi vim habet. Apud Nepot. Ages. 4. vulgo editur: *quare nemine non dubitaret.* Sed Lambinus emendat, *ne dubitaret.* quod libri veteres confirmant, et merito recepit Heusingerus. Apud Senecam Nat. Qu. I. 3. antiquiores editiones exhibent: *Huius rei caussam in humore esse non dubitaveris.* Sed Lipsius et Gronovius, haud dubie libros scriptos secuti, ediderunt, *ne dubitaveris.* Et sic est in Excerptis Cod. Regii, quae sunt in Bibl. Leidensi. [Tu vero non crediderís vera esse, quae h. l. proposuit Ruhnkenius. Neque enim rarum est *non* illud in eiusmodi locis, qualis est Rutilii; neque dubitari potest, quin recte se habeat *non dubitaret* Nepotis et Senecae *non dubitaveris.* Vid. Heindorf. ad Horat. Serm. II. 5. 91. pag. 374. et Schmid. ad eiusd. Epist. I. 18. 72. pag. 401. FR.]

Nam quo magis eget ad sumtum ambitionis. Geminus locus Ciceronis de Offic. I. 14. *Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerumque rapiendi et auferendi per iniuriam, ut ad largiendum suppetant copiae. Sumtum ambitionis* Rutilius dixit, ut Cicero Parad. VI. 3. *sumtum cu-*

Digitized by Google

ad sumtum ambitionis, audacius facit rapinam, ut huic ipsi ambitioni copia suppeditare possit. Item DEMOSTHENES, cum ei quidam obiecisset, matre Scytha natum, respondit: *Non miraris igitur, quod Scytha matre barbara natus, tam bonus et*

pietatis. [Cf. de h. l. ads. ad I. §. 4. FR.]

ut huic ipsi ambitioni copia suppeditare possit. Barthius ad Claudian. de Laud. Stilic. II. 113. legit: *ut hinc ipsi ambitioni* etc. Recte. Pithoeus pro *suppeditare* frustra dedit *suppeditari.* Nam elegantior est activa forma pro *sufficere, suppetere.* I. 6. *cuius et*
117 *fortunae sapientia,* * *et sapientiae fortuna suppeditet.* Terent. Heauteh. V. 8. 46. [ubi cf. ipsum Ruhnk. FR.] *Ut tua amori suppeditare possint sine sumtu tuo Omnia haec.* Bene Donatus: *Suppeditare pro suppeditari.* in quo nuper pro *suppeditari* sine ulla causa scripserunt *suppetere.* Vide Schultingium ad Seneca. Contr. II. 13. pag. 200. Boherium ad Cicero. Tusc. Disp. V. 37. et quos laudat Dukerus ad Liv. XXXV. 44. [Cf. Gernhard. ad Cic. Off. I. 4. §. 12. pag. 18. sq. FR.]

Item DEMOSTHENES, *cum ei* etc. Ita recte citatur in Lexico Fabriano v. *Scytha.* Libri omnes: *Item* DEMOSTHENIS: *Cum ei* etc.

matre Scytha natum. Stephan. Byz. ἐστι δὲ Σκύθη, καὶ Σκυθὶς τὸ θηλυκόν. cuius auctoritate rarior forma satis confirmatur. Demosthenis mater, Cleobule, filia Gylonis, (non Γύλωνος, ut vitiose scribitur in Syriano ad Hermogen. pag. 43.) qui orta quidem Atheniensis erat, sed exul in Scythia uxorem duxerat. Vide Aeschinem adv. Ctesiph. pag. 431. [pag. 441, 173. Bekker.] Plutarchum Demosth. pag. 847. C. [cap. 4.] Suidam v. Γύλων, et P. Wesselingium Probab. cap. 29. pag. 255. Propter hanc materni generis maculam, adversarii Demosthenem *Scytham* appellabant, ut Aeschines l. c. τὸ δὲ ἀπὸ τῆς μητρὸς Σκύθης, βάρβαρος Ἑλληνίζων τῇ φωνῇ. Demades apud Tzetzem Chil. VI. 37. pag. 100. ὁήτωρ οὐκ ἀπεγάμιος, ξένος τελῶν δὲ, καὶ Σκύθης. Dinarchus adv. Demosth. pag. 92. [pag. 150, 15. Bekker] τὸν δὲ κατάπτυστον τοῦτον καὶ Σκύθην. Diogenes etiam Cynicus, ut Pseudo-Plutarchus de Vit. X. Orat. pag. 847. F. narrat, Demosthenem dixit ἐν μὲν τοῖς λόγοις Σκύθην, ἐν δὲ ταῖς μάχαις ἀστικόν. Scribe Ἀττικόν, quamvis sciam, Athenienses ἀστοὺς per eminentiam quandam dici. Dictum vero, quod hic affertur, non exstat in Demosthenis orationibus, quae supersunt, ut probabile sit, illum adversarios privatim hoc responso ad silentium redegisse.

quod Scytha matre barbara natus. Vox *barbara* ab explanatore profecta videtur. Et omisit illam vir doctus, hunc locum citans, in Lexico Fabriano v. *Scytha.* [Si quid est omittendum, equidem malim omitti voc. *Scytha.* FR.] * Possis etiam legere: 118
barbarus natus.

tam bonus et clemens evaserit. Ed. Rhen. *evaserat.* Viri docti corrigunt *evaserim,* quod nec mihi displicet. *Bonus et clemens* similiter iungit Sallustius de rep. ord. Ep. I. 1. *et quamvis bonis*

Digitized by Google

clemens, eumserit? Item eiusdem: *Ego hunc propterea malum esse existimo, quia nimium se gerit severum. Namque ex hominibus humanitatem ac misericordiam tollere, maximum signum malitiae videtur. Ego contra deos precor, namque eiusmodi civem habemus, qui ad supplicium sumendum in omnes pontes sit inexorabilis.*

X. Aporia. Hoc schema efficitur, cum quaerimus, quid aut quemadmodum pro rei dignitate dicimus, nec reperire nos ostendimus. Lysias: *Nec iam rationem invenimus, qua flecti posse speremus. Ita nos omnibus modis tentatos, acerba ac nimium tua facultas affliget.* Item Hegesias: *Non haec est, ut vulgari verbo appellatur, calamitas. Quid igitur? Quod proprium imponam,*

et clemens sit, qui plus potest. ubi Cortius male praefert vitiosam Ed. Venet. lectionem, *novis et clemens.*

quia nimium se gerit severum. R. Stephanus edidit: *quia nimium se gerit severe.* ut Latinitatis ratio postulat. Stephanum imitati sunt Gryph. et Lovan.

Namque ex hominibus. De namque particula cf. quae scripsi ad Quinctiliani X. 1. §. 15. et 7. §. 17. it. Walch. ad Taciti Agric. pag. 194. Fr.

namque eiusmodi civem habemus. F. *nie quem eiusmodi civem habeamus.* Gesner. Malim: *nunquam eiusmodi civem habeamus.* Ed. Rhen. *eiusmodi.* Ceteri antiqui, *huiusmodi.*

§. 10. *pro rei dignitate dicimus.* Hic etiam subiunctivum modum *dicamus* praetulit R. Stephanus. Nec aliter recentiores Editores. Sed indicativum in hac forma vindicavimus ad II. 6.

nos omnibus modis tentatos. Plautus Aulul. III. 4. 3. *Veluti Megadorus tentat me omnibus miserum modis.*

* *acerba ac nimium tua facultas affliget.* Vir doctus in marg. Ed. Rhen. legit: *acerba ac nimium dura facultas.* R. Stephanus: *acerba ac nimium tuta facultas.* quod Gryph. et Lovan. admiserunt. Vereor, ne altius ulcus lateat. Pro *affliget* Stephanus, et recentiores Editores *affligit* dederunt, contra veterum librorum fidem. 119

Non haec est —— calamitas. MS. Laurent. A. *Non hoc est —— calamitas.* Quae scriptura defendi potest exemplis, quae congessit Gronovius ad Senec. de Cons. ad Marc. 19. Sed vulgata elegantior.

ut vulgari verbo appellatur. Cicero Phil. XIV. 4. *Haec a quibus timebantur, eos hostes appellare dubitamus? gravius si quis attulerit nomen, libenter assentiar: hoc vulgari contentus vix sum, leviore non utar.*

Quod proprium imponam, ne-

Digitized by Google

nescio; nisi illud unum, tantam esse aerumnae magnitudinem, ut omnem fortunae superbissimam crudelitatem ingenii miseria superarit.

XI. Parasiopesis. Hoc est, cum aliquid nos reticere dicimus, et tamen tacitum intelligitur. Et hoc utendum est, cum aut notam rem esse auditoribus arbitramur, aut suspicionem excitare maiorem reticendo possumus. Lycurgi: *In praesentia, Iudices, iniussu populi quae improbissime gesserit, reticebo: de falsis eius literis, quas ad senatum miserit, nihil dicam: quae illi saepe interminati sitis, omittam: nam et haec vobis nota sunt; at quae novissime multo indigniora commisit, quam primum cognoscenda.* Hyperidis: *Cogis me iniuriae tuae caussam proferre. Nihil agis; non dicam. Sed ipsum tempus eam patefaciet.*

scio. Repone: *quod proprium imponam nomen, nescio.* Similitudo vicini verbi *nomen* extrivit. Iam aliquoties Rutilio hanc medicinam fecimus. Nunc in transitu Livio succurramus, eodem vitio laboranti, IV. 44. *Postumia, virgo Vestalis, de incestu caussam dixit, crimine innoxia, ob suspicionem propter cultum amoeniorem, ingeniumque liberius.* Legendum: *Postumia, virgo Vestalis, de incestu caussam dixit, crimine innoxia, obnoxia suspicioni propter cultum amoeniorem, ingeniumque liberius.* [Vide mihi integrum locum, et intelliges non satis aptam Ruhnkenii coniecturam esse: *Postumia —— crimine innoxia; ob suspicionem propter cultum amoeniorem ingeniumque liberius, quam virginem decet, parum abhorrens famam.* Fr.]

fortunae superbissimam crudelitatem. Nihil, nisi omnis mutandi libido, R. Stephanum impulit, ut contra veterum librorum fidem ederet: *fortunae acerbissimae crudelitatem.* Commentitia eius lectio recepta a Gryph. et Lovan.

ingenii miseria. i. e. miserum et nimis vitiosum ingenium. * Gesner. Coacta et aliena interpretatio. Mihi, una litera mutata, legendum videtur: *ingenti miseria.*

§. 11. Parasiopesis. Ex Rutilio laudat Quinctilian. IX. 3. pag. 457. [§. 99.]

quae illi saepe interminati sitis. Quae, quod ab omnibus libris antiquis abest, bene restituit R. Stephanus, cuius coniecturam Exc. Gronov. confirmant. Itaque, post alios Editores, admisimus.

et quae novissime. Vir doctus in marg. Ed. Rhen. legit: *at quae novissime.* Recte.

Nihil agis. Edit. Venetae: *Ni-*

XII. Paromoeon. Hoc schema, et omoeoteleuton, et omoeoptoton, ferè non multum inter se distant. Tamen quid intersit, et ex uniuscuiusque supposita sententia cognoscere poteris, et multo diligentius ex Graeco Gorgiae libro, ubi pluribus uniuscuiusque ratio redditur. Sed hoc Paromoeon verborum efficit similitudinem, ita uti hoc est: *Nam disputandi aut suadendi est aliud idoneum tempus. Cum quidem adversarius armatus praesto est, resistendum est huic non verbis, sed armis.*

XIII. Omoeoptoton. Hoc in duobus verbis eundem habet casum, aut eandem novissimam syl-

nil agis. Perperam. Nam *nihil agis* legitima formula est de inani opera. Terent. Adelph. V. 8. 12. *Nihil agis: Fieri aliter non potest.* [ubi Ruhnk. laudat Cic. pro Rosc. Am. cap. 45. et sic Tuscul. Disp. II. 25. §. 61. *Nihil agis dolor! quamvis sis molestus, nunquam te esse confitebor malum.* Fr.] Propert. II. 23. 69.

Nil agis: insidias in me componis inanes.

Lucan. VII. 809.

Nil agis hac ira.

Contra qui quid efficit, *nonnihil agere* dicitur. Cicero pro Planc. 34. *Nonnihil egisti hoc loco. Nam mihi eripuisti ornamentum orationis meae.* Propert. I. 10. 20.

121 * *nonnihil egit Amor.*

ubi vide Passeratium. Sed haec vulgaria sunt, et satis illustrata ab aliis.

§. 12. *quid intersit.* Ita Ed. Rhenan. Reliqui veteres: *quid interest.*

et ex uniuscuiusque. Revocavimus cum Stephano copulam et ex Ed. Rhen. quae e ceteris antiquis excciderat.

ex Graeco Gorgiae libro. De Gorgia, eiusque libro in Praefatione disputavimus.

Sed hoc Paromoeon. R. Stephanus male edidit: Paromoeon *hoc verborum.* cuius lectio admissa a Gryph. Lovan. Pithoeo.

Cum quidem adversarius armatus praesto est etc. Simili sententia Virgil. Aen. IX. 302.

Ante equidem, summa de re statuisse, Latini,
Et vellem, et fuerat melius; non tempore tali
Cogere concilium, cum muros adsidet hostis.

et 378. seqq.

Larga quidem, Drance, semper tibi copia fandi,
Tum, cum bella manus poscunt; patribusque vocatis
Primus ades: sed non replenda est curia verbis,
Quae tuto tibi magna volant, dum distinet hostem
Agger moerorum.

* Ultima verba *non verbis, sed* 122
armis ex Rutilio laudat Quinctilian. IX. 3. pag. 453. [§. 75.] quod eruditos eius Interpretes fugit.

Digitized by Google

Rham.) Id est huiusmodi: *In rebus adversis cui praesto est consilium, non potest deesse auxilium.* Item Sosicratis: *Nam qui secundis rebus libenter assentiuntur, iidem simul ac se fortuna contristaverit, primi insidiantur.*

§. 13. *cui praesto est consilium.* Haec est scriptura Ed. Rhenan. quam Stephanus et recentiores Editores expresserunt. Reliqui veteres: *cum praesto est consilium.*

Nam qui secundis rebus libenter assentiuntur. Lege, et distingue: *Nam qui, secundis rebus, libenter assentantur. Secundis rebus,* cum res secundae sunt. [Cf. Kritz. ad Sallust. Catil. 33. §. 3. pag. 183. Fr.]

assentiuntur —— insidiantur. Ex Graeco προσιόντται, ἐπιτιθέμεναι. Gesner.

simul ac se fortuna contristaverit. Insolentior loquendi ratio, quam idonei scriptoris auctoritate confirmatam vellem. *Coelum contristari* dicitur a poëtis. An igitur talis hic tralatio, qualis apud Ovid. Trist. I. 9. 5.

Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Ita Graeci συνεφής tum de *coelo nubilo*, tum de *vultu tristi* dicunt. [Cf. Schneideri Peric. Crit. in Anthoiog. Graec. pag. 61. Fr.] Sed nescio, an Rutilius scripserit: *simul ac fortuna contra flaverit.* Cicero de Offic. II. 6. *nam et, cum prospero flatu fortunae utimur, ad exitus pervehimur optatos; et, cum reflavit, affligimur.* Liv. XLV. 8. *Is demum vir erit, cuius animum nec prospera (fortuna) flatu suo efferet, nec adversa infringet.* Seneca Agam. 247.

Tamen superba et impotens flatu nimis
Fortuna magno spiritus tumidos daret.

Ammian. Marcell. XVI. 1. *si (fatorum ordo) adfuisset flata tandem secundo.* XXXI. 13. *quanquam Romani aliquoties reflante fortuna, fallaciis* ✓ *lusi bellorum iniquitati cesserunt ad tempus.* Graeci pari elegantia τὴν τύχην ἀντιπνεῖν dicunt. Libanius apud Stob. pag. 562.

Τοῖς εὖ πάσχουσιν ἀντιπνεύσασ' ἡ τύχη.

Polyb. Exc. pag. 97. ὅτε δὲ πάλιν τὰ τῆς τύχης ἀντέπνευσε. Vide Fr. Fabricium ad Cicer. l. c. Ceterum multi eandem sententiam celebrarunt. Demosthen. adv. Stephan. I. pag. 978. A. [pag. 1121. Rsk.] ὃς εὐτυχούντων ἐστὶ κόλαξ, κἂν ἀτυχῶσι, τῶν αὐτῶν τούτων προδότης. Alium eiusdem locum adv. Pantaen. pag. 989. E. [pag. 970. Rsk.] cum Rutiliano contulit Barthius Advers. XXXV. 5. Auctor ad Herenn. IV. 17. *Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt, hi, simul ac fortuna dilapsa est, devolant omnes.* Lucian. Toxar. pag. 514. [§. 7.] οἱ μέχρι μὲν κατ' οὖρον ὁ πλοῦς εἶη, τοῖς φίλοις ἀγανακτοῦσιν, εἰ μὴ ἐπίσης κοινωνήσουσι τῶν ἡδέων· εἰ δέ τι καὶ μικρὸν ἀντιπνεύσειεν αὐτοῖς, οἴχονται, μόνους τοῖς κινδύνοις ἀπολιπόντες. qui locus propter eandem tralationem notandus, comparandusque cum Ovidiano II. ex Pont. 3. 25.

En ego, non paucis quondam munitus amicis,

Digitized by Google

XIV. Homoeoteleuton. Hoc minus evidens est, quam superius; et minorem affert auribus iucunditatem. Nam neque tam paria duo verba sunt, neque eundem habent casum et sonum vocis, quam Graeci παρομοίωσιν appellant. Id est huiusmodi: *Nam respublica nostra ad hunc statum gloriae pervenit, non multitudine hominum, sed severitate legum.*

XV. Isocolon. Hoc aut duabus, aut pluribus sententiis brevibus, et inter se paribus exigitur, ita uti hoc est: *Nequaquam mihi dives est, quamvis multa possideat, qui neque finem habet cupiendi, neque modum statuit utendi. Nam et multum desiderare, egentis est signum: et nihil parcere, egestatis est initium.* Item: *Seorsum*

Dum flavit velis aura secunda meis;
Ut fera nimboso tumuerunt aequora vento,
In mediis lacerâ puppe relinquor aquis.

§. 14. *Nam respublica nostra ad hunc statum gloriae* etc. Similis locus Quinctiliani Decl. III. pag. 71. *Non enim nobis aut multitudo maior est, quam ceteris gentibus.* —— *Principes non facit severitas institutorum, ordo militiae, amor quidam laboris, et quotidiana exercitatione assidua belli meditatio.* ubi tollo manifestum glossema, *quotidiana exercitatione.*

124 *severitate legum.* Polyptoton hic apparet: homoeoteleuton non item. Gesner.

§. 15. *Hoc autem duabus.* Correximus: *Hoc aut duabus.*

exigitur. i. e. *examinatur.* Gesner. *Exigere* pro *examinare* dici, egregie docuit Gronovius Observ. I. 8. [pag. 45. ed. meae. Fr.] et ad Senec. Agam. 984. ex quo hauserunt Graevius ad Sueton. Aug. 31. et alii. Sed *examinandi* potestas ab hoc loco aliena videtur. Itaque scripserim: *Hoc aut duabus, aut pluribus sententiis brevibus, et inter se paribus efficitur.* Sic I. 14. 17. et II. 10. *Hoc schema efficitur.* ib. 19. *Hoc schema efficitur ratione brevi et sententiosa.*

Nequaquam mihi dives est. Haec unius Ed. Rhen. lectio est. Nam a reliquis antiquis abest vox *dives.* Mira varietate Exc. Gronov. *Nequaquam mihi par est.* quod non Codicis scriptura, sed viri docti, lacunam supplentis, coniectura videtur.

et nihil parcere, egestatis est initium. Similia collegit Barthius ad Claudian. in Rufin. I. 35. Rutilio non omisso.

egestatis est initium. Seorsum est. Scripsimus: *egestatis est initium. Item: Seorsum est.* Vox *item*, qua diversa exempla separantur, hausta est a similitudine praecedentis. *Seorsum est* viri

Digitized by Google

est, beneficium dare libenter, iniuriam facere nolle. Nam dando beneficium, extemplo benivolentiam: non faciendo iniurium, duntaxat odium vitamus.

XVI. Antitheton. Hoc pluribus modis fieri solet, et habet in omni genere orationis summam utilitatem. Quare separatim demonstrandum est de unoquoque genere eius. Unum est, cum contrariae res inter se conferuntur. Charisii: *Alter eorum erat in dando benignus, alter erat in recipiendo astutus. Hunc omnes conquirebant, ne ab eo vi-*

docti explicant *aliud est.* Quae vis an huic voci subiecta sit, vehementer dubitamus. [Vid. Ochsner. ad Ciceronis Eclogas pag. 66. ed. 3. Schaefer. ad Dionys. Hal. de Comp. Verb. pag. 292. Fr.] Vir eruditus in marg. Ed. Rhen. legit: *Diversum est.* quod si non verum, certe accommodatum sententiae.

125 * *iniuriam facere nolle.* Auctoritate veterum librorum delevi copulam *et*, quam inde a Stephano omnes Editiones habent.

Nam dando beneficium, extemplo benivolentiam. Haec constans lectio veterum librorum, qui in una tantum voce variant. Nam MS. Laurent. A. *extimplo*, Ed. Rhenan. *extemplo*, MS. Laur. B. Exc. Gronov. Edd. Venet. Aldin. *exemplo.* R. Stephanus ut labantem sententiam fulciret, verbum *acquirimus* inculcavit hoc modo: *Nam dando beneficium, extemplo benivolentiam acquirimus.* quod secure receperunt recentiores Editores. Forte lacuna sic explenda: *Nam dando beneficium, extemplo benivolentiam adiungimus.* Ita locus similis erit Tulliano pro Muren. 20. *sapiens praetor offensionem vitat aequabilitate decernendi, benivolentiam adiungit lenitate audiendi.* [Koehlerus (vid. pag. 98.) nullam hic agnoscens lacunam hunc esse sensum ait: *Nam dando beneficium, extemplo benivolentiam* consequimur: *non faciendo iniuriam, duntaxat odium vitamus.* Namque *consequimur* illud latere in sequente opposito *vitamus.* Et sane non rara est illa dicendi forma, quam *Zeugma* vocant. Vid. Matth. ad Cic. pro Rosc. Amer. §. 22. et pro Arch. P. §. 5. pag. 391, b. Zumpt. Gr. Lat. §. 775. Brem. ad Demosth. Phil. I. §. 35. Fr.]

§. 16. Antitheton. Quinctilian. IX. 2. pag. 437. [§. 101.] *Rutilius quidem Lupus in utroque genere* (Comparationem posuit) *idque ἀντίθετον vocat.* [Cf. Spald. ad Quinctil. l. c. Fr.]

pluribus modis. MSS. Laurent. A. B. Ed. Venet. *pluribus moribus.*

Hunc omnes conquirebant, ne ab eo viderentur. Hunc quoque * 126
locum R. Stephanus flagitiose interpolavit in hunc modum: *Hunc omnes conquirebant, illum vitabant, ne ab eo viderentur.* Quae interpolatio vel barbaro sermone se prodere potuisset Gryphio, Lovan. et Pithoeo, qui

derentur. Huius enim pudor erat omnibus iucundus, illius autem impudentia, ipsi suavis, ceteris amara. Hoc idem fieri potest in una persona, ita uti fecit Dinarchus, cum ipse de se diceret: *Olim in adolescentia sedulo omnem gloriam sectabar: at nunc in senectute summum me ambitionum invasit odium. Tunc facile multis opitulabar: nunc iam me ipsum tueri vix possum. Tum mihi beatissimus videbar, si quam plurimis benigne fecis-*

illum admiserunt. Verum antiqua scriptura, quam revocavimus, labem suscepisse videtur. An scribendum, *Ad hunc omnes concurrebant, ne ab eo viderentur?* Ita *inquirere* et *incurrere* confunduntur apud Ovid. Met. I. 149. Nihil dum melius excogitare possum. *Hunc* refer ad remotius, *eo* [pro quo fortassis reponendum *illo.* Fr.] ad propinquius: quod optimis scriptoribus usitatum est, sicut Critici centies docuerunt: Vide, ne alios commemorem, Gronovium Observ. III. 16. [pag. 281. ed. meae, ubi vide quae adscripsi. Fr.] Graevium ad Cicer. pro Rosc. Com. 2. pro Mur. 14. et Dukerum ad Flor. I. 26. 7. IV. 2. 48. [Cf. ipsum Ruhnk. ad Terent. Andr. I. 4. 6. Fr.]

Dinarchus, *cum ipse de se diceret.* Si verum est, quod tradunt Dionys. Halic. in Dinarcho pag. 113. et Pseudo-Plutarch. de Vit. X Orat. pag. 850. D. Dinarchum unam tantum orationem κατὰ Προξένου βλάβης suo nomine publice habuisse, quin inde ductus hic locus sit, non potest dubitari. Huc accedit, quod iidem scriptores testantur, hanc orationem a Dinarcho habitam esse octogenario. Atqui senectutis suae in hoc fragmento mentionem facit; ut tanto minus ea de re ambigendum videatur.

Tunc facile. Ed. Rhen. *Tum facile.*

Tum mihi. Miror, si in nullo libro legitur, *Tunc mihi.* De discrimine verborum *tunc* et *tum* exposuerunt Zumpt. Gr. Lat. §. 285. Weberus in libro haud vulgari, *Uebungsschule f. d. lat. Styl*, I. pag. 93. et quem honoris caussa nomino, Ochsnerus ad Ciceronis Eclogas pag. 230. et 293. ed. 3. Fr.

* *si quam plurimis benigne fecissem.* Edit. Rhenan.: *si quam plurimis fecissem.* cuius lacunam ita explebat R. Stephanus: *si quam plurimis bene fecissem.* idque Gryph. Lovan. Pithoeus expresserunt. Sed multo elegantiorem lectionem suppeditant MSS. Laurent. A. B. Exc. Gronov. Edd. Venet. et Aldin. *si quam plurimis benigne fecissem.* i. e. si erga quam plurimos liberalis et munificus fuissem. Terent. Adelph. V. 4. 24. *Quid ego possim Blande dicere, aut benigne facere.* ubi vide Rivium. Catull. LXXII. 3. 127

Omnia sunt ingrata: nihil fecisse benigne est.

ubi formulae elegantia Is. Vossium non fefellit. Liv. IV. 14. *quod plebi benigne fecisset.* ubi e Cicerone exempla affert Drakenborchius. Seneca de Benef. V. 19. *si quid pro hoc benigne*

Digitized by Google

sem: nunc contra vereor, ne quid mihi desit ad necessarium aetatis meae cultum. Tunc ego ipse pro republica fortiter arma capiebam: nunc praeterquam laudare eos, qui rempublicam armati defendunt, nihil valeo. Est autem genus huius, quod in eadem sententia, priori verbo contrarium quod est, infert, et coniungi solet. ISIDORI: *Non ille stultitia, aut furore impulsus tam graves labores frustra subibat, sed ex acerbitate laboris iucundos voluptatis fructus sibi parabat.* Aliud est item, quod superiori infert, sed consequenter, ita uti fecit DEMETRIUS PHALERIUS: *Nobis*

facit. Gell. XVII. 5. *quisquis liberaliter et benigne facit.*

Tunc ego ipse. *Ipse* abest a MS. Laurent. B.

Est autem genus huius, quod etc. Nobis quoque placet Stephaniana correctio, quam Gryph. Lovan. et Pithoeus secuti sunt: *Est etiam genus huiusmodi, quod* etc. Ita mox MS. Laur. A. pro *huius honoris* exhibet *huiusmodi honoris.* Sed etiam legi potest: *Est etiam genus, eius.* scilicet *schematis.* [Haec ratio mihi magis placet, quam Stephaniana; sed pro *etiam* malim *item*, et servari quod libri praebent *huius.* FR.]

quod in eadem sententia, priori verbo contrarium quod est, infert, et coniungi solet. Vir doctus in marg. Ed. Rhen. legit: *quo in eadem sententia, priori verbo contrarium inferri et coniungi solet.* Ego suspicor, vitium esse in *coniungi.* Auget suspi-
128 cionem * MS. Laurent. A. in quo lacuna est in hoc verbo. R. Stephanus edidit: *et coniungere solet.* quod venit in Gryph. et Lovan.

ISIDORI. Huius oratoris unus, quod sciam, Diogenes Laërt. VII. 34. mentionem facit: ἀλλὰ καὶ Ἰσιδώρῳ τῷ Περγαμηνῷ ῥήτορι, ὃς καὶ ἐκτμηθῆναί φησιν ἐκ τῶν βιβλίων (Ζήνωνος) τὰ κακῶς λεγόμενα παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς ὑπ' Ἀθηνοδώρου τοῦ Στωϊκοῦ κ. λ. ex quo aetas eius colligi potest. Rutilii locus si Menagio in promtu fuisset, *Isidorum* in *Apollodorum* non commutasset.

Non ille. MS. Laur. B. Ed. Venet. *Nam ille.*

tam graves labores frustra subibat. Ita scripsimus MS. Laurent. A. auctoritate. MS. Laurent. B. Exc. Gronov. Edd. Venet. et Aldin. *subibit*, sicut mox *parabit* pro *parabat.* Ed. Rhen. *subiret*, quod et Stephanus et alii Editores expresserunt.

quod superiori infert. Edit. Rhen. *quod superiorem infert.* quod ex illa receperunt Stephan. Gryph. Lovan.

sed consequenter. R. Stephanus, audacissime inculcata voce, sic dedit: *sed consequenter sententiam.* quod servarunt Gryph. et Lovan.

DEMETRIUS PHALERIUS. *Phalerius* constanter Codices scripti editique, si Editionem Rhenan.

Digitized by Google

primum dii immortales fruges dederunt: nos, quod soli accepimus, per omnes terras distribuimus. Nobis maiores nostri rempublicam reliquerunt: nos etiam socios nostros de servitute eripuimus. Itaque et amplissimus nobis honos ab omnibus habetur, et propter huius honoris dignitatem, superbiae nostrae nemo vestigium experitur.

excipias. In Cicerone etiam de Offic. I. 1. praeter Codices ab aliis excussos, MS. Leidensis et Editio prima apud Ioannem Fust exhibent *Phalerius:* eandemque MSS. varietatem in Nepot. Miltiad. 6. viri docti observarunt. Immo N. Heinsius Syllog. Epist. Tom. V. pag. 89. in Phaedro V. 1. 1. legere non dubitavit:

Demetrius, qui dictus est Phalerius.

129 Ego etsi formam *Phalereus* * praefero, [idque iure meritoque facis, Ruhnkeni optime! Fr.] alteram tamen propter Codicum consensum in textu reliqui. [De syllabarum numero et quantitate dixit Heusingerus in Obss. Antibarb. pag. 372. quem vide. Fr.]

Nobis. Atheniensibus per Cererem et Triptolemum. Gesner.

Nobis primum dii immortales etc. Haec usque ad *eripuimus*, sine ulla fere varietate, ex Rutilio laudat Quinctilian. IX. 3. pag. 454. [§. 84.] Hic autem campus est, in quo Oratorum Atticorum exultare solebat oratio.

maiores nostri remp. reliquerunt. Bardilius (in Friedemanni et Seebodii Miscell. Crit. Vol. I. Part. II. pag. 383.) sic legendum censet: *maiores nostri* liberam *remp. reliquerunt.* Fr.

de servitute eripuimus. Cfr. Huschkius ad Tibull. I. 10. 60. Fr.

huius honoris. MS. Laurent. A. *huiusmodi honoris.*

superbiae nostrae nemo vestigium experitur. MS. Laurent. A. *superbientem nemo vestigium experitur.* Vir doctus in marg. Ed. Rhen. corrigit: *superbiae nostrae ne vestigium quidem experitur,* vel potius, quod scribere haud dubie voluit, *reperitur.* A qua coniectura parum discrepat nostra: *superbiae nostrae ne vestigium reperitur. Ne* ponitur pro *ne quidem.* Quod ut in *nemo* corruptum erat, facile consecuta est verbi *reperitur* in *experitur* commutatio. Caesar de B. G. VII. 8. *ne singulari unquam homini eo tempore anni semitae patuerant.* ubi vide Oudendorpium. Petron. cap. 9. *cuius ne spiritus purus est.* Librarii, qui hanc elegantiam non caperent, saepe *quidem* post *ne* inculcarunt. [Fuerunt etiam qui in talibus locis pro *ne* reponerent *nec.* ut ap. Horat. Serm. II. 3. 262. ubi Ruhnkenio adstipulatur Heindorf. Fr.] Apud Ciceronem de Fin. I. 11. vulgatae Editiones: *Hoc ne statuam quidem dicturam pater aiebat.* Parad. III. 1. eaedem: *certe ne bono quidem melius quidquam inveniri potest.* Utroque loco membrana Leidensis *quidem* recte omittit. Quod
* etiam Davisius de Fin. I. 6. 130
Codices suos secutus, eiecit. Vide exquisitae doctrinae virum, C. A. Dukerum ad Flor. III. 17. 2. et ad Liv. XLIV. 36. [Vid. Spald. ad

XVII. Epitrope. Hoc fieri solet, cum alicui rei vehementer confidimus, et nostro iure iudicibus largimur, ut, quemadmodum videtur illis, constituant, atque eo pareamus. Hyperbidis: *Sed ego iam, Iudices, summum ac legitimum, quod exposui, meae causae ius omitto: vobis, quod aequissimum videatur, ut constituatis, permitto. Non enim vereor, quin etiam si novum vobis instituendum, libenter id quod postulo, propter utilitatem communis consuetudinis sequamini.*

XVIII. Parrhesia. Fere contrarium est hoc superiori. Nam in hoc vehementer cum iudice agendum est, et vitium aut erratum eius audacter coram eo reprehendendum. Sed diligenter hoc ve-

Quinctil. I. 5. 38. Ochener. ad Ciceronis Eclog. pag. 480. ed. 3. et Gernhard. ad Cic. Paradox. in Addend. pag. 319. sq. Fr.]

§. 17. Epitrope. Male Ed. Rhen. Epicope. Vide Tarseb. ad Quinctilian. IX. 2. pag. 774. [Burm.]

et nostro iure iudicibus largimur. Legendum, ut Caussinus pag. 394. edidit: *et ita nostro iure iudicibus largimur.*

atque eo pareamus. Ita veteres libri. R. Stephanus dedit: *atque ei pareamus.* quod ex eo habent recentiores Editiones. Caussinus l. c. *atque eis pareamus.* Forte scribendum: *atque adeo pareamus.*

Non enim vereor, quin. *Vereor* quum dubitationem interdum significet cum aliquo timore coniunctam, hic ita struitur, ut *non dubito.* Fr.

quin etiam si novum vobis instituendum. Haec est scriptura Exc. Gronov. et Ed. Aldin. quam Pithoeus expressit. MSS. Laurent. A. B. Edd. Venet. et Rhenan. *quin etiam sit novum vobis instituendum.* R. Stephanus ex coniectura dedit: *quin etiam si novum sit vobis instituendum.* Ego non semel ingenium in hoc loco expertus sum. Sed nihil reperi, quod probarem. — Nunc in hac coniectura acquiesco: *quin, etiam si sit novum vobis ius statuendum, libenter* etc. Ex Addendis. — [Toupius quoque *etiam si sit* scribendum putabat. Recte. Similiter Spaldingius apud Quinctil. Inst. Oratt. X. 1. 89. pro *etiamsi* bene coniecit legendum esse *etiamsi sit*, in his: *Cornelius autem Severus etiamsi versificator quam poëta melior, si tamen, ut est dictum, ad exempla primi libri bellum Siculum perscripsisset, vindicaret sibi iure secundum locum.* De quo tamen loco vide quae scripsi in observatt. critt. in quosd. locos Quinctil. pag. 19. **) Fr.]

§. 18. Parrhesia. Hoc etiam schema ex Rutilio citat Quinctilian. IX. 3. pag. 457. [§. 99. it. IX. 2. 27. cf. Iul. Rufin. §. 33.]

* *Sed diligenter hoc verendum, et raro assimulandum est.* Le-

rendum, et raro assimulandum est, invitos necessario dicere, ne magis confidentia, quam dolore excitati videamur, atque ita non fides, sed odium iudicum consequatur. DEMOSTHENIS: *Sed ego libram vocem veritatis apud vos omittam? Non, inquam, nec reticebo, quod salus communis dicit. Flagitat vestram operam, Athenienses: in tanto respublica periculo est. Vos eam defendere defe-*

gendum videtur: *Sed diligenter hoc utendum et raro: assimulandum* etc. GESNER. Ed. Rhen. *Sed diligenter hoc ferendum.* R. Stephanus, qua solet, audacia dedit: *Sed diligenter hoc faciendum.* a quo hic etiam pendent Gryph. et Lovan.

atque ita non fides. Ex praecedenti *ne* intelligendum *ut*. Vide quae disputavimus ad I. 13. pag. 46.

Flagitat vestram operam. Omnes antiqui: *Flagitat vestra opera.* Forte: *Flagitatur vestra opera.* Sed vera R. Stephani coniectura, quam cum aliis Editoribus recepimus.

Athenienses. Ita est in Exc. Gronov. forte ex viri docti coniectura. Nam reliqui antiqui, *Quirites*, ut I. 7. II. 19. *Athenienses* etiam emendat Rhenanus: *viri Athenienses* R. Stephanus, et recentiores Editores in textum induxerunt.

Vos eam defendere defecistis temere omnibus credendo. Insignis in hoc loco varietas scriptorum editorumque librorum. MSS. Laurent. A. B. Edd. Venet. et Aldin. *Vos enim defendere defecistis* * *temere omnibus credendo.* Exc. Gronov. *Vos enim defecistis temere omnibus credendo.* Ed. Rhenan. *Vos enim defectis temere omnibus credendo.* Rhenanianae lectionis vestigia secutus R. Stephanus, ita corrigere instituit: *Vos enim decepti estis temere omnibus credendo,* quod in Editiones recentiores fluxit. Nihil verius lectione, quam primo loco commemoravimus, si modo leviter sic adiuvetur: *Vos eam defendere defecistis temere omnibus credendo. Deficio defendere* probe et elegans loquendi ratio, sed e Graeco fonte ducta, atque eo poëtis magis usitata, quam solutae orationis scriptoribus. Tibullus Paneg. in Messal. 191.

Non te deficient nostrae memorare Camenae.

Furius Bibaculus apud Sueton. de Grammat. 11.

Mitati sumus unicum magistrum,
Summum grammaticum, optimum poëtam,
Omnes solvere posse quaestiones,
Unum deficere expedire nemen.

Sic vulgatum, *Unum difficile expedire nomen*, eleganter correxit praestanti vir ingenio, Ioannes Toupius Emendat. Suidae Tom. III. pag. 174. Alia constructione Propert. I. 8. 23.

Nec me deficiet nautas rogitare citatos.

ubi vide Ios. Scaligerum. Par ratio est verbi *deesse*. Propert. I. 16. 7.

Et mihi non desunt turpes pendere corollae

cistis temere omnibus credendo, et quorum ignavissimi sunt consilia, eorum sententias utilissimas existimando. Item LYCURGI: *Sed vos, Iudices, vos haec facere debetis. Nam cum in sententiis ferundis nocentibus remisse paratis,*

Semper, et exclusi signa iacere faces.

ubi hanc formam illustravit magnus Scaliger, quem deinde alii satis imprudenter compilarunt. Lucan. VII. 669.

*nec deerat robur in enses
Ire duci, iugulique pati, vel pectore letum.*

Valer. Flacc. VII. 94.

*nunquam mihi dextera, nec spes
Defuerit mox iussa pati, nec cedere duris.*

ubi Aldinam Rutilii lectionem bene comparat Burmannus. His adde, quae habet N. Heinsius ad Sil. Ital. VII. 497. [Tibull. IV. 1. 100.

Tunc tibi non desit faciem componere pugnae.

ubi Huschkius praeter Ruhnkenium ad h. l. laudat Cort. ad Sallust. Iug. cap. 110, 3. FR.]

133 * *Nam cum in sententiis ferundis nocentibus remisse paratis.* Revocavimus veterum librorum scripturam, quamvis manifeste mendosam, quam ita immutarat R. Stephanus: *Nam cum in sententiis ferundis nocentibus remissionem paratis.* Quae coniectura, velut Codicum lectio, recentiores Editiones occupavit. Vir doctus in marg. Ed. Rhen. corrigebat: *Nam cum in sententiis ferundis nocentibus remisse parcatis.* Mihi legendum videtur: *Nam cum in sententiis ferundis nocentibus poenam remittitis, paratum vos improborum studium ad peccandum excitatis.* De priore coniecturae parte, *poenam remittitis*, nolim cum quequam contendere. Sed *paratum studium* quin Rutilius scripserit, nullum mihi dubium est. [L. *remissi esse paratis.* Tour. Burgessii (in Append. ad Dawesii Miscell. Critt. pag. 363. sq.) haec est de hoc loco adnotatio: „Pro *paratis* statim inter legendum in mentem „venit *parcatis.* Sed displicebant „*remisse* et *parcatis* coniuncta, „quo deinde paullo melius videbatur *remissi parcatis.* Sed loco penitius inspecto et considerato nunc censeo fortasse Rutilium scripsisse: *Nam cum in sententiis ferundis nocentibus remisse faciatis*, vel *agatis.* — „*Remisse facere*, ut *benigne facere* antea pag. 127. ubi locutionem elegantem optime illustrat Ruhnkenius. *Remisse faciatis* explicet quis *parcatis*, „quod superscriptum tandem vorae lectionis locum occuparit, atque inde corrupta lectio *paratis.* Praeterea hoc Lycurgi „exemplum schemati *Parrhesiae* „magis, opinor, conveniet, si „pro altero *vos* legamus *non*: „*Sed vos, iudices, non haec facere debetis.* quod ad reprehensionem propius accedere videtur. *In hoc* (autem Schemate), „inquit Lupus, *vehementer cum „iudice agendum est, et vitium „aut erratum est audacter coram eo reprehendendum.* Ruhnkenius locum ita constituit: „*Nam cum in sententiis ferundis „nocentibus* poenam remittitis, „paratum *vos improborum studium ad peccandum excitatis.* „In his vero elegantiam et fa-

vos improborum studium ad peccandum excitatis.

XIX. Aetiologia. Hoc schema efficitur ratione brevi et sententiosa, ita ut, quod dubium est visum, ad certam fidem adduci videatur. *Quod vobis, Athenienses, in suadendo assentiuntur, vos fallere possunt. Nam dictum ad voluntatem cu-*

„cilitatem desidero, quae Ruhnkenianis plerisque elucet conlecturis: quanquam viro docto conjectura sua ita placebat, ut nihil id sibi relinqueret dubii, quin *paratum* saltem *studium* scriptoris Rutilius." Fr.]

vos improborum studium ad peccandum excitatis. Foedissima et MSS. et veterum Editionum in hoc loco est corruptela: *vos in forum studium ad spectandum excitatis.* Vera lectio, quam post alios in textu reposuimus, R. Stephano debetur; cuius coniectura tam elegans est, ut multis sim peccata redimere possit.

§. 19. Aetiologia. MS. Laurent. B. Edd. Venet. et Aldin. *Etymologia*, Ed. Rhen. *Eteologia*. Bene R. Stephanus scripsit *Aetiologia*, quod unum solum MS. Laurent. A. confirmat, sed etiam Quinctilianus, hoc schema e Rutilio laudans, IX. 3. pag. 456. [§. 93.]

Quod vobis, Athenienses etc. Excidit nomen Oratoris, cuius exemplum ponitur. R. Stephanus locum sic interpolavit: *Idem: Quod vobis, viri Athenienses* etc. quasi Lycurgi exemplum esset. Nos subditicium *idem*, quod recentiores Editores servarunt, hinc submovimus.

assentiuntur. F. *assentantur.* Gronov. Cf. ad §. 13. adn. 2. Fr.

vos fallere possunt. Hoc est, *vos fallunt.* Quam elegantiam multis exemplis demonstrarunt Guil. Canterus Nov. Lect. II. 2. et Interpretes ad Liv. XXXII. 13. Verum nec Stephani coniectura contemnenda: *vos fallere possunt* i. e. *capiunt, volunt.* Ovid. Met. VIII. 707.

Esse sacerdotes, delubraque vestra tueri
Poscimus.

In Lucano V. 606, libri quidam MSS.

mataque poscunt,
Aequora subductis etiam concurrere ventis,

quod Burmannus praeferri vindicato *possunt*, sed minus aptis exemplis defendit. Magis accommodatus locus Valer. Flacc. IV. 192.

Exoptantque virum, contraque occurrere poscunt.

Seneca Controv. I. 8. pag. 137. *ego vero te etiam morari posco inter voluptates.* ubi Io. Schultingius comparat Stephanianam Rutilii lectionem. Claudian. in Eutrop. I. 151.

Cernite, quem Latiis poscant annectere fastis.

Arnob. VII. pag. 254. *Sed bonus auditor nunquam rogari se posit. Postulare* hoc sensu familiare Comicis, de quo I. Fr. Gronovius ad Gell. IV. 1. [et ipse Ruhnk. ad Terent. Andr. IV. 1. 29. Simile Graecum ἀξιοῦν. Cf. Xenoph. Hier. 5. §. 2. Fr.]

Nam dictum ad voluntatem

diloris obscuratum erat quaestione utilitatis. Sed ab iis, qui suadent, quod vobis iucundum est, decipi non potestis. Non enim sententias vestras valent commutare, nisi vobis evidens bonum sui consilii patefecerint. Item eiusdem: *Etsi acerbum vobis, quod dicturus sum, videbitur, tamen aequo animo audiendum est. Nam fere verum consilium, quod initio auditu grave est, in posterum cognita utilitate fit iucundum.*

XX. TAXIS. Hoc fit, cum unaquaeque res novissimorum verborum sententia clare distinguitur. STRATOCLIS: *Nam vehementer eorum vitiis invehi non licebat, reticere omnino non expediebat: suspiciose loqui potissimum placebat.* Item

auditoris obscuratum erat quaestione utilitatis. Exhibemus veterum librorum lectionem: quam cum non intelligeret R. Stephanus, ad libidinem et arbitrium sic refinxit: *Nam dictum ad voluntatem auditoris obscurat quaestionem utilitatis inquisitionem.* Quae labes deinde in omnes Editiones propagata est. Sensum hunc esse puto: Nam assentatio latebat sub quaestione utilitatis. *Dicere ad voluntatem* est *assentari.* Cicero pro Quint. 30. *Fatetur, se non belle dicere, non ad voluntatem loqui posse.* ubi
135 vide Interpretes. de Amicit. * 25. *levium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem.* Sic Graevius correxit e libris scriptis, et dudum ante Graevium Sebast. Corradus Quaestur. pag. 816. [Cf. Ochsner. ad Ciceronis Eclogas pag. 244. ed. 3. FR.] *Obscuratum erat*, occultatum, factum erat.

iucundum est. Scribendum vel *iniucundum est*, ut Stephanus edidit, vel non *iucundum est.*

Item eiusdem. Sic cum Pithoeo scripsimus. Libri veteres: *Item eius*, R. Stephanus: *Item alius eiusdem.*

Nam fere. Haec est MS. Laurent. A. et Edit. Rhen. scriptura. Ceteri antiqui: *Nam fore.*

§. 20. TAXIS. Hoc etiam schema ex Rutilio *Ordinis* nomine laudat Quinctilian. IX. 3. pag. 455. [§. 91. ubi vid. Spald.]

vitiis invehi. Invehi interdum cum dandi casu struitur, ut *invadere, intrare* etc. [Est Graecum ἐπιφέρεσθαί τινι. FR.] Liv. XXV. 40. *stationibus hostium cum ingenti terrore ac tumultu invectus.* Curt. IV. 3. *quibus rex invectus ipsum demersit.* Nullum tamen exemplum ad manum est, ubi in metaphorica significatione sic construatur. Itaque hoc quoque inter Rutilii singularia referendum. [Cf. supra ad §. 3. ubi est *reversurum officio.* FR.]

* *suspiciose loqui potissimum* 13
placebat. Suspiciose loqui dicitur, qui ita loquitur, ut auditor plus suspicetur, quam audiat. Ita Seneca Ep. 114. *suspiciosas sententias* explicat, *in quibus plus in-*

Digitized by Google

Dinarchi: ***Itaque ut familiares videbantur, hos necessitudine opitulandi adstrinxit, hosque ignotos iusta benivolentiae caussa illexit.***

telligendum est, quam audiendum. Cicero Brut. 34. [§. 131.] *qui suspiciosius aut criminosius diceret, audivisse me neminem.* [Cf. or. pro Rosc. Am. cap. 20, pr. Fr.] Seneca pater Controv. II. 9. pag. 164. *Ofta tamen Iunius bene dicebat has controversias, quae suspiciose dicendae erant.* ubi vide Schultingium, qui Rutilii locum non neglexit. Sueton. Domit. 10. *ob suspiciosos quidem, verum et veteres, et innoxios iocos.* Vide Barthium ad Stat. Silv. I. 2. 27.

Dinarchi. Ita legendum esse, docuimus ad II. 5. pag. 88. MSS. Laurent. A. B. Ed. Rhenan. Thimachi. Edd. Venet. Aldin. et recentiores Timarchi.

Itaque ut familiares videbantur. MS. Laurent. A. *Ita ut fam. vid.* Barthius Advers. XVI. 12. tentat: *Itaque ut familiares videantur.* Perperam. Nam ut est postquam. Cicero pro Cluent. 13. *Qui ut se blanditiis et assentationibus in Asinii consuetudinem penitus immersit.* Ovid. Ep. XVIII. 26.

Sollicitum raucis ut mare fervet aquis.

ubi vide Heinsium. Adde Gronovium ad Liv. XXXV. 23. et Drakenborch. ad XXI. 29.

iusta. MSS. Laurent. A. B. Ed. Venet. *iuxta.*

Digitized by Google

AQUILAE ROMANI
DE
FIGURIS SENTENTIARUM
ET
ELOCUTIONIS
LIBER

Rhetoricos petis longioris morae ac diligentiae, quam pro angustiis temporis, quod me profecto ur-

139 * Aquilae Romani de Figuris etc. Hunc titulum habet Edit. Aldina, et ex illa Pithoeus. Ed. Veneta: *Incipit Romani Aquilae Rhetoricos. Petis* etc. Ed. Rhenan. *Rhomani Aquilae de nominibus figurarum et exemplis liber. Ex Alexandro Numenio.* Qui tituli a librariis formati videntur. Nam vera inscriptio sine dubio periit una cum nomine illius, cui Aquila libellum dedicavit. Quis Aquila fuerit, quando
140 vixerit, * ignoramus. Antiquior certe est Martiano Capella, qui, ut deinceps demonstrabimus, eius scrinia compilavit: sed recentior Alexandro Numenio, Graeco Rhetore, qui sub Hadriano, vel sub Antoninis vixit, e cuius libro *de Figuris*, ut Iulii Rufiniani testimonio cognoscimus, Aquila nomina et definitiones figurarum sumsit, suppositis in Graecorum exemplorum locum Latinis. Ille ipse Alexandri liber superest, primum editus ab Aldo Manutio inter Rhetores Graecos pag. 574. deinde repetitus, et eleganter emendatus a viro Graece doctissimo, Laurentio Norrmanno, qui pluribus de Alexandro et Aquila disputans, bene iudicat pag. 166. Aquilam quidem Alexandri vestigiis institisse, *sic tamen, ut suis auspiciis, suo arbitrio ubique rem gerat, non alieni operis interpretationem condat.* Adde H. Valesium Emendat. I. 28.

Rhetoricos. Scilicet *libros.* Absolute etiam Quinctilian, III. 1. pag. 119. [§. 20.] *nisi et rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret.* [et II. 15. 6. *In rhetoricis etiam, quos sine dubio ipse non probat.* Fr.]

quod me profecto urget. Recepimus verissimam scripturam Edd. Venet. et Rhenan. Cicero

Digitized by Google

get: ideoque postea plenum hoc tibi munus reddemus. In praesenti autem nomina ipsarum figurarum cum exemplis percurrisse sufficiat, tantum praelocutus, quo maxime orator ab oratore differat, unum aut hoc certe esse praecipuum figuras sententiarum atque elocutionum. Nam inventio rerum cum acutis hominibus, quos tamen oratores nondum appellare possis, communis est. Illorum verborum Latinorum scientiam et usum vel grammaticus sibi vindicat. Illi quoque mores, qui τρόποι nominantur, ab eadem hac arte [id est, gram-

Tuc. Disp. I. 43. *Cum iam moriendi tempus urgeret.* Aldina: *quo me profectio urget.*

In praesenti autem. Abest autem ab Ed. Ald.

tantum praelocutus. Pithoeus contra libros veteres edidit: *tantum praelocutus.* Sed *praelocutus* non habet, quo referatur. Legendum igitur: *tantum praelocutis*, ut a *sufficiat* pendeat. [De ipso *praeloquendi* verbo cf. infra §. 19. Fr.]

quo maxime orator ab oratore differat. Integram veterum librorum lectionem Pithoeus ita corrupit: *quo maximus orator ab oratore differat.* Aquila exprimit Alexandrum de Figur. I. 2. pag. 10. σήλον γὰρ, ὅτι ἰδιόν τινα ὑπόθεσιν τῇ πλάσει τῶν σχημάτων ἐποιήσαμεν, καὶ οἱ ῥήτορες τῶν ῥητόρων.

141 *unum aut hoc certe esse praecipuum.* R. Stephanus verba hoc modo traiecit: *unum hoc esse, aut certe praecipuum.* Ego unam tantum vocem transpono: *unum hoc, aut certe esse praecipuum.*

communis est. Illorum verborum Latinorum. R. Stephanus sic distinguit: *communis est illorum: verborum Latinorum* etc. Latinitatis ratio postulat: *communis est illis.* Sed aliud latere videtur.

scientiam et usum vel grammaticus sibi vindicat. Restituimus Edit. Aldinae lectionem. Edd. Venet. et Rhen.: *scientia et usu vel grammaticus sibi vindicare.* R. Stephanus ex coniectura: *scientiam et usum vel grammaticus sibi vindicaret.*

Illi quoque mores, qui τρόποι nominantur. Vossius Inst. Orat. IV. 5. pag. 164. Aquilam scripsisse putabat: *Illi quoque modi*, ut Cicero de Orat. III. 41. *modos* vocat tropos. Sane *mores* et *modi* saepe confunduntur, ut apud Rutilium II. 16. pag. 125. Veruntamen nihil mutandum esse, viri docti ostenderunt ex Beda de Trop. S. Scriptur. pag. 379. *Sunt autem τρόποι, qui Latine modi, vel mores interpretari possunt.* Quinctilian. VIII. 5. pag. 397. [§. 35. ubi vid. Spald.] et IX. 1. pag. 414. [§. 1.] tropos *motus* appellat, ubi vide Gesnerum V. C. *Motus* etiam in Quinctiliano legit Diomedes II. pag. 438. ne quis temere *modos* reponendum putet.

id est, grammatica. Haec uncis inclusi, quippe ab explanatore profecta.

matica] non minus diligenter sunt cogniti, quam ab oratore: sed quatenus cuique generi materiae adhibere eos debent, orator melius intelligit. Figuradarum sententiarum et elocutionum proprium oratoris munus est. Hoc enim genere et parva extollit, et angusta dilatat, et cum celeritate tam ornatum plerisque et vim et pondus verbis ac sententiis. Ad permovendos quidem animos auditoris aut iudicis nihil aequale est. Quod sic facillime intelligitur, si, quae sunt figurate enunciata apud magnos oratores, detractis figuris eloqui velis. Invenientur enim nequaquam dignitatem, aut vim eandem retinentia. Sed figurarum, sicut supra diximus, aliae sunt sententiarum, quae διάνοιας σχήματα appellant;

142 * *sed quatenus cuique generi materiae adhibere eos debeat.* Haec est Editionis Aldinae lectio. Edd. Venet. et Rhenanae mendose: *ei quatenus*, unde R. Stephanus fecit: *etiam quatenus.* Pro *cuique generi materiae* vir doctus in marg. Ed. Rhen. legit *cuiusque generis materiae.* [Non male. Sed nihil mutandum. Fr.] Pro *debeat* Edit. Ald. *deheant.* Sed scribendum *deceat.* [Ego *debeat* non ineptum puto. Fr.] Quae verba saepius permutantur. Petron. cap. 2. *quum Sophocles, aut Euripides invenerunt verba, quibus deberent loqui.* Vir eruditus in ora libri mei corrigit: *quibus deceret loqui.*

et cum celeritate tam ornatum plerisque et vim et pondus verbis ac sententiis. R. Stephanus, coniecturam secutus, dedit: *et cum celeritate affert ornatum plerisque* etc. De hoc loco ita ad me scripsit vir eruditissimus, Iac. Fr. Heusingerus: „Equidem mihi persuasi, *cum celeritatem, tum ornatum plerisque* etc. scriptum fuisse. Sed verbum *affert*, an *addit*, an aliud excideritet in quem locum sit reponendum, parum mihi constat. *Celeritatem* eraciini conciliant asyndeton, epitrochasmus, aliaeque figurae.“ [Cf. quae dixi ad Quinctiliani lib. X. cap. 1. §. 102. Fr.] Ego verbum *addit* in fine periodi ponam, hoc modo: *pondus verbis ac sententiis addit.* Facile elidi potuit a sequenti *ad. Celeritatem et vim* Aquila iterum coniungit §. 41.

verbis ac sententiis. Ad permovendos. Sic legendum. Pithoeus: *verbis ac sententiis ad permovendos.* Gesner. Recte interpunxerunt Aldus et R. Stephanus.

Quod sic facillime intelligitur. * R. Stephanus sine idonea causa scripsit: *Quod sic facillime intelligatur.* 143

aut vim eandem retinentia. Tres vetustae Editiones, quarum fidem sequimur, consentiunt in manifesto vitio; *aut vim fandi retinentia.* Elegans et vera est R. Stephani coniectura, quam in textum recepimus.

aliae elocutionis, quae λέξεως σχήματα vocantur. Percurramus igitur sententiarum figuras. Naturae est enim prius sentire, quam eloqui.

I. Prodiorthosis, praecedens correctio. Haec figura, ubi aliquid necessarium dictu, et insuave audientibus, aut odiosum nobis, dicturi sumus, praemunit. Exemplum apud Ciceronem frequens: *Quanquam sentio, quanta hoc cum offensione dicturus sim, dicendum est.*

II. Leptologia. Tale *pro Gallio* de convivio luxurioso: *Ut clamor, ut convicium mulierum, ut symphoniae cantus. Videbar mihi videre alios*

Naturae. F. *Natura.* Gesner. Vulgatam probat, et cum locutione, *rationis est*, comparat Io. Schultingius ad Senec. Controv. II. 12. pag. 169. Mihi Gesneri ratio placet. — Et sic legendum esse, patet ex Quinctiliano, quem Aquila descripsit, IX. 1. pag. 416. [§. 19.] *Ut vero natura prius est, concipere animo res, quam enuntiare.* Ex Addendis.

§. 1. *Quanquam sentio.* Sumtum ex oratione deperdita. [Apud Orell. est Vol. IV. P. II. pag. 579. Fr.]

§. 2. *Tale pro Gallio.* Deest hic quippiam. R. Stephanus. Ex Ed. Rhenan. excidit nomen schematis, Leptologia; quod * fraudi fuit I. C. Scaligero Poëtic. III. 37. sed non fefellit P. Victorium Var. Lect. XXII. 5. In omnibus vero libris desideratur *Leptologiae* definitio, facile supplenda ex Alexandro I. 11. pag. 30. Ciceronis orationem *pro Gallio* qui commemorarint, recenset Torrentius ad Suston. Aug. 27. Fragmenta eius [quae in ed. Orell. legantur Vol. IV. P. II. pag. 454. et sq. Fr.] collegit et explicuit Car. Sigonius in Cicer. Fragm. pag. 757. quibus addo, quod est apud Eugraphium in Terent. Eunuch. II. 2. 4. *ut Tullius in Gallia: aqua spurce dictum commemorarent in libera civitate.* Nam sine dubio corrigendum: *ut Tullius in Galliana: qui spurce* etc. Sic oratio *pro Cornelio*, *Corneliana* dicitur, *pro Fundanio*, *Fundaniana* etc. [Cf. Spald. ad Quinctil. IV. 2. 61. et VIII. 3. 66. Fr.]

Ut clamor, ut convicium mulierum, ut symphoniae cantus, Cicero fortasse scripsit: *Fit clamor, fit convicium mulierum, fit symphoniae cantus.* [Wakefieldus Silv. Crit. Part. V. pag. 129. scribendum ait: *Et clamor, et conv. mul., et symph. cantus.* Fr.] Virgil. Aen. I. 728.

Crateras magnos statuunt,
et vina coronant,
Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant
Atria.

Clamor et *convicium* in eadem re confunguntur Verrin. V. 11. *Erant autem convivia cum maximo clamore, atque convicio.* Ibid. 13. *locum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantuque symphoniae.* [De convicio cfr. Ruhnk. ad Terent. Adelph. II. 1. 26. Fr.]

Videbar mihi videre alios in-

Digitized by Google

intrantes, alios autem exeuntes, partim ex vino vacillantes, partim hesterna potatione excitantes. Versabatur inter hos Gallius unguentis oblitus, redimitus coronis. Humus erat lutulenta vino, coronis languidulis et spinis cooperta piscium. Quod si hoc ipsum esse aliqui diatyposin, hoc est, descriptionem volunt, intelligant, nos non de universo loco, sed de executione singularum rerum loqui, quas ita persecutus est, ut etiam minima quaeque demonstraret.

III. Prosopopoeia est personae confictio. Haec figura plurimum in se continet dignitatis, cum rempublicam ipsam loquentem inducimus, aut defunctos aliquos quasi excitamus ab inferis, et in conspectu iudicis collocantes, oratione hos circumdamus. Talis est illa *pro Coelio* Appii Caeci persona, inducta contra Clodiam, ita dicens: *Mulier, quid tibi cum Coelio? quid cum adolescentulo? quid cum alie-*

trantes, alios autem exeuntes. Haec usque ad finem laudat Quinctilian. VIII. 3. pag. 382. [§. 66.] et partem eorum repetit XI. 3. pag. 589. [§. 165.] Comparandus locus Terentii Andr. II. 2. 26. *Interea introire neminem Video, exire neminem.*

partim ex vino vacillantes. Vide quae diximus ad Rutilium II. 7. pag. 111.

potatione. Veteres Edd. *potione*, quod recte mutavit R. Stephanus. Vide annotationem ad Rutil. II. 7. pag. 109. [Vid. Orell. l. c. adn. 4. Fr.]

145 61* *Humus erat lutulenta vino.* Quinctilian. l. c. una vice plenius habet: *Humus erat immunda, lutulenta vino.* nisi forte illa vox ex glossa irrepserit. Certe non ferenda R. Stephani audacia, qua, refragantibus libris, *immunda* in Aquilae textum induxit. Cicero Phil. II. 41. de simili convivio: *personabant omnia vocibus ebriorum: natabant pavimenta vino: madebant parietes.* ubi vide Abramum. Ciceronem imitatur Salvian. adv. Avarit. IV. pag. 269. *Natant triclinniorum redundantium pavimenta vino, Falerno nobili lutum fluxerit; mensae eorum ac torcularia mero iugiter madent, semper uda sint.*

coronis languidulis. Vid. Spald. ad Quinctiliani l. c. pag. 239. b. Fr.

§. 3. *pro Coelio.* Cap. 14. [§. 33.] ubi *cum homine adolescentulo*, ut R. Stephanus edidit, semper * fere editus Ciceronis 146
loca, ab Aquila et Rufiniano laudata, ad exemplaria vulgata conformare.

Digitized by Google

no? Saepe enim, quae nos ex nostra persona dicentes vix ferant iudices, suppositа dignitate personae, liberius dici et convenientius poterunt.

IV. Ethopoeia, moralis confictio. Haec figura differt a superiore, eo quod ibi et personas fingimus, quae nusquam sunt, hic certis quibusdam vel personis verba accommodate affingimus, vel ad improbitatem earum demonstrandam, vel ad dignitatem. Tale est illud *pro Quintio: Quid Sex. Naevius? Ridet nostram amentiam scilicet, cum ab eo officia boni viri desideramus. Et quemadmodum natus, inquit, et quemadmodum educatus sum, memini. Vetus est, de scurra divitem facilius, quam patremfamilias fieri posse.* et cetera.

nos ex. Hae voces absunt ab Edd. Venet. et Aldin.

§. 4. *ibi et.* Pithoeus transposuit sic: *et ibi.*

vel personis. R. Stephanus *vel* delevit. Recte, ut opinor.

demonstrandam. Edd. Venet. et Aldin. *demonstrandum.* [Talia non ita rara sunt. Vid. Drakenborch. ad Liv. Hist. XL. 49. §. 1. et Ramshorn. Gr. Lat. §. 169. 4. pag. 646. sq. Sed h. l. ea ratio valde dubito num admitti possit. Fr.]

pro Quintio. Haec ita apud Ciceronem hodie cap. 17. [§. 55.] *Quid ad haec Naevius? Ridet scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officii desideremus, et instituta bonorum virorum requiramus. Quid mihi, inquit, cum ista summa sanctimonia ac diligentia? Viderint, inquit, ista officia viri boni: de me autem ita considerent: non quid habeam, sed quibus rebus invenerim, quaerant. Et quemadmodum* etc. Gesner. [Sic etiam Orellius, sed quae post *quemadmodum* sequuntur verba haec sunt: *nutus, et quo pacto educatus sim. Memini. Vetus* etc. Fr.]

Quid Sex. Naevius. Edd. veteres: *Quod Sex. Naevius?*

Vetus est, de scurra divitem. Haec rectius ita distinguuntur: *Vetus est de scurra: divitem* etc. ut est apud Orellium. Ex vulgari distinctione de praep. ad eam rationem accedit, quam habet *ex* in his: Plaut. Cist. III. 21. *Si possim tranquillum facere ex irato mihi.* Iustin. Hist. XIV. 4. §. 3. *Vos me ex imperatore captivum fecistis.* Cf. Sallust. Iug. 10. §. 2. Terent. Andr. I. 1. 10. ibique Ruhnken. Demosthen. de Chers. §. 66. (pag. 106. Rsk.) *Τοιγάρτοι τούτων μὲν ἐκ πτωχῶν ἔνιοι ταχὺ πλούσιοι γεγόνασι καὶ ἐξ ἀνωνύμων καὶ ἀδόξων ἔνδοξοι καὶ γνώριμοι, ὑμεῖς δὲ τοὐναντίον ἐκ μὲν ἐνδόξων ἄδοξοι, ἐκ δ' εὐπόρων ἄποροι.* Cf. Olynth. 3. §. 29. (pag. 36.) ubi non possum adsentiri

V. Aposiopesis, reticentia, cum intra nos supprimimus ea, quae dicturi videmur, quod aut turpia, aut invidiosa; aut alioqui nobis gravia dicturis sunt, ut est Demosthenicum illud prooemium: *Non pari ego et adversarius pericolo ad iudicium venimus: sed mihi quidem. Nolo quicquam initio dicendi ominosius proloqui.* Interdum etiam utimur hac figura, quasi ad alia properemus. Tale est Virgilianum illud:

Quos ego. Sed motos praestat componere fluctus.

VI. Epitrochasmos, percursio. Haec rursum figura differt a Coacervatione: quod cum illa res diversas pluresve in eundem locum confert, haec

Schaefero de ταχὺ ante voc. πλούσιοι reponendo. Fr.

147 §. 5. * *gravia dicturis sunt.* Haec est Ed. Aldin. scriptura. Edd. Venet. et Rhen. *gravia dicturi sunt.* R. Stephanus ex coniectura dedit: *gravia dictu sunt.* quod verum puto.

Demosthenicum *illud prooemium.* Pro Coron. pag. 470. [pag. 226. Rsk. 200, 8. sq. Bekker.] ὅτι οὐ περὶ τῶν ἴσων ἀγωνίζομαι. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον νῦν ἐμοὶ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας διαμαρτεῖν, καὶ τούτῳ μὴ ἐλεῖν τὴν γραφήν, ἀλλ' ἐμοὶ μέν· οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν οὐδὲν, ἀρχόμενος τοῦ λόγου. Eodem exemplo utuntur Quinctilian. IX. 2. pag. 429. [§. 54.] et Macrob. Saturn. VI. 6. pag. 559. ut Graecos Rhetores omittam. [Cf. Schaef. ad Demosth. Tom. II. pag. 17. extr. Fr.]

Nolo quicquam. R. Stephanus: *Nolo autem quicquam.*

ad alia. Sic edidit R. Stephanus. Edd. veteres, *ad alias.*

Virgilianum *illud.* Aen. I. 135. In hac lectione tametsi omnis consentit antiquitas, tamen vir doctissimus legendum contendit:

Vos ego. Sed motos praestat componere fluctus.

A quo ita dissentio, ut, si omnes Codices haberent *Vos ego*, unus spectatae fidei *Quos* * *ego*, hunc Virgilii manum conservasse putarem. Adeo luculenter oratio turbata exprimit Neptuni animum turbatum. Vere Longinus *II. T.* §. 20. ἐν στάσει γὰρ τὸ ἡρεμοῦν, ἐν ἀταξίᾳ δὲ τὸ πάθος. qui personarum etiam mutationem in tali animi commotione similibus exemplis illustrat §. 27.

§. 6. *Coacervatione.* Synathroesmo: quod schema cum aliis quibusdam excidisse, viri docti suspicantur.

quod cum illa res diversas pluresve in eundem locum confert. Edd. Venet. et Aldina: *quod illa res universas pluresve* etc. Ita etiam Ed. Rhen. nisi quod habet, *quod cum illa.* Quae R. Stephanus partim bene, partim secus mutavit: *quod cum illa res diversas plures in eundem locum conferat.* Ex hac coniectura *diversas*, ut necessarium et verum, recepi.

Digitized by Google

distantia plura inter se percurrens velocitate ipsa circumponit, ut si velis dicere: *Caesar in Italiam evolavit, Corfinium dimidio delectam ceperat, urbe potiebatur, Pompeium persequebatur.*

VII. Ironia, simulatio, frequentissima apud oratores figura, ubi aliud verbis significamus, aliud re sentimus. A quo genere figurae prooemium *pro Ligario* sumtum est: *Novum crimen, C. Caesar, et ante hunc diem inauditum.* et cetera.

VIII. Paralipsis. praeteritio. Frequens est huius figurae usus, ubi quasi praetermittentes quaedam, nihilominus dicimus, sicut *pro Milone* tota illa quaestio inducta est, qua docet fuisse e republica, occidi Clodium: *Quod si non possem*, inquit, *diluere crimen, ut dilui, tamen gloriose haec praedicare Miloni liceret.* Item *de domo sua* contra Clodium: *Videsne non radicitus evellere totum tribunatum?* et cetera, inquit. Quae

evolavit. Stephanus edidit *evolarat.*

Corfinium dimidio delectam ceperat. Sic Edd. Venet. et Rhenan. item Aldina, in qua *delectam* pro *delectam.* Ex quarum Editionum vestigiis verissimam elicio lectionem: *Corfinium, Domitio deiecto, ceperat. Deiicere hostem* pro *expellere, fugare,* frequens historicis locutio. Vide Gronov. et Drakenborch. ad Liv. XXII. 24. Nusquam infelicius crisin exercuit R. Stephanus, qui ita legit: *Corfinium praesidio desertum ceperat.*

potiebatur. Ed. Rhen. *perociebatur.*

149 §. 7. * *figura, ubi aliud.* Restituimus Edit. Ald. lectionem. Edd. Venet. et Rhenan. *ubi figura aliud.* ex quo R. Stephanus fecit: *qua figura aliud.*

prooemium pro Ligario. Vide Spald. ad Quinctil. IV. 1. 39. Fa.

§. 8. Paralipsis. Ed. Ven. *Parulempsis,* Ed. Rhen. *Paralepsis.* Et sic Mart. Capella, qui magnam partem Aquilae, suppresso eius nomine, descripsit, V. pag. 171.

pro Milone. Cap. 27. ubi ita legitur: *de qua* [morte Clodii] *si iam nollem ita diluere crimen, ut dilui, tamen impune Miloni palam clamare, atque mentiri gloriose liceret.*

fuisse e republica, occidi. Ab Edd. Ven. et Rhen. abest *fuisse.* Stephan. hoc ordine: *e republica fuisse, occidi.*

praedicere. Recte Stephanus scripsit *praedicare.*

de domo. Steph. *pro domo.* Locus est cap. 13. [§. 34.] multo plenior. [Cf. de hoc orat. quae dixi ad Quinctilian. X. 1. 23. Fa.]

inquit. Hanc vocem expunxit Stephanus.

Digitized by Google

praetermittere se ait, nihilominus dicit. Utemur autem hoc adiumento in his, quae infirma, vel invidiosa nobis futura sunt, si directo dicantur.

IX. Apostrophe, aversio, necessaria plerumque figura, ubi quae ad alios dicta volumus, ad alios dicere videmur. Sic plerumque convertimus orationem in reum ab iudice, cum illa tamen, quibus adversarium alloquimur, iudici allegentur. Acutissimum exemplum in *Philippicis* Demosthenis, ubi quibus verbis populum Atheniensem monitum vult, ea se dicit apud Graecos et Arcadas et Messenios concionatum invidiose. Et M. Tullius cum saepe alias, tum *pro Roscio* convertit orationem ad Chry-

150 * *directo*. Ed. Ald. *directe*.

§. 9. *aversio*. Edd. Rhen. et Aldin. *aversatio*. Sed cum Stephano scripsimus *aversio*, quod firmat Ed. Venet. in qua est *adversio*. [Quemadmodum hic *aversatio* scriptum erat pro eo quod dicendum erat atque dicitur *aversio*, sic vicissim apud Plin. H. N. VIII. 33. 51. pro *versatione*, quod est in MSS. Codd., ante Harduinum perperam legebatur *versione*, in his de chamaeleone: *nec pupillae motu, sed totius oculi versatione circumspicit*. Ipsum enim *versionis* vocabulum (quod frustra defendit Friedemannus in Ruhnk. Opusc. Tom. I. pag. 122.) idonea auctoritate caret, neque hoc neque alio sensu dicitur; omnium autem minime usitata Latinis erat ista huius vocis significatio, quam nunc mirifice delectantur theologi nostri cum philologis: qui tandem aliquando ut ea voce prorsus abstineant, omni cura et studio providendum est. Nam verissime Augustus Matthiae in Eloq. Lat. Exempl. pag. 307. „*Versio*" inquit „pro *translatione*, qua ex alio in alium „sermonem vertitur, *non est Latinum*, quamvis scholastici magistri omnes a discipulis suis „*versiones* exigant." Ac *translationem* quidem dixit Quinctilianus I. 4. 18. Fr.]

convertimus orationem. Hinc corrigendus Mart. Capella l. c. in quo legitur: *convertimus actionem*.

ab iudice. Sic bene emendavit R. Stephanus. Vide Quinctilian. IX. 2. pag. 426. [§. 38.] Tres Edd. vetustae: *ad iudicem*.

alligentur. F. *allegentur*. Gesner.

in Philippicis Demosthenis. Philipp. II. pag. 66. C. [pag. 70. Rsk.]

populum Atheniensem. Edit. Rhen. *populum Atheniensium*.

ea se dicit. Ed. Rhen. *eadem se dicit*.

apud Graecos et Arcadas et Messenios. Immo *apud Messenios et Argivos*, ut apud ipsum Demosthen. l. c.

pro Roscio. Cap. 49. [§. 144.]

Digitized by Google

sogonum, ab illo loco: *Rogat oratque te, Chrysogone, et* cetera.

X. Diaporesis, addubitatio. Hac utimur, cum propter aliqua volumus videri addubitare, et quasi ab ipsis iudicibus consilium capere, quo potissimum genere orationis utamur. Quale est *pro Cluentio* prooemium: *Equidem quo me vertam, Iudices, nescio. Negemus fuisse illam rem.* et cetera. Item *pro Cornelio: Pugnem aperte contra nobilissimorum hominum voluntates? Studia, consilia, cogitationesque eorum aperiam?* et cetera. Quae quasi dubitans, an sibi facienda sint, dicit.

XI. Erotema, interrogatum. Eo utimur, ubi exacervando aliquid interrogamus, et augemus eius invidiam, hoc modo: *Fuisti illo in loco? Diuistine, haec gesta esse? Renunciasti ea, quibus decepti sumus?* Haec enim si sine interrogatione

§. 10. *addubitatio.* Apud Quinctil. IX. 2. 19. (ubi vid. Spald.) dicitur *dubitatio.* Fr.

151 * *Hac utimur.* Ed. Rhen. *Hac utuntur.*

propter aliqua. Edit. Rhen. *propter aliquas.* ex quo R. Stephanus fecit: *propter res aliquas.*

addubitare. Edit. Rhen. *dubitare.*

ab ipsis iudicibus consilium capere. Cf. Quinctil. IX. 2. 20. et Iul. Rufin. de Fig. Sent. et Eloc. §. 10. Fr.

pro Cluentio. §. 4. ubi pro *negemus* est *negem.* et sic edidit h. l. Capperonnerius pag. 18. Fr.

Pugnem aperte. Idem exemplum, [quod apud Orell. exstat Vol. IV. P. II. pag. 452. Fr.] sed contractius, est apud Mart. Capellam l. c. Pro Capella Andr. Patricius ad Cicéron. Fragm. pag. 972. memoriae lapsu Fortunatianum nominat.

§. 11. *exacervando.* Viri docti legere malint *exacerbando*, quorum coniecturam et ratio refellit, et Mart. Capella l. c. quem *exacervando* [id verb. non habet Forcellin. Fr.] in Aquila legisse, ex his eius verbis apparet: *cum interrogando aliquid coacervamus, et exaggeramus eius invidiam.* ubi duo MSS. Leidenses pro *coacervamus* habent *acervamus.*

* *Fuisti illo in loco.* Edd. Venet. et Ald. *Fuisse illo in loco?* 152
Recte Stephanus: *Fuistine illo in loco?*

haec gesta esse. *Ita* insertum a Stephano ex sequentibus.

Renunciasti. Stephan. *Renunciastine.*

dicantur ad hunc modum: *Hic fuit illo in loco, et ita esse gesta dixit, et falso renunciando nos decepit*: haec prolata minus invidiose proferentur.

XII. Posma, quaesitum. Hoc genus a superiore eo differt, quod ad interrogatum una voce tantum responderi potest, vel a negante, vel a confitente: Quaesito autem occurri non nisi pluribus potest, hoc modo si dicas: *Qua igitur ratione bellum geremus? Quae auxilia nobis parata erant? Quis erit, qui subvenire velit, cum tum acerbe socios tractaverimus?*

XIII. Diatyposis, descriptio, vel deformatio, ubi rebus subiectis personarum et formas ipsas, et habitus describimus, et exprimimus, ut Tullius hoc modo: *Ponite ante oculos Rullum, hasta posita in Pompeii castris, cum suis formosis fruitoribus auctionantem.* Item plenius *pro Milone*: *Si haec*

falso renunciando. Stephanus sine ulla caussa scripsit: *falsa renunciando.*

haec prolata. Stephan. *haec sic prolata.* Equidem verba *haec prolata* abesse mallem.

§. 12. *a superiore.* Sic R. Stephanus correxit veterum Editionum scripturam, *ex superiore.* Confirmat Mart. Capella l. c.

quod ad interrogatum. Veteres Edd. *quo ad int.* Sed bene Pithoeus, *quod ad int.* ex Mart. Capella, in quo contra ex Aquila pro *interroganti* scribendum *interrogato.*

Quaesito autem. Mart. Capella, *Quaestio autem.* quod ex Aquila emendavit Illustris Grotius.

non nisi pluribus potest. Edd. Venet. et Ald. hoc ordine: *nisi pluribus non potest.* [Hoc ordine plerumque Cicero; neque tamen reiicula est vulgaris lectio. Fr.]

158 *si dicas.* Bene R. Stephanus mutavit veterum Editionum scripturam, *si dicat.* Sed praeterea legendum: *ut hoc modo si dicas.*

subvenire velit. Male Stephanus: *subvénire vélet.*

§. 13. Diatyposis. Cf. Quinctilian. IX. 2. 41. Fr.

ubi rebus subiectis personarum. Haec est lectio Edd. Venet. et Aldinae. Multum abit Ed. Rhen. *ubi rebus delectis personarum*, cuius scripturam R. Stephanus ineptissime sic immutare maluit: *ubi rebus derelictis personarum*, quam veram lectionem petere e Mart. Capella: *ubi rebus subiectis personisque.* Eam confirmat Alexander I. 24. pag. 60. Ὅταν ἅμα προσώπων καὶ πραγμάτων παραδυναστεύειν ποιησόμενοι.

Ponite. Agrar. II. 20. [§. 53.] Edd. Venet. et Aldina omittunt verba: *Ponite ante oculos Rullum.*

pro Milone. Cap. 20. [§. 54.]

non gesta audieritis, sed picta videritis. Et deformat Milonem in rheda sedentem penulatum cum uxore, item Clodium cum equo et delectis villa egredientem. Eodem modo *pro Roscio* et de Glaucia: *Nonne vobis haec, quae vidistis, oculis cernere videmini, Iudices? Non posita, non impetum repentinum? Non versatur ante oculos ipse Glaucia?* et quae sequuntur.

XIV. Antisagoge, compensatio. Est autem huiusmodi, ubi aliquid difficile et contrarium confitendum est: sed contra inducitur non minus firmum. Qualia sunt haec *de rege Ptolemaeo* apud Ciceronem: *Difficilis ratio belli gerendi: at plena fidei, plena pietatis.* Et, si dicas: *Magnus labor, multa pericula proponuntur: at gloria ex his immortalis est consecutura.*

XV. Diasyrmos, elevatio, vel irrisio, ea fi-

cum equo. Malo Stephan. *in equo et cum delectis.* Pithoeus revocavit *cum equo*, sed retinuit *cum delectis.* Vulgatam firmat Mart. Capella.

pro Roscio. Cap. 35. [§. 98.] 154 unde * haec facile restitui possunt. Stephanus, abiecto *et*, dedit, *de Glaucia.*

§. 14. Antisagoge. Veteres Edd. *Antenagoge.* Sed *Antisagoge* vel Capellam, vel coniecturam secutus, restituit R. Stephanus. Et sic Alexander I. 25. pag. 52.

inicitur. F. *inducitur*, ἀντεισάγεται, unde ἀντεισαγωγὴ dicta est. Gesner. De eleganti Gesneri coniectura nos haud dubitare sinit Mart. Capella, qui Aquilam sic contraxit: *Antisagoge, contraria inductio. Haec figura est, cum aliquid difficile est, et contrarium conferimus, ut Cicero etc.* Ex quo, fallatur, si quis in Aquila legere malit: *conferendum est.* Nam Aquila illud exprimit verbis: *sed contra inducitur non minus firmum.*

de rege Ptolemaeo. Vide Sigonium ad Cicero n. Fragm. pag. 999. [Orell. Vol. IV. P. II. pag. 458. Fr.]

belli gerendi. Ed. Rhem. *belligerandi*, et saepe alibi varietur. Vide Drakenborch. ad Liv. XXII. 39.

pericula proponuntur. R. Stephanus emendavit: *pericula proponuntur*, quod probo. * Cicero 155
pro Sext. 60. *fateor, multa proponi pericula.*

§. 15. Diasyrmos. Miror, H. Grotium hinc non emendasse Mart. Capellam, in quo mendosissime legitur: *Diasyrmos est elevatio, vel imprecatio. In hac laudantur, quae dicuntur etc.* Vide Vossium Inst. Orat. IV. 13. pag. 215.

Digitized by Google

gura est, qua indentes, quae dicuntur ab adversariis, dissolvimus. Qualis est ille locus *pro Murena* in Sulpicium totus de iure civili.

XVI. Metastasin, transmotionem, quidam inter figuras nominavit, cum rem a nobis alio transmovemus, non ita ut ibi caussam constituamus. Alioquin iam non figura erit, sed species quaedam eius status, quem qualitatis, aut ex accidenti appellant secundum Hermagoram. Ceterum alibi in parte aliqua orationis sententiam hoc modo figuramus: quale est apud Demosthenem initio defensionis *pro Ctesiphonte: Cum bellum*, inquit, *Phocense conflatum esset; et non per me; nondum enim ego ad rempublicam accesseram.* Tale et illud *pro Cornelio* videri potest de aerario: *Relatum*, inquit, *tribuniciis legibus, exhaustum a quibus sit, ipsi sciunt.*

XVII. Hae fere sunt ab elegantissimis electae figurae sententiarum: quibus si, ut adolescens acerrimo ingenio, utebaris nactus proprio motu animi,

§. 16. Metastasin. Capella, *Metathesis.* [Cf. Spald. ad Quinctilian. III. 6. 53. et 56. Fr.]

transmotionem. Edd. Venet. et Ald. *transmutationem.* ut duo MSS. Leidenses in Mart. Capella legunt.

quidam inter figuras nominavit. Contra librorum fidem R. Stephanus dedit: *quidam inter figuras nominant.* Qui hic satis contemtim *quidam* appellatur, est Alexander I. 27. pag. 54. quem Aquila in hoc libello scribendo sibi ducem delegit.

quale est. Edit. Venet. *qualis est.*

pro Ctesiphonte. Pag. 475. pag. 230. Rek. 205, 18. Bekker. *τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου, οὐ δι' ἐμέ· οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε:* ubi vide Taylorum. [Adde Reisk.]

* *et non per me.* Copulam *et*, quae ex praecedenti verbo nata videtur, recte delevit R. Stephanus. [Schaeferus ad Demosth. l. l. miratur servatum *et.* Fr.]

Tale et illud. Sic Stephanus. Veteres Edd. *Tale est illud.*

pro Cornelio. Cicer. Orell. Vol. IV. P. II. pag. 451, 37. Fr.

a quibus sit. *Sit* abest ab Ed. Ald.

§. 17. *nactus proprio motu animi.* R. Stephanus ex ingenio dedit: *citatus proprio motu animi.* Malim: *incitatus pr. m. a.* [Ego vero maluerim: *actus* vel *tactus pr. m. a.* quod aliquanto propius ad illud *nactus* accedit

aut etiam existimatione lectionis Tullianae, prius etiam quam numeros earum, nominaque perceperis, nihil mirum est. Omnia enim fere, quae praeceptis continentur, ab ingeniosis hominibus et in dicendo se exercentibus fiunt, sed casu quodam magis, quam scientia. Ideoque doctrina et animadversio adhibenda est, ut ea, quae interdum sine ratione nobis occurrunt, semper in nostra potestate sint, et quoties res postulaverit, a nobis ex praeparato adhibeantur. Nunc ad figuras elocutionis transeamus. Qua in traditione primum mihi videtur demonstrandum, quot genera sint elocutionis, quotque modis ea utamur.

XVIII. Est igitur omnis oratio, aut soluta, nulla inter se necessitate numerorum, neque composita membris quibusdam, vel determinata certa circumscriptione verborum. Ea plerumque in sermone assiduo et in epistolis utimur: interponitur

quam vel *incitatus* vel *citatus*. Fr.]

existimatione. F. *ex imitatione*. Gesner. Ed. Ald. *aestimatione*.

prius etiam quod numeros earum, nominaque perceperis. Mutavit Stephanus hoc modo: *prius etiam quam numerum earum, nominaque percepisses*. Ex hac mutatione *quam* recepi, cetera auctori suo reliqui.

in nostra potestate sint. Similis dictio est haec Quinctiliani (X. 1. 48.): *Affectus quidem, vel illos mites vel hos concitatos, nemo erit tam indoctus, qui non in sua potestate hunc auctorem habuisse fateatur*. Cf. Cicer. Brut. §. 274. De *occurrunt* quod praecedit cf. quae dixi ad Quinctil. X. 1. 7. pag. 15. Fr.

157 * *Qua in traditione*. Sic Stephan. Veteres Edd. *Quia in traditione*.

ea utamur. Sic Edd. Venet. Aldin. et Mart. Capella. Edit. Rhen. *eis utamur*, ut ad *genera* referatur. Res eodem redit.

§. 18. *aut soluta*. Vid. Spald. ad Quinctil. IX. 4. 19. Fr.

in sermone assiduo. Edd. Venet. et Rhen. *in sermone assidua*. *Sermo assiduus* est *quotidianus*, *familiaris*. Vide Gesnerum Thes. L. L. h. v. Mox *sermonem* simpliciter dicit.

interponitur autem et iudicialibus orationibus. Recepimus lectionem Aldinam, a qua non multum discrepat Ed. Venet. *interponitur et in dialibus orationibus*. Corruptissime Ed. Rhenan. *interponitur aut et in dialogis orationibus*. ex qua scriptura R. Stephanus fecit: *interponitur autem et in dialogis et in orationibus*. cuius commentum omnes deinde Editiones occupavit.

Digitized by Google

autem et iudicialibus orationibus, ubi aliquid simile et proximum sermoni volumus effingere. Aut perpetua, quam Graeci εἰρομένην λέξιν appellant, quae ita connectitur, ut superiorem elocutionem semper proxima sequatur, atque ita seriem quandam significatus rerum explicet. Ea praecipue historiae descriptioni convenit, quae tractum, et fusum genus eloquendi, non conversum, neque circumscriptum desiderat. Habet et saepe in iudiciali genere dicendi usum necessarium, si quando quasi decurru quodam uti volumus, ut illa se habent in oratione *Miloniana: Occidi, occidi non Spurium Maelium, qui annona levanda, iacturisque rei familiaris.* et cetera. [In vitam Clodii invehitur.] Alia autem, quae ex ambitu constat, quem ambitum Graeci περίοδον appellant. Est autem ea, quae sententiam

158 * εἰρομένην λέξιν. Ita pulcre correxit R. Stephanus ex vestigiis Ed. Rhen. ὀωμένην λέξιν. Venet. et Ald. Latinis literis, *romenen lexin.* Vitiose Mart. Capella ἐπίμονον λέξιν, quod tamen ita placuit H. Grotio, ut in Aquila restitui vellet. Sed vir maximus illa aetatula, qua haec scribebat, nondum legerat Aristotelem Rhetor. III. 9. pag. 130. qui, quae sit εἰρομένη λέξις, plurimus docet. [Cf. Spald. ad Quinctil. IX. 4. 129. Fr.]

superiorem elocutionem. Vox *elocutionem* excidit e vulgatis Mart. Capellae libris, quam ei redde tum ex Aquila, tum ex binis MSS. Leidensibus.

historiae descriptioni. Scribendum, *historiae et descriptioni*, ex Mart. Capella, ubi est: *et historiae convenit, et narrationi.*

Tractum et fusum genus eloquendi. Tres veteres Editiones: *tractum effusum genus eloquendi.* R. Stephanus pro *tractum* scripsit *tractim.* Sed viri docti bene restituerunt: *tractum et fusum genus eloquendi.* quod Aquila sumsit a Cicerone de Orat. II. 15. *genus orationis fusum atque tractum, et cum lenitate quadam aequabili profluens.* Mart. Capella locum ita immutavit: *et non conversum, neque circumscriptum eloquendi genus desiderat, sed diffusum atque continuum.* qui, mea sententia, rectius scripsisset *fusum*, quam *diffusum.*

' *conversum.* Aristoteles l. c. aliique Rhetores Graeci κεκαμμένην λέξιν vocant.

Habet et. Abest copula ab Edd. Venet. et Rhen.

* *illa se habent.* Sic Capella 159
legit, ediditque Stephanus. Edd. antiquae: *illa se habet.*

Miloniana. Cap. 27. [§. 72.]

In vitam Clodii invehitur. F. inserendum *quibus.* Gesner. Haec verba nihil ad rem pertinere, et de margine huc traducta esse videntur.

Digitized by Google

certa quadam circumscriptione definit atque determinat; qualis est haec: *Si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro et in iudiciis impudentia valeret, non minus nunc Aulus Caecina cederet Sex. Ebutii impudentiae, quam tum cum in faciunda cessit audacia.* Sed hic ambitus constat ex membris, quae κῶλα Graeci vocant, et caesis, quae κόμματα appellant. Membrum quidem est pars orationis ex pluribus verbis absolute aliquid significans, hoc modo: *Etsi vereor, Iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere.* Caesum autem est pars orationis, nondum ex duobus aut ex pluribus verbis quicquam absolute significans, hoc modo: *Etsi vereor, Iudices, ne turpe sit.* Nonnunquam tamen caesum dicimus orationem, quoties non efficiuntur verba ex connexione membrorum, sed singula, quodvis significantia, proferuntur, ad istum modum: *Quis est iste Lollius? Armiger Catilinae, stipator tui cor-*

Si quantum. Exhibuimus veterum Edd. lectionem, quae facile emigi potest ex Cicerone pro Caecin. 1. [In Orell. ed. leguntur haec: *Si, quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque in iudiciis impudentia valeret: non minus nunc in causa cederet A. Caecina Sex. Aebutii impudentiae, quam tum in vi facienda cessit audaciae.* Fr.]

Etsi vereor. Cicero pro Milon. 1.

* *nondum ex duobus aut ex pluribus verbis quicquam absolute significans.* Hinc emendandus Mart. Capella, in quo sic vulgatur: *ex duobus, aut pluribus verbis, dum quicquam absolute significamus.* Edd. veteres, *absoluti.*

verba ex connexione membrorum. Necessaria est correctio R. Stephani: *membra ex connexione verborum.*

sed singula, quodvis significantia, proferuntur. Ita emendavimus ex Capella. Edd. antiquae: *sed singula, quamvis significantia, proferantur.* Stephanus etiam dedit *proferuntur.*

Quis est iste Lollius. [Hanc Aquila de memoria laudavit ex Cicerone pro Domo 5. [§. 13.] Pro *latrator*, quod est in Venet. et Aldina, *latitator* habet Ed. Rhen. quod R. Stephanus stulte in *licitator* mutavit, et in eundem errorem induxit Illustr. Grotium ad Mart. Capellam. Vera lectio est *lapidator*, ut sine varietate legitur in Cicerone. [apud quem sic scriptum legitur: *percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiae.* Fr.]

poris, *comitator tabernariorum*, *percussor*, *latrator fori*, *depopulator curiae*. Et alibi apud eundem oratorem: *Comites illi delecti manus erant tuae. Ut quisquis te familiaritate attigerat, ita maxime manus tua putabatur.* Constat autem ambitus ex duobus membris, ex tribus membris, ex quatuor interdum: etsi nonnulli ex uno membro ambitum putant posse compleri, quam *μονόκωλον περίοδον* appellant. Ego autem non video, quemadmodum periodos cognominetur, et non potius colon, si unum sit.

XIX. His demonstratis, quae et ipsa possit aliquis figuris elocutionis annumerare, ceteras persequemur, si illud praedixerimus, optimam et efficacissimam orationem futuram, si et hos ambitus habuerit, de quibus diximus, et in quibusdam partibus continuationem illam perpetuae elocutionis assumserit, et nonnunquam caesis interrupta fuerit. Nam

Comites illi delecti. Plenior est hic locus apud Cicero. Verrin. II. 10. [§. 27.]

161 * *ex quatuor interdum*. Ex Mart. Capella legendum: *ex quatuor, interdum et sex*. Voces *et sex* sequens *etsi* elisit.

μονόκωλον περίοδον. Vide Spald. ad Quinctil. IX. 4. 124. Fr.

et non potius colon, si unum sit. Ita locum constituimus ex Edit. Aldina, in qua, una litera vitiata, legitur: *et non potius colon, si unus sit*. Edd. Venet. et Rhenan. *et non potius colon sive unus, si unum sit*. quae lectio fluxit a librario, dubitante, *unus*, an *unum* scribendum esset. R. Stephanus edidit: *et non potius colum sive membrum, si unum sit*.

§. 19. *enumerare*. F. *annumerare*. Gesner. [Et sic Capperonn. pag. 21. Fr.]

praedixerimus. Cf. Quinctilian. X. 1. §. 74. et ad quem illic provocavi Ruhnken. ad Vell. II. 21. 1. Simile *praeloquendi* verbum, supra pag. 140. ed. Legd. Fr.]

continuationem illam perpetuae elocutionis. Omnes libri hanc praeferunt scripturam: *continua rationem illam perpetuae elocutionis*. quam nos integritati restituimus ex Mart. Capella l. c. pag. 173. qui hunc locum ita contraxit: *Optima igitur, oratio fiet, si nunc ex ambitu periodico, * nunc ex illa continuatione perpetuae elocutionis aptetur, nonnullisque caesis interrupta cum fuerit, aliquando colo consocietur.* 162
ubi MSS. Leidenses legunt: *nonnulla quae caesis interrupta fuerit*. Scribe: *nonnunquam caesis interrupta fuerit*. ut est apud Aquilam.

Digitized by Google

ubi omnia periodis explicantur, satietatem et fastidium ex similitudine parit: qualia scripta eorum, qui Isocratem male imitati sunt; quippe cum ipse Isocrates in hoc genere a quibusdam improbetur. At ubi semper continuatur oratiuncula, quasi respirationes ex intervallis atque definitionibus periodorum interponuntur, et audientem, et dicentem fatigat. Ubi vero caesa semper oratio est, nihil a sermone imperitorum differre videtur. Quare permiscenda sunt haec, et rebus pro conditione earum accommodanda.

XX. Differt autem figura elocutionis a figura sententiae hoc, quod sententiae figura, immutato verborum ordine, vel translato, manet nihilominus. Elocutionis autem, si distraxeris, vel immutaveris verba, vel ordinem eorum non servaveris, manere non poterit. Ironia sententiae figura, quam hoc modo enunciabo: *Hic enim egregius auctor communium commodorum, custos, defensor reipublicae, salus et columen civitatis*: de quo contraria scilicet intelligi velim. Mutabo verba, ordine eorum verso, vel tota elocutione aliter explicata, sic: *Namque iste, cuius ope et auxilio videlicet civitas nititur:* manebit ironia eadem, neque laedetur verborum immutatione. At vero si figura elocutio-

continuatur oratiuncula. Placet R. Stephani coniectura: *continuatur oratio*, nec illae etc.

§. 20. *Differt autem figura.* Hanc etiam differentiam tradit ex Alexandro I. 1. pag. 6.

Elocutionis. Scilicet *figura.* Perperam veteres Edd. *Elocutioni.*

vel ordinem eorum non servaveris. * Nescio, cur R. Stephanus delerit *eorum.* Ab Ed. Rhen. abest *non.*

custos, defensor. R. Stephanus: *custos et defensor.*

tota elocutione. Ed. Ald. *tota locutione.*

manebit ironia eadem, neque laedetur. Haec est Ed. Aldinae scriptura. Eadem, sed leviter corrupta, est in Edd. Venet. et Rhenan. *Manet ut ironia eadem, neque laedetur.* Quam frustra sic emendavit R. Stephanus: *Manet utique ironia eadem, neque laeditur.* Et sic recentiores Editiones.

Digitized by Google

nis sit, quam repetitionem Latine, Graece ἐπαναφορὰν vocamus, quae est eiusmodi: *Ille auctor discordiarum, ille dux seditionum omnium, ille in pace tumultuosus, ille proditor in bello*: et illam partem orationis repetitam saepius in initium membrorum aut caesorum quam figuram sustulero, et tantum semel dixero, subiungens et cetera, hoc modo: *Ille, qui seditionum auctor, discordiarum concitator, in pace tumultuosus, in bello proditor fuit*; figuram elocutionis sustuli. Nonnunquam autem, immo plerumque concurrere potest, ut sententiae figura coniungatur cum elocutionis figura: qua hoc modo enunciatum est: *Ille senator patriae egregius, ille reipublicae custos, ille defensor libertatis ac legum*. Cum hoc de eo dicatur, de quo contraria intelligi volumus, et ironiam esse, quae figura sententiae est, et epanaphoran, de qua

quam repetitionem Latine, Graece ἐπαναφορὰν vocamus. Revocavimus egregiam Aldinae lectionem. Ed. Venet. *quam ce. Latine, Graece ἐπαναφορὰν vocamus*. Ed. Rhen. *quam relationem, Graece ἐπαναφορὰν vocamus*. *Repetitionem*, an *relationem* legas, perinde est. Illud recepit Pithoeus, hoc Stephanus.

164 * *ille proditor*. *Ille* deest in Venet. et Aldina.

in initium membrorum aut caesorum quam figuram sustulero. Exhibemus lectionem, in qua tres antiquae Editiones consentiunt, nisi quod Venet. *initio*, Rhen. *quae figuram*. Eam R. Stephanus ad libidinem ita refinxit: *in initio membrorum aut caesorum sustulero*. Forte Aquila scripsit: *repetitam saepius in initio membrorum aut caesorum, quae figuram efficit, sustulero*.

Et enim. Copulam *et* abiecit Stephanus.

concurrere. Scribo: *contingere*. [Nihil mutandum videtur, quum *concurrere* dicatur etiam de eventis eodem tempore accidentibus, et propius accedat ad rationem verbi *contingere*. Fr.]

sit sententiae figura coniungatur. Capellae vulgatam Edd. *ut sententiae figurae coniungantur*. Sed MSS. Leidenses exhibent Aquilae scripturam.

qua hoc modo enunciatum est. Forte: *quo hoc modo enunciatum est*. pro, *quo modo hoc etc.*

et ironiam esse, quae figura sententiae est, et epanaphoran.* 165 Cum nihil sit, a quo pendeat infinitivus, R. Stephanus post *epanaphoran* temere inferset *constat*. Emenda: *et ironia est, quae figura sententiae, et epanaphora*.

de qua cum maxime diximus. R. Stephanus, non concoquens *cum maxime* praeterita tempori iunctum, qua solet licentia grae-

Digitized by Google

cum maxime diximus, quae est elocutionis. Nunc ad instituta pergamus.

XXI. Sunt igitur figurarum elocutiones aliae ad ornandam tantum, et quasi pingendam orationem accommodatae: quibus princeps Gorgias Leontinus usus est, sed sine modo. Et ideo brevis oratio est, et, quae initio audientis novitate permoverat, fastidium meruit. Isocrates autem post eum

satus est, atque sic edi iussit: *de qua proxime diximus*. Multo lenius est legere: *de qua cum maxime diximus*. De his particulis multi multa dixerunt. Vide Dukerum ad Flor. II. 16. 8. et Ernestum Clav. Ciceron. v. *Cum maxime*. [Add. Horat. Turnellin. de partic. pag. 159. et 970. sqq. (ed. 5.) et Zumptii libr. qui inscribitur, *Aufgaben zum Uebersetzen* etc. pag. 306, 15. Fr.]

§. 21. *elocutiones aliae*. Capella: *elocutionis aliae*. Perperam. [„Mihi unice verum videtur *elocutionis*. *Aliae figurarum* dicitur pro *aliae figurae*, „noto loquendi genere. Altera „illa lectio, quam edidit Ruhnkenius, mihi haud commodum „sensum videtur habere.“ Verba sunt Car. Ferd. Nagelii in Act. Literar. Societ. Rheno-Traiect. Tom. IV. pag. 291. Fr.]

ad ornandam tantum, et quasi pingendam orationem accommodatae. Recepimus lectionem Ed. Venet. et Aldin. cum quibus convenit Ed. Rhen. nisi quod *pingendum* habet pro *pingendam*. R. Stephanus edidit: *ad ornandum tantum, et quasi ad pingendam orationem accommodatae*. Praepositionis *ad* repetitionem si quis necessariam putet, eam defendere potest auctoritate Mart. Capellae, in quo ita legitur: *ad ornandam tantum, et quasi ad pingendam orationem commodatae*. Quanquam duo MSS. Leidenses praepositionem omittunt. In eodem fortasse ex Aquila legendum *accommodatae*. Verum ex Capella diligenter cum Aquila comparato liquet, lacunam esse in hoc loco. Nam postquam Capella dixisset, *alias figuras ad ornandam tantum, et quasi ad pingendam * orationem* 166
accommodatas esse, statim subiicit: *aliae vero ad significationis vim intimandam*. Cuius rei nullum in Aquila vestigium est. Tractat ille quidem has figuras in sequentibus. Sed hic etiam earum mentio facienda erat. Et factum esse, satis indicat vox *aliae*. [Koehlero (vid. supra pag. 98.) videbatur sic legendum: *Sunt igitur figurarum elocutiones aliae ad significationis vim intimandam, aliae ad ornandam tantum* etc. De ipso *intimandi* verbo vid. Nolten. in Lexico Antibarb. Fr.]

Gorgias. Vid. Spald. ad Quinctilian. IX. 3. 74. Fr.

Et ideo brevis oratio est, et, quae initio audientis novitate permoverat etc. Haec constans est lectio priscarum Editionum, quae non nisi in una voce variant. Nam Venet. *permoveat*, Rhenan. *permoverat*, Aldin. *permovere*. Infeliciter tentabat R. Stephanus: *Et ideo illius oratio, quae initio audientes novitate permoverat* etc. Forte legendum:

Digitized by Google

parcius, nec non etiam ipse Demosthenes, sed tanta moderatione, ut nusquam in taedium recurrat. Eas ergo primum exponemus.

XXII. Antitheton, oppositum ex contrariis. Haec figura constat ex eo, quod verba pugnantia inter se, paria paribus opponuntur. Cuiusmodi brevissimum est illud Ciceronis: *Domus deerat? At habebas. Pecunia superabat? At egebas. In pace ad vexandos cives acerrimus: in bello ad expugnandos hostes inertissimus.*

XXIII. Isocolon, exaequatum membris. Fit autem, quoties non pugnantibus inter se, sed paribus tantummodo verbis, duo vel etiam plura membra, quae κῶλα dicimus, explicantur, ut si dicas hoc modo: *Classem speciosissimam instruxit, exercitum pulcerrimum et fortissimum elegit.* Addere

Et ideo brevi oratio eius, quae initio audientes novitate permoverat etc.

nec non etiam. Sic positas has particulas apud Ciceronem et aequales vix reperias. Vid. Horat. Tursell. de partic. pag. 453. sq. (ed. 5.) Arntzen. ad Aurel. Vict. pag. 18, a. Zumpt. Gr. Lat. §. 334. Cf. Müller. ad Cic. I. de Orat. 35. §. 164. Fr.

recurrat. Incurrat substituit R. Stephanus. Recte. Sic §. 23. *dum ne in fastidium incurras.*

§. 22. *oppositum ex contrariis.* Emenda Mart. Capellam, ubi est: *compositum ex contrariis*, et, *verba repugnantia. Pugnantia* etiam Codd. Leidenses.

Ciceronis. [Orat. cap. 67. §. 223. ubi vid. Meyer. Fr.] Hoc exemplum praeter eos, quos viri docti ad Ciceron. Fragm. pag. 1014. indicant, laudat Diomedes II. pag. 461.

167 * *Domus deerat.* Capella: *Domus tibi deerat?* Et sic alii, idem exemplum laudantes.

In pace ad vexandos cives. Rectissime vidit Vossius Inst. Orat. V. 12. pag. 269. haec cum prioribus non cohaerere, sed alterum exemplum esse. Verum non inserendum est *Idem*, ut vir magnus putabat, sed ex Mart. Capella: *Aut si dicas.* Ex quo apparet, non Ciceronis exemplum esse, sed ab ipso Aquila fictum.

§. 23. *exaequatum membris.* Ed. Aldin. *exaequamen ex membris.* Capellae vulgatae Edd. *aequatum membris.* Sed MSS. Leidenses: *exaequatum m.* In eodem scribe: *non pugnantibus inter se verbis.*

Classem speciosissimam instruxit. Mart. Capella: *Classem speciosissimam, et robustissimam exstruxit.* Hinc Aquilae redde verba *et robustissimam*, ut singulorum membrorum verba numero paria sint. Contra ex Aquila in Capella corrige *instruxit.*

elegit. Scribendum vel *legit*,

Digitized by Google

etiam licet: *Sociorum maximam et fidelissimam manum comparavit*: et longius eodem modo progredi, dum ne in fastidium incurras.

XXIV. Parison, prope aequatum. Differt autem a superiore, quod ibi membrorum verba paria sunt numero: hic uno vel altero addito, aut in superiore membro, aut in postremo pariter excurrunt, ut si locum enuncies: *Neque gratia et divitiis locupletum corruptus, neque minis et denunciatione potentum perterritus, neque difficultatibus et magnitudine rei a proposita magnitudine deiectus.* Hoc enim postremum, pluribus verbis, quam superiora, enunciatum, membrum longius produxit. Quod fieri et in primo potest. Sed ibi opportunius, si, quo longius erit ceteris, initio praenunciatur: in posteriore autem, si ad postremum producitur.

XXV. Omoioptoton, simile in casibus. Hoc ex eo nomen accepit, quod membra illa, id est,

ut Capella habet, vel *delegit*, ut R. Stephanus edidit. [Quid differant vv. *deligere* et *eligere*, docet Ochsnerus ad Ciceronis Eclogas pag. 44. ed. 3. Cf. ibid. pag. 229. et 367. it. Habicht. Lex. Synonym. pag. 245, 344. Fr.]

168 §. 24. * *prope aequatum.* Ed. Ald. *prope aequamen.*

a superiore. Edd. Venet. et Rhen. *ex superiore.*

quod ibi membrorum verba paria sunt numero. Hinc corrigendus Mart. Capella, ubi ita legitur: *quod ibi omnia membrorum genera paria sunt numero.* MSS. Leidena. *omnium membrorum.* Recte.

ut si locum enuncies. R. Stephanus de coniectura: *ut si hoc enuncies.* Malim: *ut si sic locum enuncies.*

a proposita magnitudine deiectus. Vox *magnitudine* temere repetita. Repone: *a proposito deiectus.* Cicero pro Ligar. 9. *quem de suscepta causa, propositaque sententia, nulla cotumelia, nulla vis, nullum periculum posset depellere.*

si, quo longius. Viri docti malint: *si, quod longius.*

initio praenunciatur —— *producitur.* Haec non satis intelligo: intelligerem, si legeretur, *praemuniatur*, h. e. praeponatur, praemittatur —— *producatur.* Pluribus membris paribus impar unum vel praemittitur vel subiungitur. Gesner. Edd. Venet. et Aldin. *pronunciatur.* 169

§. 25. *simile in casibus.* Capella praepositionem *in* rectius omittit.

Digitized by Google

cat. Nec solum nomen aut verbum, sed omnis pars orationis iterari ad eundem usum potest, ut cum dicitur: *Tu, tu, Antoni, Caesari ruenti, atque omnia permiscere cupienti, caussam belli civilis dedisti.*

XXX. Atque hae duae figurae, superior, et ista ipsa, de qua locuti sumus, non ad ornandam magis et exornandam orationem, ut illae superiores, sed ad accendendam pugnam dicendi valent, sicut vel magis pleraque earum, quae consequentur. Ideoque et Aristoteli et iteratio ipsa verborum ac nominum, et repetitio frequentior, et omnis huiusmodi motus, actioni magis et certamini, quam stilo videtur convenire. Qua de re in tertio Rhetoricorum libro disserit. Verum docet nos et Demosthenes et Cicero, eam optime orationem esse compositam, quae cum illa ornamenta parium, et contrariorum, et immutatorum verborum habeat, ex quibus et ipsis tamen saepe non ornatior quam vehementior fit oratio, si in tempore et cum modo assumantur, tamen his, quae verae adfectionis spe-

omnis. Haec vox abest ab Ed. Rhen.

Tu, tu, Antoni etc. Ex Cicerone Phil. II. 22. ubi legitur sic: *Tu, tu, inquam, M. Antoni, princeps C. Caesari, omnia perturbare cupienti, caussam belli contra patriam inferendi dedisti.* Aquilae memoriae fortasse obversabatur locus pro Rosc. Amer. 32. [§. 91.] *qui tanquam si effusa reipublicae sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniaque miscebant.*

§. 30. *non ad ornandam magis et exornandam orationem.* Repone: *non ad formandam magis et exornandam orationem.* Cicero de Orat. II. 9. [§. 36.] *aut si quisquam dicitur, nisi orator, formare orationem, eamque variare et distinguere quasi quibusdam verborum * sententiarumque insignibus.*

vel magis pleraque earum. Lege: *vel maxime pleraeque earum.* Stephanus etiam *pleraeque.*

stilo. De huius usu vocabuli vid. adn. m. ad Quinctil. lib. X. cap. 3. §. 1. cap. 6. §. 3. cap. 1. §. 2. Fa.

in tertio Rhetoricorum libro. Haec Aldinae scriptura est. Venet. et Rhen. *in tertio Rhetoricorum libro artium.* Locus est cap. 12.

assumantur. Ed. Rhen. *assumatur.*

tamen his. Ed. Rhen. *tum his.*

Digitized by Google

ciem praeferunt, excitetur. Ita enim maxime exemplum et imaginem veritatis continebit.

XXXI. Epanalepsis, repetitio. Haec figura tantum a priore distat, quod in illa quidem una pars orationis bis repetitur, tum coniuncto, tum interposito uno aut altero verbo, quo vehementior elocutio videtur fieri; at in hac ex plurium verborum continuatione repetita idem quaeritur, ut si dicas: *Patriae suae quisquam, ó dii immortales, exitium est machinatus? Non potest, iam non potest, inquam, libera haec civitas esse.*

XXXII. Anadiplosis, replicatio. Rarum apud oratores figurae genus, frequentius apud poëtas: si quando tamen et in civilem orationem incidit, mediocrem dignitatem habet. Interest autem inter hoc et illa duo superiora tantum, quod hic ea, quae in superiore membro postrema ponuntur, in posteriore prima repetuntur, ad hunc modum: *Concurrerat ad tantae rei nuncium, sicut commune civitatis periculum monebat, senatus frequens, equester ordo universus.* Tale est et illud Terentianum:

praeferunt. Vid. adn. mea ad Quinctiliani lib. X. cap. 1. §. 113. Fr.

excitetur. Ed. Rhen. *texetur.* Lectio, quam in textu reposuimus, Edd. Venet. et Aldinae fide nititur. Illam secutus est Stephanus, hanc Pithoeus.

174 §. 31. * *tum coniuncto.* Ita ex Ed. Aldina scripsimus. Venet. et Rhen. *tum coniunctum.* cui Stephanus substituit: *tum coniunctim.*

exitium est machinatus. An repetendum *patriae suae?* Gesner.

Non potest, iam non potest. Edd. Venet. et Rhen. *Hoc non potest.* Stephanus ex coniectura: *Haec non potest.* Sed praetuli Aldinae lectionem, quam firmat Mart. Capella, sic locum exhibens: *Non potest, iam non potest haec libera civitas esse.* Ceterum ante *Non potest* inseram Et, alterius exempli indicem. Duo diversa exempla esse, bene vidit Gesnerus.

iam non potest. Cicero de Harusp. resp. 28. *Fuit quondam ita firma haec civitas, et valens, ut negligentiam senatus, vel etiam iniurias civium ferre posset. Iam non potest.*

§. 32. *mediocrem dignitatem.* Lege: *non mediocrem dignitatem.*

175 * *senatus frequens.* An excidit, *frequens populus?* Gesner. Malim in fine addere: *universus populus.*

Terentianum. Phorm. II. 3. 5.

Negat Phaniam esse hanc sibi cognatam Demipho?

Hanc Demipho negat esse cognatam?

XXXIII. Prosapodosis, redditio. Nomen haec figura ex eo accipit, quod idem nomen in postrema parte membri, aut eadem, quaecunque pars orationis redditur, est connexa, unde id membrum, aut is ambitus coepit, ut si velis hoc modo eloqui, cum quid quasi indigneris aut doleas: *Tibi, scelerratissime omnium, imputare omnes calamitates suas debet respublica, tibi.* Aut sic: *Haec, ó dii immortales, in civitate moliri ausus est Glaucia?*

XXXIV. Epanaphora, quod relatam vocant. Hac figura vel frequentissime et Demosthenes, et M. Tullius, et omnes vehementes oratores utuntur, quando praecipue et ipsi commoti videri volunt, et iudicem commovere. Constat autem ex eo,

§. 33. *accipit.* R. Stephanus *accepit.*

est connexa. Cl. Gesnerus haec verba uncis inclusit. Et omissa sunt a Capella.

quasi indigneris aut doleas. Ed. Venet. *quasi indigneas et doleas.* Ed. Ald. *quasi indigne doleas.* [Hae lectiones faciunt, ut *indigne feras et doleas* scriptum fuisse suspicer, Nepos XVIII. 1. §. 3. *Macedones cum tibi aliquando anteponi indigne ferebant.* Fr.]

Tibi, scelerratissime omnium. Ed. Ald. *Respublica tibi, scelerratissime omnium.* Corrupta est
176 lectio Mart. Capellae: * *Publicus tibi calamitates immutate debes respublica.* ubi non intelligo, quod Illustr. Grotius dicit, Aquilae verbum *debet* e Capella reddendum. Nam omnes Editiones illud verbum habent.

ausus est Glaucia. F. addendum, *Haec?* Gesner.

Glaucia. Viri docti intelligunt *Mallium Glauciam*, cuius mentio fit a Cicerone pro Rosc. Amer. atque adeo suspicantur, hoc fragmentum ductum esse ex illius orationis lacuna. Sed multum fallunturi. Nam Glaucia ille a Cicerone cap. 7. dicitur *homo tenuis, libertinus, et cliens T. Roscii:* qualis profecto nihil in civitate moliri poterat. Intelligendus igitur C. Servilius Glaucia, Praetor seditiosus, cuius frequens mentio cum apud alios, tum apud Ciceronem. Vide Ernesti Clav. Ciceron. v. *Glaucia.* Dubitari etiam potest, an Ciceronis sit exemplum. Nam multa confinxit Aquila.

§. 34. *relatum.* Cf. Spald. ad Quinctiliani IX. 3. 97. Fr.

et M. Tullius. Ed. Rhen. *et inde Tullius.*

quando praecipue. Edd. Venet. et Rhen. *unde praecipue.* Praeter illi lectionem Aldinam.

quod eadem pars orationis saepius per singulos ambitus, aut per singula membra, interdum etiam brevius per caesa, quae κόμματα appellant, repetitur, hoc modo: *Verres calumniatorem apponebat: Verres de causea cognoscebat: Verres pronunciabat.* Aut si dicas: *Ille venire hostes nunciavit, ille vos in metum belli compulit, ille, in tumultu ut civitas esset, effecit.* Per ambitum autem repeti potest eadem pars orationis sic: *Tam diu Tiberius Graechus populo gratus fuit, quam diu leges ad voluntatem eius, non ad utilitatem reipublicae compositas ferebat: Tam diu C. Gracchus, quam diu legibus agrariis et frumentariis et ceteris profusionibus aerarii multitudinem imperitam promerebatur: Tam diu Saturninus plurimum potuit, quam diu easdem illas frumentarias largitiones, et agri divisiones pollicebatur.*

XXXV. Antistrophe, conversio. Species huius figurae cum eandem fere vim habeat, contraria est superiori, eo quod ibi ab eadem parte orationis saepius incipitur, hic in eandem partem de-

brevis. Stephan. legit *brevius*, quod recepi.

177 * *repetitur, hoc modo.* Verbum *repetitur*, quod antiquis Editionibus abest, R. Stephanus de coniectura inseruit. Certam esse hanc emendationem, ex Mart. Capella liquet, qui Aquilam ita contraxit: *Epanaphora, relatio, quoties per singula membra eadem pars orationis repetitur, hoc modo: Verres* etc. Itaque hoc verbum in contextu reliqui.

Verres calumniatorem. Ex Cicerone Verr. II. 10. ubi sic: *Verres calumniatores apponebat: Verres adesse iubebat: Verres iudicabat.*

in metum belli compulit. Scripsi: *in metum belli compulit.* Liv. XXV. 22. *Namque transfugae, tradi se Romanis rati, mercenariorum quoque militum auxilia in eundem compulere metum.*

ferebat. Edd. Venet. et Aldin. *afferebat.*

profusionibus aerarii. Ed. Rhen. *profusionibus aerariis.* Hoc exemplum si Aquila effinxit ipse, et non aliunde petiit, in animo habuit illa Ciceronis Disp. Tusc. III. 20. *Et quidem C. Gracchus, cum largitiones maximas fecisset, et effudisset aerarium, verbis tamen defendebat aerarium.*

§. 35. * *conversio.* Ed. Venet. 178
et Rhen. *conversum.*

contraria. Ed. Venet. *vmbrarium.*

Digitized by Google

sinitur. Cuiusmodi est haec *pro Fonteio: Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus amplissimae copiae e Gallia, equites numero plurimi e Gallia.*

XXXVI. Symploce, connexum. Haec figura ex utraque earum, quas supra demonstravimus, composita, utramque orationi speciem circumdat. Nam et incipit saepius ab una parte orationis, et totidem in unam atque eandem desinit, ut haec se habet: *Quis legem tulit? Rullus. Quis tribus sortitus est? Rullus. Quis decemviros creavit? Rullus.*

XXXVII. Polyptoton, ex pluribus casibus. Hanc figuram ex eo nominaverunt, quod, cum saepius initium ab eadem parte orationis fiat, illa ipsa pars declinationibus casuum, aut generibus, aut numeris immutatur. Casuum declinationibus hoc modo: *Senatus est summum imperii consilium: Senatui reipublicae cura mandatur: ad senatum in dubiis periculosisque rebus omnis civitas respicit.* Generibus autem hoc modo: *Pulcra autem haec fama continget civitati, si optime meritum civem*

Cuiusmodi est haec. Stephanus edidit: *Cuiusmodi est hoc.*

pro Fonteio. Locus sumtus ex parte orationis, quae periit. [Orell. Cicer. Vol. II. P. I. pag. 395. Fr.] *Frumenti* deest apud Capellam.

§. 36. *connexum.* Capella *connexio.*

composita, utramque orationi speciem circumdat. Sic locum restitui partim ex Ed. Aldina, quae *est* post *composita* omittit, partim ex coniectura I. Fr. Heusingeri, qua pro *orationis* scribit *orationi.*

totidem. Capella recte *toties.* ut Stephanus edidit.

* *Quis legem tulit.* Memoriter citat locum Ciceronis Agrar. II. 9.

§. 37. *quod, cum saepius initium ab eadem parte orationis fiat.* Revocavimus lectionem Aldinam, quam Mart. Capella confirmat. Edit. Venet. et Rhenan. *quod, cum saepius initio ab eadem parte orationis stat.*

initio — stat. F. *initio — facto.* Gesner.

summum imperii consilium. Ed. Rhen. *summi imperii consilium.* Male. Infra §. 39. ex emendatione nostra: *Senatus populi Romani summum consilium.* Vide Gronovium ad Liv. XLIV. 2

contigit. Scripsi *continget,* quod postulant *erit, consulemus.*

damnaverimus. Pulcrum erit, exteras nationes existimare, infestiores nos esse bonis, quam malis. Pulcre communibus utilitatibus consulemus, si, quos oppressos et hostes cupiere, nos circumvenerimus. Numeris autem sic: *Grata semper singulis fuerunt, quae commodi eorum caussa constituta sunt. Gratum ille superior Africanus senatoribus fecit, qui primus eius ordinis subsellia a populo liberavit.*

XXXVIII. Synonymia, communio nominis. Utimur autem eo genere elocutionis, quoties uno verbo non satis videmur dignitatem aut magnitudinem rei demonstrare; ideoque in eiusdem significationem plura conferuntur, ut si dicat: *Prostravit, afflixit, perculit.*

XXXIX. Tautologia. Eadem pluribus verbis significat hoc schema. Differt autem perexiguo pro-

Pulcrum erit. Ed. Rhen. *Pulcrum erat.*

180 * *constitesta sunt.* Edd. Venet. et Ald. *instituta sunt.*

qui primus eius ordinis subsellia a populo liberavit. Veterum scriptorum loca, quae ad hanc rem pertineant, laudat Dukerus ad Liv. XXXIV. 44. ubi tamen hic locus fugit praestantissimum virum.

§. 38. Synonymia. Cf. Spald. ad Quinctil. IX. 2. 45. Fr.

in eiusdem significationem. Ed. Rhen. *in eiusdem significatione.* Mart. Capella: *ideoque ad eandem significationem plura conferimus.* Melius *conferimus*, quam *conferuntur.*

§. 39. Tautologia. Cf. Quinctil. VIII. 3. 50. IV. 2. 43. Fr.

Eadem pluribus verbis significat. Rec. Edit. Venetae scripturam. Ald. et Rhen. *Eandem pluribus verbis significat.* Quam lectionem Stephanus sic interpolavit: *Eandem rem pluribus v. s.*

Differt autem perexiguo proxima a superiori figura. Emenda: *Differt autem perexiguo, et proxima est superiori figurae.* R. Stephanus vocem *proxima*, cui quid faceret, non reperiebat, e textu eiecit. [„Mihi quidem nullum est dubium" inquit Car. Ferd. Nagel (in Act. Literar. Societ. Rheno-Traiect. Tom. IV. pag. 291.) „quin locus transposita vocula *a* sanari possit, si „legamus: *Differt autem perexiguo a proxima superiori figura.* „*Proximus superior* vel *proxima* „*superior* (nam utrumque rectum „est) de eo dicitur, *qui proxime* „*abest*, et tam de loco, quam „de re dicitur. Prior forma „est apud Ciceronem de Nat. „Deor. lib. III. cap. 21. *Musae* „*tertiae* (Iove) *Piero natae* „*et Antiopa, quas Pieridas et* „*Pierias solent poëtae appellare,*

xima a superiori figura. Ibi etiam singulae partes ex ordine, idem significantes ponuntur: hic unus nominis aut verbi prius positi vis deinceps pluribus verbis explicatur, ut si dicas: *Senatus populique Romani summum consilium, a quo ordine iura exterae nationes petiunt.* Hic enim unum nomen *senatus*, prosecutionem accipit ex pluribus verbis non aliud significantibus. Qui enim *summum consilium* dicit, et *eum ordinem, a quo exterae nationes iura petiunt*, non aliud quam *senatum* dicit, sed prosequendo latius ornavit elocutionem.

XI. Climax, quod Graeci vocant, ascensus nominetur a nobis. Malo enim ascensum, quam scalam aut gradiculos, ut quidam, dicere. Est autem figura perquam decora, et a Demosthene commendata, in qua postremum quodque verbum, in priore membro, aut parte aliqua elocutionis positum, in superiorem rursum assumtum iniicitur, atque ita

„ *iisdem nominibus, eodem numero*, quo proximae superiores. „ ubi tamen Ernestus edidit *proxime superiores.* Gell. Noct. Att. „ lib. XV. cap. 7. *Nocte quoque data* proxima superiore, *quam librum epistolarum divi Augusti — legeremus* etc. lib. XVII. „ cap. 2. *quam librum legimus* „ *hidno* proximo superiore. *Proximus prior* est apud Tacit. Annal. lib. I. cap. 77. *At theatri licentia* proximo priore *anno* „ *coepta* etc. *Proximus inferior* „ apud Cic. de Nat. Deor. lib. II. „ cap. 20. *Huic autem proximum inferiorem orbem tenet κυρίως, quae stella Martis appellatur.* „ ubi Ern. edidit *proxime inferiorem.* „ recte improbante Heindorfio, quem vide. Fr.

181 * *Ibi etiam*, Stephanus: *Ubi enim.* Recte.

Senatus populique Romani summum consilium. Lege: *Senatus populi Romani summum consilium.* ut supra §. 37. *Senatus est summum imperii consilium.* *dicit.* Stephanus et hoc loco, et mox sequenti edidit *dixit.* *et eum ordinem, a quo.* Revocavimus cum Stephano vocem elapsam *ordinem.*

§. 40. *ascensum.* Edd. Venet. et Rhen. *ascensus.*

scalam. Vid. Spald. ad Quinctil. I. 5. 16. Fr.

ut quidam, dicere. Camaiotti pag. 386. perperam edidit: *ut quidam dixere.*

* *in superiorem rursum assumtum.* Edit. Rhen. *in superiorem cursum assumta.* Venet. et Aldin. *in superiore cursum assumta.* Res ipsa docet, legendum esse: *in posteriorem rursum assumtum.* R. Stephanus edidit *in inferiorem rursus assumtum.* 182

Digitized by Google

velut gradibus quibusdam connectitur oratio, ad hunc modum: Eumque enim ipsum DEMOSTHENEUM versum: *Et non dixi quidem haec, nec scripsi quidem: non profectus sum autem ad legationem, nec profectus quidem: non persuasi autem Thebanis, nec persuasi quidem.* Haec autem animadvertis, quanto elatius dicta sint, quam si simpliciter enunciasset: *Et dixi haec, et scripsi, et in legationem profectus sum, persuasi Thebanis.* Sic M. TULLIUS *pro Milone*: *Neque vero se popali*

velut gradibus quibusdam. Cf. adn. m. ad Quinctiliani X. 5. 17. pag. 128, b. FR.

DEMOSTHENICUM *versum.* Hoc loco *versus* notionem illustrat Barthius Advers. LIV. 22. [Cf. quae dixi ad Quinctiliani X. 1. 38. FR.]

Et non dixi quidem haec. Nobilissimus, et saepe ad hoc schema illustrandum laudatus, Demosthenis locus [vid. Schaef. App. Crit. ad Demosth. Tom. II. pag. 250, sq. FR.] est de Coron. pag. 329. [pag. 288. Rsk. 256, 179. Bekker.] οὐκ εἶχον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δέ. οὐδὲ ἔγραψα μέν, οὐκ ἐπρέσβευσα δέ. οὐδὲ ἐπρεσβευσα μέν, οὐκ ἔπεισα δὲ Θηβαίους. Ex cuius loci comparatione facile est Aquilae versionem emendare. Primum veteres Edd. habent: *Et non dixi quidem haec.* R. Stephanus verba tralecit sine caussa: *Et non dixi haec quidem.* Tum in iisdem Edd. desunt verba: *non autem scripsi*, quae textui reddidit Stephanus. Denique verba, *nec persuasi quidem*, invito Demosthene, adiecta sunt ab Aquila; quae Stephanus eque ob caussam deleviit. Elegans tamen, quam Aquila, eundem locum vertit Quinctilian. IX. 3. pag. 449. [§. 55.] *Nec haec dixi quidem, sed nec scripsi: non scripsi quidem, sed non obii legationem: nec obii quidem, sed nec persuasi Thebanis.* ubi Gesnerus legare malit, *Neque haec dixi quidem, sed non scripsi: neque scripsi quidem, sed non obii legationem: nec obii quidem, sed non persuasi Thebanis.* Sed vulgatam lectionem confirmat Diomedes, qui Quinctilianum descripsit, II. pag. 413. [Sed Diomedes ipse est depravatus. Vid. Spald. ad Quinctil. l. c. FR.]

Haec autem animadvertis. Ed. Rhen. *Haec autem animadvertis.* Frustra Stephanus dedit: *Hic animadvertis.* [De attractione, quae in his est, cf. adn. m. ad Quinctilian. X. 1. §. 62. FR.] 183

quanto elatius dicta sint. Ed. Rhen. *quanto ea tutius dicta sint.*

persuasi Thebanis. Copula et abest ab Edd. antiquis. Addidit Stephanus. Iure autem miratur Valckenarius, cur Aquila non potius scripserit: *Nec dixi haec, nec scripsi, nec etc.* 184

Sic M. TULLIUS. Ed. Rhen. *Sic etiam Tullius*, unde Stephanus fecit: *Sic enim Tullius. Enim* hoc loco ineptum.

pro Milone. Cap. 23. [§. 61.] ubi vide Manutium. [Cf. Matthiae adn. pag. 252. FR.]

Digitized by Google

solum, sed etiam senatus contulisit: nec senatui modo, sed etiam publicis praesidiis et armis: neque his tantum, sed etiam eius potestati, cui senatus totam rempublicam commisit. Parce autem usus est hac figura. Nam in tertio gradu contentus fuit dicere, *neque his tantum*, ne rursum totam illud repeteret, *neque* [*solum*] *publicis praesidiis et armis tantum*; videlicet quia et longum et insuave futurum erat. Egregie autem, et, ut mihi videtur, feliciter Licinius Calvus *in Vatinium: Non ergo pecuniarum magis repetundarum, quam maiestatis: neque maiestatis magis, quam Plautiae legis: neque Plautiae legis magis, quam ambitus: neque ambitus magis, quam omnium legum, omnia iudicia perierunt.*

contentus fuit dicere. Sic saepe loquuntur argenteae scriptores aetatis; (cfr. Ovid. Metamorph. I. 461.) Ciceronibus magis placet *satis habuit dicere.* Dixi iam ad Quinctiliani lib. X. cap. 2. §. 7. Quod vero Noltenius *satis habere* Cornelianismum dixit, id iure vituperavit Heusingerus Observatt. Antibarb. cap. 5. pag. 484. Fr.

solum. Videtur omittendum. Gesner.

et longum. Ed. Rhen. *et in longum.* Venet. et Ald. copulam *et* omittunt.

Licinius Calvus *in Vatinium.* Hunc ipsum Calvi locum laudat
184 Quinctilian. * IX. 3. pag. 449. [§. 56.] et ex eo Diomedes II. pag. 443. ubi male vulgatur *Gallus* pro *Calvus.* Quae nomina etiam confunduntur in Non. Marcell. pag. 153. ut bene vidit Ios. Mercerus. *Calvi in Vatinium* orationem citant Quinctilian. VI. 1. pag. 269. [§. 13.] 3. pag. 293. [§. 60.] IX. 2. pag. 423. [§. 29.] et Charisius II. pag. 198. — Iocus II. pag. 203. si vera est coniectura I. Nic. Loënsis Epiphyll. III. 16. ubi vulgo legitur: *Licinius Calvus in Fuscinium ambitus reum.* Ad hanc etiam orationem respicit Catullus Carm. LIII. Vide inprimis Senecam Controv. III. 19. ubi reliqua de Calvo dedit N. Faber. [Cf. Ellendt. Hist. Eloq. Rom. pag. CXXIII. Fr.] Ex Addendis. — Elegans oratione in Vatinium fragmentum est apud Iul. Severian. Syntom. Rhet. pag. 342. *Hominem nostrae civitatis audacissimum, de factione divitem, sordidum, maledicum accusabo.* Sic scribendum, non *accusato.* In Edd. antiquis desunt verba, *neque maiestatis*, et mox *Plautiae* post *neque*, quae ex Quinctiliano restituit Stephanus. [De Vatinio cfr. etiam Spald. ad Quinctil. VI. 1. 13. Fr.]

Plautiae legis. Intellige legem Plautiam vel Plotiam *de vi*, de qua Sigon. de Iudic. II. 23. et Festus Clav. Ciceron. h. v.

omnium legum omnia iudicia perierunt. Apud Quinctilianum:

XLI. Solutum. Sic enim voco, quod ἀσύνδετον Graeci vocant. Fit autem ita, ut, demtis coniunctionibus et praepositionibus, quibus verba et nomina connectuntur, singulatim unumquodque enunciemus. Cuius rei frequentissimum exemplum est per totas orationes M. Tullii: sed vel hoc unum ad exemplum sufficiet: *Expecto vim edicti, severitatem praetoris, favea aratori, cupio octupli damnari Apronium.* In his enim animadvertimus nullam neque disiunctionem, neque propositionem interpositam. Facit autem figura haec et ad celeritatem et ad vim doloris aliquam significandam, in quamplerumque, cum commoti sumus, hoc modo incidere solemus.

XLII. Illud etiam praeceptum habeto, actori

omnium legum iudicia perierunt. Sed elegantior est Aquilae lectio, quam merito probat Burmannus. [Cf. quae dixi ad Xenoph. Hieron. cap. 1. §. 15. Fr.]

§. 41. *Fit autem ita.* R. Stephanus *autem* temere abiecit.

ut, demtis coniunctionibus et praepositionibus, quibus verba et nomina connectuntur. Exhibemus Ed. Aldinae lectionem, quam Pithoeus secutus est. Edd. Venet. et Rhenan. *ut, demtis disiunctionibus et propositionibus, quibus verba et non verbis nominibus aut appellationibus particulis consequuntur.* Quae varietas ab interpolatore aliquo fluxisse videtur. Nam veram esse Aldinae lectionem, et res ipsa loquitur, et Mart. Capella confirmat. R. Stephanus Edit. Rhen. scripturam servavit, nisi quod pro *disiunctionibus* scripsit *iunctionibus*, apposito asterisco, quo aut lacu-
185 nam, aut * grave vitium indicare voluit.

et — singulatim unumquodque enunciemus. Mirum est, in indicativo *enunciamus*, non solum veteres Editiones, sed etiam Mart. Capellam, in quo perperam legitur *nunciamus*, consentire. Recte Stephanus scripsit *enunciemus.*

Expecto vim edicti. Verr. III. 11. [§. 28.] Ed. Venet. *Exopto.* Rhen. et Ald. *opto.* Mox omnes *oratori* pro *aratori*, *opto* pro *octupli.* Pejus hic locus habitus est in Mart. Capella.

neque disiunctionem, neque propositionem. Sic etiam Aldina, quae supra recte habebat: *demtis coniunctionibus et praepositionibus.*

et ad celeritatem. Copulam adieci ex Ed. Rhen. [De *celeritate* cfr. supra pag. 142. ed. Lugd. Fr.]

in qua — incidere solemus. Haec Ed. Aldinae scriptura est, quam leviter sic emendo: *in quam — incidere solemus.* Nisi forte *incidere* capias pro *incisim* aut *membratim afferre.* Venet. et Rhen. *qua — incidere solemus.*

§. 42. * *actori verae causae.* 186

verae caussae nunquam timendum esse, ne nimium sit in figuris sententiarum. Si enim fieri possit, ut omnes non ad aliquam utilitatem figurentur, non vitandum. Verum et optabile est, elocutionis figuris modum adhibendum, et his maxime, quae dicimus ad ostensionem magis, quam ad certamen facere, in quibus paribus paria reddantur, aut simili casu aut sono determinantur; in his etiam, iteratione verbi, aut repetitione, aut aliquocunque huiusmodi motu accidunt. In elocutione tam diu commorandum erit, quam diu non in fastidium et satietatem audientis incurrit. Melius itaque est, pluribus huiusmodi figuris uti, et exemplis variari elocutionem, quam diutius in iisdem manere.

XLIII. Διεζευγμενον, disiunctum. Haec figura ita ornat et amplificat orationem, ut diversis redditionibus verborum membra, quae vocamus *sa-*

Ita ex Aldina rescripsimus pro vulgato *auctori verae caussae*. [De frequentissima horum nominum permutatione cf. Kritz. ad Sallust. Catilin. 9. §. 2. pag. 11. Fr.] *Vera caussa* opponitur fictae declamatoris. Vide quae diximus ad Rutil. II. 6. pag. 92.

ne nimium sit. Bene Stephanus: *ne nimiu sit.*

ut omnes non ad aliquam etc. Negatio temere eiecta a Stephano. Locus mutilus videtur, certe depravatus.

modum adhibendum. Stephanus substituit *medum adhibere*, quod non imiter.

ad ostensionem. Male Stephanus *ostensionem* in *ostentationem* mutavit. De hac voce erudite disputat Salmasius ad Lampzid. Alexandr. 33. Sic etiam *ostendere* dicitur pro *ostentare*. Vide Dukerum ad Flor. III. 5. 4.

ad certamen facere. Venet. et Ald. *ad certamen fieri.*

reddantur. Stephan. *redduntur.*

aut simili casu. Stephanus inferset *quae*, hoc modo: *aut quae simili casu.*

iteratione verbi. Iterum Stephanus *quae* inseruit sic: *quae iteratione verbi.* Quod hoc loco magis necessarium est, quam altero.

aliquocunque. Stephan. *alio quocunque. Aliquiscunque* recte dicitur, ut *aliquisquam*, *aliquisplum*, *aliquislibet*. Vide Gronov. ad Liv. XLI. 6. [Cfr. ad Iul. Rufin. de schem. dictn. §. 18. Fr.] 187

commorandum. Venet. et Ald. *morandum.*

incurrit. Stephan. *incurret.*

§. 43. Διεζευγμενον, *disiunctum.* Ita scripsimus ex Ed. Aldina, et Capella. Edd. Venet. et Rhetan. male: *Disiunctum, sive iuiunctum.*

Digitized by Google

λα; disiungat ac separet; sive duo, sive plura, hoc modo: *Capuam colonis deductis occupabunt: Atellam praesidio communient: Nuceriam, Cumas multitudine suorum obtinebunt: cetera oppida praesidiis devincient.* Tale est et illud: *Veniet igitur sub praecone tota Propontis atque Hellespontus: addicetur communis ora Lyciorum atque Cilicum, Moesia et Phrygia.* [*Veniet Propontis atque Hellespontus*, idem conditioni legique parebunt.] Animadvertere autem potes, nihil interesse, utrum in postremis partibus membra disiungantur, vicissitate verborum, an in primis, an hoc vicissim fiat.

XLIV. Antezeugmenon, iniunctum. Hoc genus enumerationis diversam habet vim a figura su-

Capuam colonis deductis. Haec memoriter citantur ex Ciceronis Agrar. II. 31. [§. 86.] ubi ita: *Colonum municipium complebunt: Theanum opprimentes: Atellam, Cumas, Neapolin, Pompeios, Nuceriam suis praesidiis devincient.* Pro *Atellam* Ed. Rhen. *ac etiam.* Pro *Nuceriam* Aldin. *Luceriam.*

Veniet igitur sub praecone. Hoc fragmentum sumtum videtur ex Ciceronis Agraria I. [Voll. II. P. I. pag. 527. ed. Orell.] Cuius magna pars intercidit. Stephanus male edidit: *sub praeconem.*

Veniet, i. e. venibit. Vide Zumpt. Gr. Lat. §. 215. Ramshorn. §. 67. N. 5. Fr.

Moesia. Stephan. *Mysia.* [quod utique probandum erat. Fr.]

188 *Veniet Propontis atque Hellespontus, idem conditioni legique parebunt.* Haec verba uncis inclusimus. Sunt enim imperiti hominis glossema. Stephanus sic edidit: *Veniet Propontis atque Hellespontus sub praeconem, id est, conditioni legique parebunt.* [Orellio de extremis *idem — parebunt* longe secus videtur: habitud enim verum colorem Tullianum. Quem virum si sequaris, sic scribendum est: *Cilicum, Mysiis et Phrygia addetur conditioni legique parebunt.* Praeterea idem voc. *communis* corruptum censet. Latet in eo dativ. plur. in *is*, ut, quibus ora ista addicatur, ceatur dixerit. Fortasse: *colonis.* Fr.]

conditioni legique parebunt. Immo, vendetur, hastae subiicietur. Gesner.

vicissitate. Ed. Aldina *necessitate*, quod Pithoeus expressit. Forte verba *an hoc vicissim fiat* adscripta sunt ad explicandam vocem *vicissitate.*

§. 44. Antezeugmenon, *iniunctum.* Ita scripsimus ex Ed. Aldina, et Capella. Edd. Venet. et Rhen. *Diezeugmenon*, sive *Epizeugmenon, disiunctum*, sive *iniunctum.*

enumerationis. Forte *enunciationis.*

periore. Ibi enim copia verborum iactatur, hic brevitas. Nam ut in superiore singulis membris singula diversa reddimus, ita hic plura in uno coniungimus. Quale est hoc: *Quorum ordo humili, fortuna sordida, natura turpi oratione abhorret.* Hoc enim postremum *abhorret* ad tria refertur. Sin autem haec figura tum ita, ut in postremo sit pars orationis, quae duo aut plura membra coniungat tum in primo, tum in medio, iniectionem sive *ἐπιβολὴν* vocemus licet. Praestat autem vim orationi, pluribus verbis in eandem rem collocatis, non idem significantibus, sed maius semper ac maius aliquid, hoc modo: *Verberatur, cruciatur, necatur.*

XLV. Pleonasmos, plus necessarium. Eius figurae usus in eo est, ut verba quidem adiiciamus, non tam enunciandae rei necessaria, quam ut ex his

Quorum ordo humili etc. Editiones antiquae: *Quorum ordo humilis.* Sed quomodo emendandum sit, ostendit Mart. Capella l. c. pag. 176. *Quorum ordo ab humili, fortuna sordida, turpi ratione abhorret.* cui ex Aquila redde vocem elapsam *natura.*

189 * *Oratione* vero, an *ratione* scribendum sit, decerni in tam brevi fragmento vix potest. R. Stephanus edidit: *natura turpis a ratione abhorret.*

turpi. Leg. *turpis.* Gesner. Sic etiam Caussinus pag. 282. Male. Vide annotationem praecedentem.

Sin autem haec figura tum ita. R. Stephanus scripsit: *Sin autem haec figura ita fit.* Equidem legerim: *Fit autem haec figura tum ita.*

iniectionem. Edd. Venet. et Rhen. *in lectionem.*

sic ἐπιβολήν. Legendum *sive.* Gesner. *Id est* corrigit Stephanus, *seu* Caussinus l. c.

ἐπιβολήν. Vid. Lupus l. 1. Gesner.

§. 45. Pleonasmos, *plus necessarium. Eius figurae usus.* Edd. veteres: *Pleonasmos. Plus necessarius eius figurae usus.* ut Barthius etiam interpungit ad Claudian. de Laud. Stilic. II. 312. R. Stephanus edidit: *Pleonasmos. Plus. Necessarius huius figurae usus.* Veram lectionem conservavit Mart. Capella: *Pleonasmos est plus necessarium.* ubi H. Gratius minus bene emendabat * 190
plusquam necessarium. Nam *quam* subintelligitur. Vide Perizon. ad Sanct. Minerv. IV. 2. pag. 580. et Interpretes ad Vellei. Paterc. II. 1. 4. — Sed forte melius est legere *plus necessario*, ut corrigit Heinsius ad Ovid. Ep. XIV. 95. Ex Addendis. — Huic lectioni interpunctionem accommodavimus.

Digitized by Google

magnitudo, vel dignitas, vel moralis aliqua commentatio, aut denique species motura iudicem circumponatur. Alioqui, si nihil eorum additio verbi efficit, vitiosa erit. Itaque si dicas: *M. Cato ille:* quamvis sufficiat nomen tantummodo posuisse, videaris plus significasse addito *ille.* Item hoc: *Quae, malum, est ista voluntaria servitus?* Cum possit satis significatum esse: *quaenam est ista voluntaria servitus?* plus quidem habuit ex eo, quod *malum* positum est.

XLVI. Ellipsis, id est, detractio, contraria superiori figura. Ornatur oratio, cum verbum aliquod detrahimus a sua significatione, hoc modo: *Et illi quidem, qui a se morte inimici repulit,*

circumponatur. Pithoeana: *circumponantur.*

efficit. Stephan. *efficiet.*

M. Cato ille. Respicit Cicero. pro Planc. 8. [§. 20.] *Num quando vides Tusculanum aliquem de M. Catone illo in omni virtute principe gloriari?* Apud Capellam vulgo legitur: *Antonius ille.* Sed *Cato ille* legendum esse, ostendunt MSS. Leidenses, in quibus est *Anto ille.*

videaris plus significasse. Plus abest ab Edd. Venet. et Rhenan. R. Stephanus, qui solam Rhenanianam adhibuit, lacunam ita explevit: *videaris tamen aliquid significasse.* Aldinam et Stephanianam lectionem Pithoeus coniunxit, hoc modo: *videaris tamen plus significasse.* Sed facile caremus particula *tamen*, quae centies omittitur post *quamvis, etsi, licet.* Cicero apud Aquilam §. 1. *Quanquam sentio, quanta hoc cum offensione dicturus sim, dicendum est.* [Tusc. Disp. V. 12. ubi cf. Kuehner. Fa.] Seneca de Clement. I. 1. *Quamvis enim recte factorum verus fructus sit fecisse, —— iuvat inspicere et circuire bonam conscientiam.* ubi vide Gronovium. Ex Livio plura exempla congessit Drakenborch. ad XXII. 20.

Quae, malum, est ista voluntaria servitus. Ex Cicerone Phil. 191
I. 6. [§. 15.] ubi, *Quaenam, malum* etc. [Sed Orell. *Quae, malum! est* etc. Fa.]

Cum possit satis etc. Haec verba usque ad *servitus* omittit Ed. Venet.

plus quidem habuit. R. Stephanus ex coniectura: *plus quiddam habuit.*

quod malum positum est. Haec Aldinae scriptura est. Venet. et Rhen. *quae malum positum est.* Stephani interpolatio: *quod malum interpositum est.*

§. 46. Ellipsis, *id est, detractio, contraria superiori figura.* Mart. Capella: *Ellipsis est detrectatio, contraria superiori figurae.* Sic Edd. vulgatae. Sed MSS. Leidenses eandem, quam Aquila, lectionem habent.

qui a se morte inimici repulit. R. Stephanus insigni audacia sic edi iussit: *qui a se contumeliam*

Digitized by Google

ignosco. *Videntur autem mihi iudices, qui sententias pro illo tulerunt: nam multos fuisse audio.* Hic apparet, tum illud decesse: *Videntur autem mihi et iudices idem sensisse*, vel *ignovisse.* Sed quia intelligebatur, iis detractum est, ut ipsa celeritate commotior esset enunciatio.

XLVII. Hae sunt fere elocutionum figurae, animadversione dignae. Iam illud sua sponte quicunque intelligere possit, saepe plures elocutionis figuras concurrere. Nam qui sic loquitur: *Athenienses Asiae partem eam, quae Ionia cognominata est, coloniis communierunt: Dores Italiae eam regionem, quae Graecia est nominata, occupavere:* tres in unum figuras contulit, isocolon, omoeoptoton, diezeugmenon. Itemque hoc et in ceteris figuris accidere poterit.

morte inimici repulit. Quam coniecturam recentiores Editores statim arripuerunt. Multo lenius blandiusque est remedium, quod nos huic loco adhibemus: *qui a se mortem morte inimici repulit.* Cicero pro Sext. 37. [§. 79.] *neque ulla alia re ab se mortem, nisi opinione mortis depulit.* De hoc corruptelae genere passim diximus ad Rutilium.

Videntur autem mihi iudices. Stephan. *Videntur autem mihi et iudices.* ut statim,

192 * *multas.* Scilicet *sententias.* Stephanus *multos* scripsit, ut ad *iudices* referatur.

Hic apparet, tum illud decesse. Stephanus ex ingenio: *Hic apparet, totum illud decesse.* Recte, ut opinor.

Sed quia intelligebatur, iis detractum est. Edd. Venet. et Rhen. *Sed quia intelligebatur, is detractum est.* In Aldina *is* deest. R. Stephanus dedit: *Sed quia intelligebatur, ideo detractum est.* Nos pro *is* scripsimus *iis.*

§. 47. *Hae sunt fere elocutionum figurae.* Edd. veteres: *Hae sunt verae elocutionum figurae.* quod bene correctum a Stephano. Particula *fere* indicat, se non omnes, sed praecipuas figuras recensuisse. Vide Dukerum ad Liv. VI. 29.

Iam illud sua sponte quisque intelligere possit. Ita emendavimus e vestigiis Ed. Aldinae: *Iam illud sua sponte quacunque intelligere possit.* Ab Edd. Venet. et Rhen. abest *quacunque.* R. Stephanus sic legit: *Iam illud sua quisque sponte intelligere possit.* quod alii deinceps retinuerunt. [Vid. Zumpt. Gr. Lat. §. 706. Fr.]

coloniis. Ed. Rhen. *colonis.*

quae Graecia est nominata. * 193
Pithoeus ex coniectura dedit: *quae magna Graecia est nominata.* Ego quoque, *Graecia* simpliciter pro *magna Graecia* dici, vix credo. Sed sine librorum auctoritate nihil temere mutandum.

Itemque. Stephan. *Idemque.*

Digitized by Google

XLVIII. Illud ad postremum praecipiendum videtur, ne, proposita tibi figura, quaeras elocutionem his subiungere, si ita verba colligas, ut in eam figuram, quam destinaveris, incidant. Infirmum enim hoc et puerile erit. Haec consuetudo multa elocutionis, in qua figuras huiusmodi recognoscas, et assiduitas stili, cum ipsa exercitatio commoverit dicendi facultatem, in has formas ultro incurrit, ut cum quibus, et quo tempore utendum sit, possis diiudicare. Plurimum optimorum Demosthenis praestabit M. Tullio, ne, dum copiam imitamur, in nimietatem incidamus, cavendum est.

§. 48. *si ita verba colligas.* Edd. Venet. et Ald. *cita verba colligas.*

incidant. Male Stephanus *incidat.*

cum ipsa exercitatio etc. Ed. Rhen. *cum ipsa exercitatio commoverit dicendi facultas. Item in has formas* etc. Aliter et legit, et interpungit Stephanus: *tum ipsa exercitatio commoverit: dicendi facultas item in has formas ultro incurret.* Nos Edd. Venetae et Aldinae lectionem revocavimus; quae sensum satis planum habet.

ut cum quibus. Stephan. *ut et quibus.*

Plurimum optimorum etc. Haec mutila et manca est veterum Editionum lectio. Edd. Venet. et Ald. *necdum*, * Rhen. *imitatur.* 194
R. Stephanus omnia ad libitum mutavit, et interpolavit hoc modo: *Plurimum optimorum imitatio adiumenti praestabit. Demosthenis enim phrasin M. Tullius, nedum copiam imitatur. Sed ne in nimietatem incidamus, cavendum est.* quod, quamvis ineptum, alii Editores, ut e Codice haustum, servarunt. [Lege: *Plurimum optimorum Demosthenes praestabit: plurimum M. Tullius. Sed ne, dum* etc. Toup.]

IULII RUFINIANI
DE
FIGURIS SENTENTIARUM
ET
ELOCUTIONIS
LIBER

Hactenus Aquila Romanus ex Alexandro Numenio: exinde ab eo praeteritas, aliis quidem proditas, subtexuimus.

I. Ironia elocutiuncula Sallustiana commodissime exprimitur, cum aliud in pectore reclusum, aliud in lingua promtum habeamus, et sententia enunciationis in contrarium a verbis accipitur, ut apud Virgilium:

195 * Iulii Rufiniani. Neque hic, neque sequens Rufiniani liber comparet in Edd. Veneta et Aldina. Utrumque primus et solus edidit Beatus Rhenanus.

praeteritas, *aliis quidem proditas*. Scilicet *figuras*. R. Stephanus edidit: *praeterita ab aliis prodita*. Quem in errorem induxerunt verba, quae in veteri Edi-
196 tione his subiiciuntur: * *Schemata dianoeas. Ironia*, *partes eius* etc. quae non sunt Rufiniani, sed studiosi lectoris, figurarum catalogum conficientis. Quem nos ut inutilem et alienum eiecimus.

§. 1. *elocutiuncula*. i. e. phrasi, formula. Respicit ad Catil. 10. Gesner. Apud Sallust. est *in pectore clausum*. Notandum *reclusum*, quod rarius occurrit pro *clausum*. Vide Dukerum ad Flor. IV. 12. 64. [Cf. Iustin. I. 9. 16. Fr.]

habeamus. Stephan. *habemus*.

sententia. Sic Stephan. Ed. vetus *sententiam*.

a verbis. Viri docti delent praepositionem. Recte.

Virgilium. Aen. IV. 379.

Digitized by Google

Scilicet is superis labor est.

Apud TULLIUM *pro Ligario*: *Novum crimen*, *C. Caesar*. et cetera. In *Clodium et Curionem*: *Tu vero festivus*, *tu elegans*, *tu solus urbanus*, *quem decet muliebris ornatus*, et cetera. Ironiae autem species sex, Chleuasmos, sive Epicertomesis, Charientismos, sive Scomma, Asteismos, Diasyrmos, Exuthenismos, Sarcasmos.

II. CHLEUASMOS, sive Epicertomesis. Haec figura risum excitat, et severe proposita vafre excutit, eludens personarum, aut rerum comparationem, ut apud VIRGILIUM:

meque timoris
Argue tu, Drance.

Apud CICERONEM: *Quasi vero ego de facie tua, catamite, dixerim, vel alias potuisti contumeliosius facere, si tibi hoc Parmeno alloqui, ac non ipse Parmeno nunciasset.*

III. CHARIENTISMOS, sive Scomma. Hac figura fit festiva dictio, cum amoenitate mordax, ut apud CICERONEM: *Infirmo corpore atque aegro, colore ut*

pro Ligario. Cap. 1. FR.

In Clodium et Curionem. Cf. Spald. ad Quinctil. III. 7. 2. Ernesti. Hist. Eloq. Rom. pag. 4. FR.

Tu vero festivus. Integrior est hic Ciceronis locus apud Non. Marcell. pag. 465. ubi post *ornatus* haec adduntur: *quem incessus psaltriae; qui levare vultum, mollire vocem potes*. [Vid. Cic. Orell. Vol. II. P. II. pag. 153. FR.]

Epicertomesis. Editio antiqua *Epicertomenesis*.

197 * *comparationem*. Scribe *comparatione*. Virgilii locus est Aen. XI. 383.

§. 2. *Quasi vero ego* etc. Ex Frisciano VI. pag. 690. [Tom. I. pag. 238. Krehl.] discimus, hoc fragmentum sumtum esse ex oratione *pro Fundania* [Vid. Orell. Vol. IV. P. II. pag. 445. VI. 8. Cfr. id. Vol. II. P. II. pag. 154. adn. 1. FR.]: *Cicero pro Fundanio: Essetne id quod Meno nunciasset? Meno pro Menon.* ubi forte ex Ruffiniano pro *Meno* legendum *Parmeno*. Ipsum fragmentum non expedio. Verbo *alloqui* R. Stephanus temeraria coniectura supposuit *per aliquem*.

§. 3. *ut ipse iudicare p. u.* Pro literis *p. u.* Stephanus scripsit etc. Forte locus sumtus est ex oratione deperdita. Certe ex iis, quae supersunt, non annotavimus. [Cf. Orell. Vol. IV. P. II. pag. 579. FR.]

ipse iudicare p. u. Et apud eundem: *Facite enim, ut vultum ipsius, et illam usque ad talos demissam purpuram cogitetis.*

IV. Astrismos, urbana dictio. Hac figura fit exercitatis aliis ingenua festivitas, ut apud Ciceronem: *Respicite, Iudices, hominum fortunas, respicite Fabricii senectutem. Cum hoc respicite ornandae orationis caussa saepe dixisset, respexit ipse. At Fabricius a subsellis, demisso capite, discesserat.* Et alias: *Negabant mirum, ipsum iam nequam esse verrinum.* Et illi: *Alii execrabantur sacerdotem, qui tam nequam verrem reliquisset.*

V. Diasyrmos. Haec figura fit, cum rem aliquam aut personam elevamus, ut apud Tullium: *Est adhuc, quod admirari vos video, non Verres, sed Quintus Mutius.* Et in eodem: *Sed repente, tanquam epoto Circaeo, factus est Verres: redit ad se, atque ad mores suos.* Et alibi: *Quid ad haec Naevius? Ridet scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officii desideremus, et instituta bonorum virorum requiramus.*

VI. Exuthenismos. Figura haec fit, cum rem aliquam extenuamus, et contemtam facimus, ut apud Lucilium:

Facite enim. Pro Cluent. 40. [§. 111.]

198 §. 4. * *exercitatis.* Videtur legendum *excitatis*, i. e. citatis, laudatis aliorum verbis. Grenen.

Respicite. Pro Cluent. 21. [§. 58.]

Negabant. Verr. I. 46. [§. 121.] Edit. vetus: *Negabat virum iustum* etc.

Et illi alii. Sic interpungit Ed. vetus. Stephanus scripsit: *Et idem alibi.* Forte: *Et alibi.* Certe *alii* pertinet ad locum Ciceronis. [Suspicabar fuisse: *Et illos.* Fr.]

Alii execrabantur. Verr. I. 4.

§. 5. *Est adhuc.* Divin. in Caecil. 17. [§. 57.] ubi pro *epoto Circaeo* legitur *aliquo Circaeo poculo.* [Vid. Orell. Fr.]

Quid ad haec. Pro Quint. 17. [§. 55.]

§. 6. * *apud* Lucilium. Horatius Serm. I. 10. 20. de Lucilio. Grenen. Idem vir doctissimus ad

At magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis Miscuit.

Apud TULLIUM *pro Caecina: Eieci ego te armatis hominibus, non deieci, ut tantum facinus non in aequitate iuris, sed in una litera latuisse videatur.* Item in *Philippicarum secunda: Nam quod quaerebas, quomodo redissem: prima luce, non tenebris, deinde cum calceis et toga, nullis caligis, nec lacerna.* CATO *apud Athenienses: Antiochus epistolis bellum gerit, calamo et atramento militat.*

VII. SARCASMOS. Haec figura quibusdam videtur eadem, quae Chleuasmos, sed a perfectissimis propria significatione descripta est. Peculiariter enim foediora ea significamus, non tamen sine dicacitate concinna, ut apud VIRGILIUM:

Novimus et, qui te, transversa tuentibus hircis.

Apud CICERONEM: *Sexte noster, quoniam etiam*

Horatii l. c. legit: *ut apud* HORATIUM *in Lucilium.*

pro Caecina. Cap. 13. [§. 38.] ubi in *aequitate defensionis.*

Philippicarum secunda. Cap. 30. [§. 76.] unde haec facile emendari possunt.

CATO *apud Athenienses.* Scribendum: *ad Athenienses.* — Sed praestat nihil mutare. Sic a Cicerone in Bruto 20. laudatur TI. *Gracchi oratio Graeca apud Rhodios.* Ex ADDENDIS. — De hac Catonis oratione Plutarchus in Catone pag. 343. A. [cap. 12.]

§. 7. + *sed a perfectissimis.* Vetus Editio, syllabis male repetitis: *sed aperte perfectissimis.* Quod vitium sustulit R. Stephanus. Pro *perfectissimis* legere malim *peritissimis.* Quae verba etiam confunduntur in Cicerone de opt. gen. orat. 2. [§. 6. ubi cfr. Orell. FR.] *Ea igitur omnia in quo summa, erit orator peritissimus.* Scribendum *perfectissimus.* Negat quidem Pompeius Grammaticus, cuius specimen Mallio Theodoro subiecit Cl. Heusingerus, pag. 67. *perfectior, perfectissimus* recte dici. Sed subtilior, quam verior, haec est observatio. Ipse Cicero Orat. 1. *quod ego summum et perfectissimum iudicem.* [Cf. ibid. cap. 15. §. 47. FR.]

Novimus. Ecl. III. 8. *Hirquis* dedit R. Stephanus contra fidem Editionis antiquae. De hac varietate interpretes ad Virgil.

Sexte noster. Pro domo 18. [§. 47.] ubi sic: *Sexte noster, bona venia, quoniam iam dialecticus (es), et hoc quoque Ligurtis.* Ed. vetus *Lysurgis.*

Digitized by Google

iura liguris. Et *pro Coelio: Quod facerem vehementius, nisi mihi intercederent inimicitiae cum istius mulieris viro: fratre volui dicere: semper hic erro.*

VIII. Apophasis, sive Aetiologia, venustum schema, ubi quasi alio interrogante, nobis ipsis respondemus, et rationem reddimus. Cicero *pro Tullio: Si qui furem occiderit, iniuria occiderit. Quam ob rem? Quia ius constitutum nullum est. Quid si se telo defenderit? Non iniuria. Quid ita? Quia constitutum est.* Caesar *pro Bithynis: Quid ergo? Syngraphae non sunt, sed res aliena est.* Et hactenus, ubi nobis respondemus: alias, ubi aliis: quod nisi arte procedit, caussam prodit; ut apud Virgilium, interrogante altero, quod negare non poterat, subtiliter occurrit, ne furtum fecisse existimetur:

pro Coelio. Cap. 13. [§. 32.] ubi, *fratrem volui dicere.* [Vid. Orell. adn. 5. pag. 280. Fr.]

201 §. 8. * *Aetiologia.* Vetus Edit. *Eteologia.*

pro Tullio. [§. 52. pag. 391. Orell. Fr.] De hac oratione, praeter Interpretes ad Fragmenta, vide Vossium de Analog. II. 3. pag. 210. [Heinrich. in ed. fragm. huius orat. pag. 58. Beier. ap. Orell. Vol. II. P. I. pag. 382. sq. Fr.]

Si qui furem occiderit. Editio vetus: *Si qui in foro occiderit.* Quam scripturam R. Stephanus sic emendavit: *Si quis furem occiderit.* Bene *furem*: secus *si quis.* Nam *si qui* pro *si quis* sexcentis locis est apud Ciceronem et alios. Vide Dukerum ad Flor. I. 18. 20. et Drakenborch. ad Liv. III. 17. [Cf. Osann. Analect. Crit. pag. 4. Gernhard. ad Cic. Paradox. I. 1. §. 8. Heindorf. ad Horat. Sat. I. 4. 41. Zumpt. Gr. Lat. §. 184. Ochsner. ad Ciceronis Eclogas pag. 363. ed. 3. Fr.]

Non iniuria. Apud Sigonium Fragment. Ciceron. pag. 752. typographi hoc fragmentum ita corruperunt: *Si qui furem occiderit, haud iniuria occiderit. Quam ob rem? Quia ius constitutum nullum est. Quid si se telo defenderit? Iniuria. Quid ita? Quia constitutum est.* In quo errato castigando se valde iactat A. Patricius ad eadem Fragm. pag. 938. qui, si ipsum Rufinianum evolvisset, omni opera supersedere potuisset. Sed alii quoque, post Patricium, hoc fragmentum corrigere instituerunt, non inspecto Rufiniano.

Virgilium. Ecl. III. 21.

altero. Sic Stephanus. Edit. vetus *Adero.*

* *subtiliter occurrit.* Legendum: *subtiliter alter occurrit.*

Digitized by Google

An mihi cantando victus non redderet ille? Testis interrogatus a reo, *num fustibus vapulasset: innocens*, inquit. Aut cum dicitur, *Quaero, an occideris hominem?* et respondetur, *latronem;* ut confessionem praecurrat defensio.

IX. Aporia, eadem est et Diaporesis, addubitatio quaeslam, cum simulamus quaerere nos, unde incipiendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum; cumque artificialiter simulamus non sibi res invenire, non paratos venisse. Cicero in *Verrem*: *Quem? Quemnam? Recte admones: Polyclitum esse dicebant. Et de domo sua apud pontifices: Tibi literas ille misit? quas? aut nunquam misit, aut si misit, in concione recitari voluit. Itaque sive ille misit, sive tu protulisti: certe consilium tuum de honore Catonis mutatum est.*

X. Anacoenosis communicatio est, cum aut ipsos adversarios consulimus, aut cum iudicibus de-

Praecedentis verbi ultimae syllabae *alter* interceperunt.

Testis interrogatus a reo. R. Stephanus edidit: *Et testis interr.* Legendum: *Testis interrogatus in reum, num a reo etc.* Nam Rufinianus haec omnia descripsit ex Quinctilian. IX. 2. pag. 422. [§. 12.] *ut testis in reum rogatus, An ab reo fustibus vapulasset? Et innocens*, inquit etc. Forte etiam in Rufiniano scribendum: *Et innocens.* ut ultima syllaba verbi *vapulasset* illam particulam hauserit.

occideris. Male Stephanus *occiderit.* Alteram lectionem confirmat Quinctilian. l. c.

§. 9. *unde incipiendum.* Forte addendum ex Quinctiliano IX. 2. pag. 423. [§. 19.] quem Rufinianus descripsit: *ubi desinendum.*

non. F. *nunc.* Gesner.

simulamus, non sibi res invenire. R. Stephanus *sibi* delevit. Temere et frustra. Nam scribendum: *simulamus, nos ibi res invenire.*

* *in Verrem.* IV. 3. [§. 5.] 203

Polyclitum. Sic etiam Codd. aliqui Ciceronis. Vid. de hoc nomine Cort. ad Plin. Ep. VI. 31. pag. 497. Goerenz. ad Cic. de Fin. II. 34. pag. 292. et cfr. Ochsner. ad Ciceronis Eclogas pag. 148. ed. 3. Fr.

de Domo. Cap. 9. [§. 22.] ubi haec paulo aliter leguntur. [Cf. ad Aquil. Rom. §. 8. Fr.]

§. 10. *communicatio.* Cf. Quinctilian. IX. 2. 20. Fr.

Digitized by Google

liberamus. CICERO *in Divinatione: Decedente iam mehercules extra hanc contentionem, certamenque nostrum.* et reliqua. Est et Idiotismos. Item pro *Quintio: Si dupondius tuus ageretur, Sex. Naevi, si in parvula re captionis aliquid venerere, statim ad C. Aquilium, aut eorum aliquem qui consulunturcucurrisses? cum tua amicitiae, necessitatis, affinitatis ageretur.* Item ibidem: *Ego nunc pro te hos consulo post tempus, et in alienare, quoniam in tua re, cum tempus erat, consulere oblitus es. Quaero tabs te, C. Aquili, L. Lucullo, P. Quinctili, M. Marcelle: vadimonium mihi non obiit quidam socius et affinis meus, quocum mihi necessitudo vetus, controversia de re pecuniaria recens intercedit.* et cetera. Item pro *Sextio: Si recte vestrum bonitatem atque prudentiam agnovi, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri: primum exspectare.* CATO: *Si*

in Divinatione. Cap. 12. [§. 37.] ubi recte: *De te, Caecili, iam.*

mehercules. Cicero, quod ipse profitetur in Orat. cap. 47. §. 157., libentius dixit *mehercule* quam *mehercules*; et multis locis nunc restituta ex Codd. illa forma est, ubi vulgo *mehercules* legebatur. Cf. Ellendt. ad Cic. Brut. cap. 72. §. 251. adn. 1. FR.

Est et Idiotismos. i. e. haec verba Ciceronis Divin. in Caecil. 12. etiam sunt exemplum *Idiotismi*, familiaris quasi seductionis: Gall. *privauté.* GESNER. Vide eundem Thesaur. L. L. v. *Idiotismus.*

Item. F. *Idem.* GESNER.

pro Quintio. Cap. 16. [§. 53. ubi vid. Orell. FR.] R. Stephanus ex mendosis Ciceronis exemplaribus recepit: *Si de praediis tuis ageretur.* Mox Ed. Rhen. *in parvula recapitulationis.* quod ut manifeste vitiosum ex Ciceronis mendavimus. Reliquas varietates annotare, non est tanti.

* *Ibidem.* Cap. 17. [§. 54. ubi 24 vid. Orell. FR.] Vetus Editio: *Ego hunc pro te hos consulo.* Recte *hos*, quod de coniectura Ciceroni restituit Lambinus. Recte etiam mox *quoniam* pro *quod.*

Si recte vestram etc. Haec corrupta putabam, nec inveniebam in oratione *pro Sextio.* GESNER. Locus est pro Quint. 17. [§. 54.] unde restitui corruptissimam Ed. Rhen. lectionem, quae haec est: *Si recte vestram bonitatem atque prudentiam agnovi, enim multum me fallit: si cons. r. s. primum exspectari.*

CATO: *Si vos etc.* Haec omnia Rufinianus ex Quinctiliani IX. 2. pag. 488. [§. 21. ubi vide Spal-

vos in eo loco essetis, quid aliud facetetis? Et alibi: *Communem rem putatote, ac vos huic praepositos.* Virgilius:

fuit et tibi talis
Anchises genitor, Dauni miserere senectae.

XI. Agaiactesis, indignatio, quae fit maxime pronunciatione. Ennius in *Iphigenia*:

Menelaus me obiurgat: id meis rebus regimen restat.

Virgilius:

Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera
Iuncta fuit?

Cicero *pro Sylla*: *Fero ego te, Torquate, iam diutius fero.*

XII. Apodiosis, sive Apoplanesis, reiectio, vel probatio quarundam rerum, quasi in quaestionem non venire dignarum, neque oportuisse aut ab adversariis poni, aut a nobis quaeri, aut a iudice po-

ding. Fr.] descripsit, ubi plenius legitur: *Cedo, si vos in eo loco essetis, quid aliud fetissetis?* Simile illud Terentianum Andr. II. 1. 10. *Tu si hic sis, aliter sentias.* ut bene accepit Bentleius.

Communem rem putatote. Quinctilian. l. c. plenius: *Communem rem agi putatote, ac vos huic rei praepositos esse.* Edit. vetus 205 *puta tu et propositos*, * pro quibus R. Stephanus scripsit *putate et praepositos.*

Virgilius. Aen. XII. 933.

§. 11. *Menelaus me* etc. Recte magnus Bentleius Ep. ad Millium pag. 42. emendat:

Menelaus me obiurgat: id meis rebus regimen restitit.

ut sit trochaicus catalecticus.

Virgilius. Ecl. III. 25.

pro Sylla. Cap. 16. [§. 46.]

§. 12. Apodiosis. Sic leg. ἀποδίωξις pro *apodosis. Apoplanesis, aberratio*, quod aberrat animus ad alia, ut Cicer. * Phil. VII. pr. 206
Huic vicina alia *Apoplanesis*, de qua statim. Gesner. Sic etiam legit Vossius Inst. Orat. V. 6. pag. 251. Pro *probatio* R. Stephanus bene scripsit *reprobatio.* Vox *Apoplanesis* viris doctis ex sequenti articulo huc translata videtur.

venire dignarum. De hac structura dixi ad Quinctiliani lib. X. cap. 1. §. 96. pag. 87. et 267. Fr.

neque oportuisse. Inserendum videtur, verte intelligendum: *quasque putemus.* Sic iam Vossius Institt. V. 6. 6. Gesner. Haec medicina modum excedit. Lenior est nostra: *quae neque oportuisset aut ab adversariis* etc.

Digitized by Google

stalari. Quod schema mire facit accelerate fugiendum, ut et tacuisse, et tamen non timuisse videamur, ut in re difficili et contraria non haereamus. In qua figura breviter morati ad aliud statim transire debemus. Cicero *pro Caelio*: *Equitis Romani autem esse filium, criminis loco poni ab accusatoribus, neque his iudicantibus.*

XIII. Apollinaris est, aut iudicis a re contraria nobis avocatio, quam cum desiderat, aut ab adversario commonetur, ut quaerat, nos obscurando, et miscendo, et promittendo quidem dicturos nos, sed suo loco, ad aliam rem avocamus, et rursum dum dicimus, sensim ad aliud transimus: et ab eo, quod contra nos est, avocatur, et suspenditur iudex, vel coniuncta rerum multitudine implicatus, et non de uno, sed de pluribus putet sibi sententiam esse dicendam, ut *pro Cluentio* fecit Cicero, in qua oratione tenebras se effudisse iactavit iudicibus Cluentianis: *Intelligant, nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. Ego me, Iudices, ad eam caussam accedere, quae iam per annos octo continuos*, usque eo, *Efficiam profecto.* Deinde: *Versatam esse in iudicio pecuniam, constat.* totum caput. Deinde: *Unum quidem, nemo erit tam inimicus Cluentio.* usque ad finem capitis ipsius.

accelerate fugiendum. Stephanus scripsit: *ad accelerate fugiendum.*

pro Coelio. Cap. 2. [§. 4. ubi cf. Orell.] Ed. vetus: *criminis loco ab accusatoribus n. h. q.*

§. 13. *commonetur.* Sic Stephanus. Edit. vetus *commoveatur.*

207 * *pro Cluentio.* Cap. 1. [§. 1.] *tenebras se effudisse* etc. Haec habet a Quinctiliano II. 17. pag. 106. [§. 21.]

Ego me. Cap. 5. [§. 7.] Edit. vetus: *annos octo non.*

Versatam. Cap. 30. [§. 81.]

totum caput. Ex hoc loco docet Barthius Adversar. LIV. 22. iam a veteribus libros in capita divisos fuisse.

Unum quidem. Cap. 23. [§. 64.] *capitis.* Hanc vocem omisit Stephanus.

Digitized by Google

XIV. Aporismus, vel Diesismos, descriptio rerum per reprehensionem, quae exprimit et corrigit vim sententiae et potestatem. Quae potest videri species emendationis. Nam quae temere dixeris, reprehendet. Tullius: *Quanquam illa non poena, sed prohibitio sceleris fuit.* Aut alias: *Cives, inquam, si hoc nomine appellare fas est.*

XV. Ara, execratio. Execratio oratoria apud Ciceronem: *O scelus! o portentum in ultimas terras exportandum!* Apud Virgilium:

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,
Di, si qui est caelo pietas, quae talia curet,
Persolvant grates dignas.

XVI. Deprecatio, obsecratio, vel obtestatio, qua deos oramus, aut homines. Cicero pro Deiotaro: *Per dexteram istam tuam ego obtestor.* Pro Roscio μετὰ εἰρωνείας: *Rogat, oratque te, Chrysogyne.* Apud Virgilium:

Per superos, atque hoc caelum.
Per ego has lacrimas, dextramque tuam te.

Plautus: *Ita te deos obtestor per senectutem tuam.*

§. 14. *reprehendet.* Stephan. *reprehendit.*

208 * *Quanquam illa non poena.* Hoc exemplum, ex Ciceronis oratione deperdita ductum, habet etiam Quinctilian. IX. 2. pag. 422. [§. 18. apud Orell. exstat Vol. IV. P. II. pag. 578. Fr.]

Cives, inquam. Ex Cicerone pro Muren. 37. [§. 80.] ubi rectius: *Cives, cives, inquam, si eos hoc nomine appellari fas est.*

§. 15. Ara. Sic leg. ἀρά, non *Aria.* Gesner. Sic etiam Causinus pag. 285.

Ciceronem. Verr. I. 15. [§. 40.]

Virgilium. Aen. II. 535.

§. 16. *pro Deiotaro.* Cap. 31 [§. 8.] Post vocem *obtestor* in Edit. veteri haec leguntur: *Per ego has lacrimas.* quae, e sequentibus huc translata, bene deleverunt viri docti.

Pro Roscio. Cap. 49. [§. 144.] Edit. vetus: *meta ironias.*

Apud Virgilium. Edit. * vetus: 209
Apud deos Virgilius. Sed vocem *Deos* e sequentibus intrusam sustulerunt viri eruditi.

Per superos. Aen. III. 600. ubi sic: *Per superos, atque hoc coeli spirabile lumen.*

Per ego has lacrimas. Aen. IV. 314.

Ita te deos obtestor etc. R.

XVII. Diabole, criminatio, et quasi denunciatio eorum, quae futura sunt. Cicero pro Milone: *Erit ille atque illucescet dies.* et cetera. Terentius:

Videre videor iam illum diem, quo hinc egens
Profugiet aliquo militatum.

Apud Virgilium:

Sed non ante datam cingetis moenibus urbem.

et cetera.

XVIII. Dianoea. Haec figura fit proprie, cum proponitur, non id quod fieri oportet, sed quod fit. Tullius: *Dolabella autem, quemadmodum homines nobiles, usque, iniuriam fortissime perseverat.* Virgilius:

Furor arma ministrat.

Applicatur huic figurae etiam chria sententia no-

Stephanus temere expunxit *te*. Forte legendum: *Ita per te deos obtestor, et senectutem tuam.* Librarii, cum non cuperent elegantiam, qua *per*, inserta pronomine, a suo casu separatur, praepositionem ad *senectutem* transtulerunt. Plautus Bacchid. IV. 8. 64. *per te, here, obsecro Deos immortales.* Haec verborum collocatio ubicumque occurrit, certatim a viris doctis illustrata est, tanquam sibi quisque turpe putasset, abire asymbolum. Ex Graeco fonte illam erudite repetiit Cl. Valckenarius ad Euripid. Phoenis. 1659.

§. 17. Diabole, *criminatio.* Videtur legendum: Diapole, (διαπολή) *interminatio.* Syllaba *ei* orta ex compendio praepositionis *inter*, quam notant librarii per *ir*, imposite apice. Gesner.

pro Milone. Plenior locus est cap. 26. [§. 69.]

Terentius. Adelph. III. 2. 38. ubi, *quam hinc egens.*

* Virgilium. Aen. III. 656. Editio vetus unum tantum versum habet: duos adiecit R. Stephanus. Itaque Rutilianus non erat a Burmanno laudandus pro vulgata Virgilii lectione *subigat.*

§. 18. *praeponitur.* F. *proponitur.* Et toti huic figurae potius nomen *Diabole*, quam *Dianoea*, convenit. Gesner. *Praeponitur* invexit Stephanus.

usque iniuriam. R. Stephanus edidit: *ulciscei iniuriam.* Videlicet nesciebat, locum sumtum esse ex orat. pro Quint. 8. [§. 31.] non ita legitur: *Dolabella, (quemadmodum solent homines nobiles, seu recte, seu perperam facere coeperunt, ita in utroque exsibilant, ut nemo nostro loco natus assequi posset) iniuriam facere fortissime perseverat.*

Virgilius. Aen. I. 150.

sententia necessaria. Haec verba, tanquam glossema, abiicit Barthius Advers. XVI. 12.

cessaria, ut Cato in *Thermum* post censuram: *Qui ventrem suum non pro hoste habet, qui pro re publica, non pro sua vocenat, qui stulte spondet, qui cupide aedificat.*

XIX. Apophthegma, sententia responsiva, ut apud Caelium: *Fac velis, perficies.* Apud Tullium: *Litterarum radices amaras, fructus dulces.*

XX. Dialogismus. Haec fit ita, cum quis secum disputat et volutat, quid agat, vel quid agendum putet. Apud Terentium:

Quid igitur faciam?

Virgilius:

Eo, quid ago? rursusne procos irrisa priores
Experiar?

Cicero pro Cluentio: *Dem iudicibus? Mihi igit*

Cato in *Thermum* post censuram. Ed. vetus *Theranum*, quod bene correxit Stephanus. Saepe hoc dictio laudatur a Gellio, Festo, Non. Marcello, aliis. 211

Qui ventrem suum non pro *hoste habet.* Barthius Advers. XVI. 13. XXXVIII. 6. eleganter sibi hunc locum ita emendare visus est: *qui ventrem suum nimme pro hoste habet.* Ego vero, non dicam elegantiam conjecturae, sed ne sensum quidem capio. Aliquid in hoc fragmento deesse, perspicuum est.

§. 18. Apophthegma. An *Apophasma?* Gesner. Recepi *apophthegma*, ut corrigunt viri docti.

Ut apud Caelium. Sententia, quae subiicitur, a Comico potius, quam ab Oratore, profecta videtur. Ponne igitur ut apud Caelium. [Cf. Ruhnk. ad Veli. Fat. H. 68. 1. pag. ed. meae 173. Ouant. Analect. Crit. pag. 148. not. 1. et Ellendt. Hist. Eloq. Rom. pag. CX. Fr.] Eandem sententiam ita exprimit Horatius Serm. I. 9. 54.

Velis tantummodo quae tua virtus,
Expugnabis.

Litterarum radices. Graece: Τὴν μὲν ῥίζαν τῆς παιδείας εἶναι πικρὰν, τοὺς δὲ καρποὺς γλυκεῖς. Hanc sententiam Democrito tribuit Collectio Sententiarum MS. quae est in Bibl. Ludensi, Demosthenis Ancenus in Dictis philosophorum, Aristotelis Diog. Laërt. V. 18. alii aliis, ut Menagius ad Diogen. docet. *Vetus proverbium* vocat Alcuinus Grammat. pag. 2079. [In Orell. ed. Cicer. est Vol. IV. P. II. pag. 581. Fr.]

§. 20. Terentium. Eunuch. I. 1. 1. ubi vide Donatum. [Cf. Quinctilian. IX. 2. 11. Fr.] 213

* Virgilius. Aen. IV. 534. 212

pro Cluentio. Cap. 26. [§. 70.] ubi sic: *Demne iudicibus? Mihi igitur ipsi, praeter periculum et infamiam, quid quaeretur?*

tur nihil quaeretur? In *Verrinarum* libro I. *Si pupillo redimitur, mihi praeda de manibus eripitur. Quod est igitur remedium? quod?*

XXI. Epiplexis, sive Epitimesis. Fit haec figura, cum iurgamus, aut coarguimus. Cicero in *Catilinam: Patere tua consilia non sentis? quem nostrum ignorare arbitraris?* Terentius:

Non ego te vidi matum?

Virgilius:

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum?

XXII. [Omoeosis. Inest ibi paradigma parabolae.] Omoeosis est, cum per similitudinem res praesentantur. Cuius species sunt primae duae, Paradigma et Parabole. Harum distantia est, quod Paradigma facit vera exempla, Parabole ficta ostendit.

XXIII. Paradigmatos quidem triformis est ratio. Nam exemplum aut personas tantum exhibet sine sermone, aut sermonem sine personis, aut simul utrumque, personam sine sermone, ut Cicero in *Catilinam: Neque enim potuisset aut ille Hala,*

Verrinarum libro I. Cap. 54. [§. 142.] Edit. vetus *popelo* pro *pupillo*.

§. 21. *iurgamus.* Causinus pag. 893. *iurgamur.* [Utrumque usitatum. Fr.]

in Catilinam. Or. I. 1. [Cf. Quinctil. IX. 2. 7. Fr.]

Terentius. Heant. III. 3. 2.

Virgilius. Ecl. III. 17.

218 §. 22. * *Omoeosis. Inest ibi paradigma parabolae.* Haec verba eiecit R. Stephanus. Ego, ut aliena, uncis inclusi.

praestantur. Io. Schultingius ad Senec. Controv. II. 12. pag. 162. emendat *repraesentantur.* Recte. Praetuli tamen simplex *praesentantur*, quod haec aetas frequentavit. Vide Gesnerum Thes. L. L. h. v. [et Spalding. ad Quinctil. XI. 2. 1. pag. 286. Fr.]

§. 23. *in Catilinam.* Immo *in Miloniana* cap. 3. [§. 8.] ut bene vidit R. Stephanus. Edit. vetus corrupte: *Neque enim potuisset aut illa hala usque assis scelerates etc.*

Hala. Apud Cic. est *Akala.* Cf. Meyer. ad Cic. orat. §. 152. Nolten. Lex. Antibarb. pag. 17. Gesner. in Thes. v. *Akala*, et maxime Schneider. in libro egregio, *Elementarl. d. lat. Spr.* pag. 187. Caeterum pro *Akāla*, ut vulgo pronuntiant, *Ahāla* dicendum esse, mihi quidem satis exploratum est. Fr.

Digitized by Google

usque ad, *scelerates cives interimere.* Sermonem sine persona. *Catonis est dictum: pedibus compensare pecuniam.* Sed sermone pariter et persona. Cicero *pro Roscio: Estne hoc illi dicto atque facto Fimbriano simillimum?* Rursum Parabola et ipsa tripartita est, per Iconem, Omoeon, Epagogen.

XXIV. Icon fit, cum perfectae formae similes conferuntur. Virgilius:

Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis.

Cicero de populo Romano: *Mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari et conturbari solet: sic populus Romanus.*

XXV. Omoeon. Haec figura fit, cum ex partibus aliqua similitudo colligitur, ut Virgilius:

Sic oculos, sic ille manus, sic ora tenebat.

Etiam in actu fit Omoeon, ut idem Virgilius:

Non aliter, quam si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros.

Cicero in *Verrinis: Succinctam Scyllam lupis et canibus, cum pube tenus virgo sit, similem esse Verris et comitum illius, quibus quasi canibus succinctus sit.*

XXVI. Epagoge. Fit haec ex rerum similium

Catonis est dictum. Ex Cicerone pro Flacc. 29. [§. 72.] ubi *compensari.*

Sed sermone pariter et persona. R. Stephanus dedit: *Sermonem pariter et personam.* Cur *sed* delerit, nescio.

pro Roscio. Cap. 12. ubi vulgo
214 sic editur: *Estne hoc* * *illi dicto atque facto Fimbriae non simillimum?* Veram lectionem, quam Rufinianus conservavit, Lambinus etiam restituit, cui, ut solet, frustra obloquitur laudis Lambinianae inquisitiosus obtrectator, Ianus Gruterus. [Vid. Aug. Matth. ad h. l. in ed. 3. VII orationn. Ciceron. pag. 19. et Orell. pag. 36. adn. 6. Fa.]

§. 24. Virgilius. Georg. III. 89.

Cicero. Pro Cluent. 49. [§. 138.]

§. 25. Virgilius. Aen. III. 420. ubi *ferebat.*

Virgilius. Aen. IV. 669.

* *in Verrinis.* Haec Rufinianus
215 effinxit ex Verr. V. 56. [§. 146.] R. Stephanus post *Verrinis* inculcavit *sit.*

Digitized by Google

tur nihil quaeretur? In *Verrinarum* libro I. *Si pupillo redimitur, mihi praeda de manibus eripitur. Quod est igitur remedium? quod?*

XXI. Epiplexis, sive Epifimesis. Fit haec figura, cum iurgamus, aut conquimur. Cicero in *Catilinam: Putere tua consilia non sentis? quem nostrum ignorare arbitraris?* Terentius:

Non ego te vidi matrem?

Virgilius:

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum?

XXII. [Omoeosis. Inest ibi paradigma parabolae.] Omoeosis est, cum per similitudinem res praesentantur. Cuius species sunt primae duae, Paradigma et Parabole. Harum distantia est, quod Paradigma facit vera exempla; Parabole ficta ostendit.

XXIII. Paradigmatos quidem triformis est ratio. Nam exemplum aut personas tantum exhibet sine sermone, aut sermonem sine personis, aut simul utrumque, personam sine sermone, ut Cicero in *Catilinam: Neque enim potuisset aut ille Hala,*

Verrinarum libro I. Cap. 54. [§. 142.] Edit. vetus *populo* pro *pupillo*.

§. 21. *iurgamus.* Cousinus pag. 893. *iurgamur.* [Utrumque usitatum. Fr.]

in Catilinam. Or. I. 1. [Cf. Quinctil. IX. 2. 7. Fr.]

Terentius. Heaut. III. 3. 2.

Virgilius. Ecl. III. 17.

213 §. 22. * *Omoeosis. Inest ibi paradigma parabolae.* Haec verba eiecit R. Stephanus. Ego, ut aliena, uncis inclusi.

praestantur. Io. Schultingius ad Senec. Controv. II. 12. pag. 162. emendat *repraesentantur.* Recte. Praetuli tamen simplex *praesentantur*, quod haec aetas frequentavit. Vide Gesnerum Thes. L. L. h. v. [et Spalding. ad Quinctil. XI. 2. 1. pag. 296. Fr.]

§. 23. *in Catilinam.* Immo *in Miloniana* cap. 3. [§. 8.] ut bene vidit R. Stephanus. Edit. vetus corrupte: *Neque enim potuisset aut illa hala usque assis scelerates etc.*

Hala. Apud Cic. est *Ahala.* Cf. Meyer. ad Cic. orat. §. 152. Nolten. Lex. Antibarb. pag. 17. Gesner. in Thes. v. *Ahala* et maxime Schneider. in libro egregio, *Elementarl. d. lat. Spr.* pag. 187. Caeterum pro *Ahāla*, ut vulgo pronuntiant, *Ahăla* dicendum esse, mihi quidem satis exploratum est. Fr.

Digitized by Google

usque ad, *sceleratos cives interimere.* Sermonem sine persona. *Catonis est dictum: pedibus compensare pecuniam.* Sed sermone pariter et persona. Cicero *pro Roscio: Estne hoc illi dicto atque facto Fimbriano simillimum?* Rursum Parabola et ipsa tripartita est, per Iconem, Omoeon, Epagogen.

XXIV. Icon fit, cum perfectae formae similes conferuntur. Virgilius:

Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis.

Cicero de populo Romano: *Mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari et conturbari solet: sic populus Romanus.*

XXV. Omoeon. Haec figura fit, cum ex partibus aliqua similitudo colligitur, ut Virgilius:

Sic oculos, sic ille manus, sic ora tenebat.

Etiam in actu fit Omoeon, ut idem Virgilius:

Non aliter, quam si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros.

Cicero in *Verrinis: Succinctam Scyllam lupis et canibus, cum pube tenus virgo sit, similem esse Verris et comitum illius, quibus quasi canibus succinctus sit.*

XXVI. Epagoge. Fit haec ex rerum similium

Catonis est dictum. Ex Cicerone pro Flacc. 29. [§. 72.] ubi *compensari.*

Sed sermone pariter et persona. R. Stephanus dedit: *Sermonem pariter et personam.* Cur sed delerit, nescio.

pro Roscio. Cap. 12. ubi vulgo
214 sic editur: *Estne hoc* * *illi dicto atque facto Fimbriae non simillimum?* Veram lectionem, quam Rufinianus conservavit, Lambinus etiam restituit, cui, ut solet, frustra obloquitur laudis Lambinianae iniquissimus obtrectator, Ianus Gruterus. [Vid. Aug. Matth. ad h. l. in ed. 3. VII orationn. Ciceron. pag. 19. et Orell. pag. 36. adn. 6. Fr.]

§. 24. Virgilius. Georg. III. 89.

Cicero. Pro Cluent. 49. [§. 138.]

§. 25. Virgilius. Aen. III. 490. ubi *ferebat.*

Virgilius. Aen. IV. 669.

* *in Verrinis.* Haec Rufinianus 215
effinxit ex Verr. V. 56. [§. 146.] R. Stephanus post *Verrinis* inculcavit *sit.*

Digitized by Google

XXXI. Epanalepsis, repetitio sententiae propter aliam necessariam caussam, non ut fit in figuris elocutionis, sed apud Lucilium:

Vel concilio vestrum quod dicitis, olim
Coelicolae adfuissemus priore
Concilio.

Cicero *pro Rabirio*: *Libenter, si esset integrum, profiterer idem, Saturninum C. Rabirii manu interfectum. Nihil me iste clamor commovet,* usque hoc, *Libenter, inquam, profiterer.*

XXXII. Praeparasia, vel Parasceue, praemunitio, qua ante utimur, ut confirmaret id, quod subiecturi sumus. Ut si testem producturi sumus, ante est, ei fidem habendam esse doceamus. Quare velut generalis locus, et tractatus communis est. Cicero *pro Milone* ante praemunit, licere hominem occidere, et cum subito occisum P. Clodium iure, et sine invidia, cum ita dicit: *Negant intueri lucem esse fas ei, qui a se esse hominem occisum fateatur. In qua tandem civitate hoc homines stultissimi disputant?*

§. 31. *sed apud* Lucilium. Fr. Dousa ad Lucil. Fragm. pag. 23. corrigit: *Sic apud* Lucilium.

Vel concilio etc. Mutilos versus ita constituit Dousa:

Vellem concilio vestrum, quod dicitis, olim
Caelicolae; vellem, inquam, adfuvissemus priore
Concilio.

Aliter Ios. Scaliger apud eundem. Stephanus male: *vel consilio.* Mox Caussinus pag. 391. dedit: *quod dictis.*

pro Rabirio. Cap. 6. [§. 18.]

interfectum. Hic nempe interpellatus est Cicero a populo. Vid. cap. 6. Grenen.

usque hoc. Stephan. *usque huc.* [Cf. §. 13.]

§. 32. *ut confirmaret id. Stephanus dedit: *ut confirmet id.* 219

ante est, ei fidem habendam esse doceamus. Stephanus post *ante est* inculcavit *ut*, quo facile caremus.

Quare velut generalis locus. Stephan. *Quare est velut generalis locus.*

pro Milone. Cap. 3. [§. 7.]

subito. F. *subiicit.* Grenen. Pro *cum subito* Stephan. *tum subito.* Vera lectio videtur: *et tum subito subiicit.*

In qua tandem civitate etc. Vetus Editio: *In qua tandem civitate hoc dem.* Forte Rufinianus Tulliana sic laudavit: *In qua tandem civitate hoc dementissimi homines disputant?*

Digitized by Google

XXXIII. Parrhesia, oratio libera, quam Cornificius *licentiam* vocat. Cicero *pro Ligario: Suscepto bello, Caesar, gesto etiam ex parte magna, nulla vi coactus.* et cetera. Contra idem: *Quid aliud egimus, Tubero, nisi ut quod hic potest, nos possemus?* Interdum adulanter inducitur. Hic adulatio est: *pro Rabirio perduellionis* libere, cum ait: *Quin continetis vocem vestram, indicem stultitiae, testem paucitatis?*

XXXIV. Paradoxon, sive Hypomone, sustentatio, vel inopinatum. Hoc schema suspendit sensum, deinde subiicit aliquid eo, contra exspectationem auditoris, sive magnum, sive minus: et ideo *sustentatio*, vel *inopinatum* dicitur. Cicero *pro Ligario: Hinc prohibitus, non ad Caesarem, ne iratus: non ad domum, ne iners: non aliquam in regionem, ne condemnare caussam illam, quam secutus.* et cetera.

§. 33. Parrhesia etc. Haec descripsit e Quinctiliano IX. 2. pag. 424. [§. 27. cf. supra Rutil. II. §. 18. Fr.]

Cornificius. IV. 36. [ad Herennium. cf. Spald. ad Quinctil. III. 1. 21. Fr.]

pro Ligario. Cap. 3. [§. 7.]

220 * *Contra idem.* Eiusdem orat. cap. 4. [§. 10.]

Ut hic adulatio est: pro Rabirio perduellionis libere, cum ait. Sic distinguendum. Pithoeus: *Ut hic adulatio est pro Rabirio perduellionis, libere cum ait.* Gesner. *Ut* inseruit Stephanus non necessaria de caussa.

Pro Rabirio perduellionis. Sic bene edidit Pithoeus. Edit. vetus: *pro arbitrio perduellionis.* Locus est cap. 6. [§. 18.]

§. 34. Paradoxon etc. Haec omnia fere sumsit a Quinctiliano IX. 2. pag. 423. [§. 22. sq.]

aliquid eo, contra exspectationem auditoris, sive magnum, sive minus. R. Stephanus pessime delevit pronomen *eo.* Nam legendum: *aliquid eo, contra exspectationem auditoris, sive maius, sive minus.*

pro Ligario. Cap. 9. [§. 27.]

non ad domum. Apud Cic. est, *non domum.* Fr.

ne condemnare caussam illam, * 221
quam secutus. Ed. vetus mendose: *non concau. ill. q. s.*

et cetera. Addenda nempe quae sequuntur cap. 9. *In Macedoniam ad Cn. Pompeii castra venit, in eam ipsam caussam, a qua erat reiectus cum iniuria.* Gesner.

Digitized by Google

XXXV. Protrope, adhortatio ad aliquam rem est, et palillogia. Virgilius:

Nunc, nunc insurgite remis,
Hortor vos, socii.

Cicero in *Verrem* II. actionis libri: *Vos, quod ad vestram famam, senatusque consulta pertinet, Iudices, prospicite, atque consulite.* et cetera.

XXXVI. Pathopoeia. Haec vel odio, vel iracundia, vel misericordia commovetur. Virgilius:

Domus interior gemitu miseroque tumultu
Miscetur.

Cicero *pro Roscio: Nemo erat, qui non ardere illa omnia mallet, quam videre in Sex. Roscii bonis dominantem.* et cetera. Apud eundem in *Verrem: Clamor interea fit tota domo, pugna inter servos Rubrii atque hospitis.* et cetera. Alio loco: *Caedere ianuam saxis, instare ferro, ligna et sarmenta circumdare, ignemque subiicere coeperunt.*

XXXVII. Syncrisis, sive Antithesis, comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum, ut:

Ego proiector, quod tu peccas; tu delinquis, ego arguor

§. 35. Virgilius. Aen. V. 189. ubi pro *Hortor vos, socii*, est *Hectorei socii.* De memoria, ut saepe, hos versus laudat Rufinianus, nisi forte librarii manus aberrarit.

in Verrem II. actionis libri. Editio vetus: *In Verrem Hi* (i. e. secundi) *actionis libri.* Stephan. male: *in Verrem III. actionis libro.* Locus est Verr. I. 8. [§. 22.] ubi rectius sic: *Vos, quod ad vestram famam, existimationem, salutemque communem pertinet, Iudices, prospicite, atque consulite.*

§. 36. Virgilius. Aen. II. 486.

* *pro Roscio.* Cap. 9. [§. 24.] 222

illa omnia. Apud Ciceron. est *omnia.* Sed Rufiniani lectionem probat Garaton. Fr.

in Verrem. I. 26. [§. 67.]

Alio loco. I. 27. [§. 69.] Ed. vetus: *ignemque subeo e. p.* Stephan. *ignemque etc.*

§. 37. *Ego proiector* etc. Pulcre vidit Hieron. Columna ad

Digitized by Google

Pro malefactis? Helena redeat, virgo pereat innocens?

Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia? Cicero *pro Murena: Vigilas tu de nocte, ut consultoribus tuis respondeas: ille, ut mature, quo intendit, cum exercitu perveniat.* et cetera. Idem in *Verrinis: Iste multo sceleratior, et nequior, quam ille Adrianus, aliquanto etiam felicior fuit.* et cetera.

XXXVIII. Hyberbole aliis tropus videtur. Ceterum fit, cum excedit veritatem sententia. Apud Virgilium:

Ennii Fragm. pag. 214. hos versus petitos esse ex Ennii Iphigenia. Pro *proiector* Pithoeus, et G. I. Vossius ad Tragicor. Lat. Fragm. pag. 35. egregie legunt *plector*. Trochaicos versus esse, primus vidit metricae rei callentissimus Bentleius Ep. ad Mill. pag. 43. [in Opusc. pag. 488. ed. Lips. Fr.] qui primum versum sic constituit:

Ut ego plectar, quod tu peccas; tu delinquis, ego arguar.

[Porsonus in Miscellan. Crit. pag. 303. ed. Kidd. in hunc modum constituit:

Ut ego plectar, tu delinquas; tu pecces, ego arguar.

Fr.] Euripid. Iphig. Aul. 384. εἰτ' ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν ὁ μὴ σφαλείς; Ita pro δώσω κακῶν bene scripsit Rich. Dawesius Miscell. pag. 341.

delinquis. Sic bene Stephanus. Edit. vetus *delinquas.*

223 **mea necetur filia.* Editio vetus: *mea negetur, filia mea.* quam scripturam sic tentavit Io. Schulting. ad Senec. Contr. II. 9. pag. 136. *mea nocetur filia necata.* Quod quid sibi velit, non intelligo. Veram lectionem, quam in textu posuimus, conjectura assecutus est Columna l. c.

mea negetur, filia mea. Videtur legendum *necetur*, et posterius *mea* omittendum. Videtur enim expostulatio Agamemnonis cum Menelao, cum illius Iphigenia filia ad sacrificium postularetur. Gesner.

pro Murena. Cap. 9. [§. 22. ubi de verbis *de nocte* haec est viri eximii, Aug. Matthiae adnotatio: „*De* cum nominibus temporis significat, illud tempus non plane effluxisse. Terent. Adelph. V. 3. 55. *Ceterum rus cras cum filio ibo primo lucu.* M. *Imo de nocte censeo.* Gesner. in Thes. rectius quam Ern. in Cl. Sic *de die potare,* [ἀφ' ἡμέρας πίνειν,] quum dies adhuc est.“ Cf. Schmidius ad Horat. Epist. I. 2. vs. 32. II. 18. vs. 91. Fr.]

Verrinis. I. 27. [§. 70.]

§. 38. Hyperbole *aliis tropus videtur.* Haec contra veteris Editionis fidem sic interpolavit R. Stephanus: *Hyperbole aliis schema, aliis tropus videtur.*

excedit veritatem. Cf. Spald. ad Quinctil. VIII. 4. 29. Fr.

Virgilium. Aen. XII. 84.

Qui candere nives anteirent, cursibus auras.
Apud Tullium: *Campus ipse me caussam paene docuit Leontinus.*

224 * *Apud* Tullium: *Campus ipse* etc. Editio vetus: *Apud* Tullium: *Campus ipse me caussam p. d. l.* Quae cum R. Stephanus non intelligeret, sine modo et exemplo delere, maluit omnia, quam mutila exhibere. Nec ullum eorum vestigium in Editionibus Stephaniana posterioribus reperitur. Nos locum restituimus ex Fortunatiano Art. Rhet. III. pag. 91. *Verba frequentius ponenda sunt longiora in fine elocutionis*, ut: *Ipse me caussam campus paene docuit Leontinus.*

Digitized by Google

IULII RUFINIANI
DE
SCHEMATIS LEXEOS

I. Prolepsis est schema lexeos, id est, figura elocutionis, cum ante numerus redditur verbis, quam res, personae, affiniantur, ut:

Nec tantum Rhodope mirantur, et Ismarus Orphea.

Et:

Interea reges, ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru.

Latine appellari potest *praesumtio*, vel *anticipatio*.

II. Syllepsis est, cum duabus diversisque sententiis et rebus unum datur verbum, minime utrisque conveniens, ut:

227 *Iulii Rufiniani etc. Hic valde iciunus et exilis libellus, quo orationis schemata unius fere Virgilii exemplis explicantur, non videtur esse Rufiniani. Nam cur idem argumentum bis sibi tractandum sumsisset? Videntur librarii, cum auctoris nomen non adiectum reperissent, Iulii Rufiniani nomen ad hoc quoque opusculum traduxisse. Qui librariorum error quam frequens sit, sciunt, qui membranas veteres versarunt.

§. 1. *affiniantur*. F. *definiantur*, vel *res personaeve finiantur*. Sic esse legendum et distinguendum, facilius credet, qui totum locum Aen. XII. 162 — 169. consideraverit. Gesner. Barthius * Advers. L. 10. tenet *adfiniari*, explicatque adiungi, velut adfinitate necti. Absurde. 228

Nec tantum Rhodope. Virgil. Ecl. VI. 30. Edit. vetus *miratur*. Sed Rufinianum *mirantur* scripsisse, res ipsa loquitur. Vide Heinsium ad Virgil. l. c.

Interea reges. Virgil. Aen. XII. 161.

Digitized by Google

Inclusos utero Danaos, et pinea furtim
Laxat claustra Sinon.

Laxat enim et ad Danaos referri non potest, sicut ad claustra. Et:

Optume Graiugenum, cui me fortuna precari,
Ad vita comtos volui praetendere ramos.

Non enim, sicut *cui praetendere ramos*, ita et *cui precari* potest videri ratione connexum. Et:

His quidam signis atque haec exempla secuti.

Haec Latine dicitur *conceptio*.

III. Zeugma est, cum unum verbum communiter multis sententiis iungitur, ad omnes pari significatione pertinens, et adnexum, ut:

Aeneas, urbe, et sociis, et classe relicta.

Latine haec figura dicitur *ligatio*, vel *adnexio*.

IV. Hypozeuxis est, cum singulis rebus, sententiisque singula debita verba iunguntur, ut:

Procumbunt piceae: sonat icta securibus ilex:
Fraxineaeque trabes, cuneis et fissile robur
Scinditur: advolvunt ingentes montibus omos.

Et:

Venit hiems, teritur Sicyonia baccа trapetis:
Glande sues redeunt laeti: dant arbuta silvae:
Et varios ponit foetus autumnus: et alte
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.

§. 2. *Inclusos.* Virgil. Aen. II. 258.

et ad Danaos. Copulam abiecit Stephanus.

Optume. Aen. VIII. 127.

229 *His quidam.* Georg. IV. 219. *conceptio.* Editio vetus corruptio. Sed *conceptio* viri docti emendarunt ex Beda de Trop. S. Script. pag. 876.

§. 3. *Aeneas.* Aen. IX. 8.

§. 4. *Procumbunt.* Aen. VI. 180.

Venit hiems. Georg. II. 519.

Digitized by Google

Haec figura Latine vocabitur *subiunctio*, vel *subinsertio*, vel *subnexio*.

V. Epanalepsis est eorundem verborum simul positorum, eiusdemque sententiae post multa interiecta cum aliqua periodi conclusione facta repetitio, ut:

Huc, pater ô Lenaee, tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pampineo gravidus autumno
Floret ager, spumat plenis vindemia labris:
Huc, pater ô Lenaee, veni.

Et:

Pastorum musam Damonis et Alphesiboei,
Immemor herbarum quos est mirata iuvenca,
Certantes, quorum stupefactae carmine lynces;
Damonis musam dicemus et Alphesiboei.

Latine haec figura dicitur *resumtio*, vel *repetitio*.

VI. Epanaphora est, cum ab eodem verbo plures inchoatae sententiae incipiunt, ut:

Hic gelidi fontes: hic mollia prata, Lycori:
Hic nemus: hic ipso tecum consumerer aevo.

Et:

Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lacrimas victus dedit? aut miseratus amantem est?

Et:

Bellum, ô terra hospita, portas:
Bello armantur equi: bellum haec armenta minantur.

Et:

Ver adeo frondi nemorum, ver utile silvis.

Et:

220 §. 5. * *Huc, pater.* Georg. II. 4. *Pastorum.* Ecl. VIII. 1. *Num fletu.* Aen. IV. 369. *Bellum.* Aen. III. 539.

221 * §. 6. * *Hic gelidi.* Ecl. X. 42. *Ver adeo.* Georg. II. 323.

Digitized by Google

Nocte leves stipulae melius.

Latine haec figura dicitur *iteratio.*

VI. Palillogia est, cum verbum, quod in prima sententia est ultimum, in sequente primum, ut:

Pierides. Vos haec facietis maxima Gallo,
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.

Et:

Addit se sociam, timidisque supervenit Aegle,
Aegle, Naïadum pulcerrima.

Et:

Deiphobum vidi lacerum crudeliter ora,
Ora, manusque ambas.

Et:

Concurrunt Tyrrhenae acies.

Latine dicitur *egressio.*

VII. Anadiplosis est eiusdem verbi continuatim repetitio, ut:

Longum, formose, vale, vale, inquit, Iola.

Et:

O Corydon, Corydon, quae te dementia cepit?

Et:

Me, me, adsum qui feci.

Latine dicitur haec figura *duplicatio.*

VIII. Epanadiplosis est, cum idem verbum in eadem sententia et primum est, et extremum, ut:

Nocte. Georg. I. 289. Edit. vetus: *Nocte leves stipulae melius enim.* omissis ceteris, quae Stephanus adiecit.

iteratio. Stephanus, mutans verborum sedem, hic posuit *regressio*, sequ. §. *iteratio.*

282 §. 6. * Palilogia. Leg. *Palillogia*, παλιλλογία. Gesner.

in sequente primum. Stephanus edidit: *in sequente fit primum.*

Pierides. Ecl. X. 72.

Addit se. Ecl. VI. 20. Editio vetus: *Addit se solam.*

Deiphobum. Aen. VI. 495.

Concurrunt. Aen. X. 691.

egressio. Stephanus legit *regressio*, et ad superiorem §. transfert, huc revocans *iteratio.*

§. 7. * *Longum.* Ecl. III. 79. 283

O Corydon. Ecl. II. 69.

Me, me. Aen. IX. 427.

Digitized by Google

Caesaris et nomen et famam tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abest ab origine Caesar.

Et:

Ante novis rubeant, quam prata coloribus, ante.

Et:

Unum illud tibi, nate Dea, proque omnibus unum.

Et:

Ipsum obtestemur, veniamque oremus ab ipso.

Latine dicitur *inclusio.*

IX. Metathesis est, cum quod ante dictum est, postponitur, et quod post dictum est, anteponitur, ut:

Eripis, ut perdas, perdis, ut eripias.

X. Diacope, sive diastole est, cum inter duo eadem verba diversum ponitur aliquid medium, ut:

Culpatusve Paris, divum inclementia, divum.

Et:

Duc age, duc ad nos.

Et:

Scis, Proteus, scis ipse.

Latine dicitur *separatio.*

X. Parenthesis est, cum ordinata ac legitima sententia interrumpitur per alienum extrinsecus, diversamque sententiam, ut:

Vare, tuum nomen, (superet modo Mantua nobis,

§. 8. *Caesaris.* Georg. III. 47. Stephanus dedit: *Caesaris et famam et nomen.* In Virgilio legitur: *Caesaris, et nomen fama.*

Ante novis. Georg. IV. 306.

Unum illud. Aen. III. 435.

234 * *Ipsum obtestemur.* Aen. XI. 358.

§. 9. *Eripis.* Elegans pentameter cuius poëtae sit, quaerendum.

§. 10. *Culpatusve.* Aen. II. 602.

Duc age. Georg. IV. 358.

Scis, Proteus. Georg. IV. 447.

§. 10. * *alienum.* Viri docti 235 scribunt *alienam.*

Vare, tuum nomen. Ecl. IX. 27. ubi *ferent.*

Digitized by Google

Mantua vae miseraе nimium vicina Cremonae)
Cantantes sublime ferunt ad sidera cygni.

Et:

Ipsique suos, iam morte sub aegra,
Discissos.

Latine haec figura dicitur *interruptio*, vel *interiectio*.

XI. Antithesis est, cum verbum verbo pari potestate per contrarium redditur, ut:

Seque novo veterum deceptum errore locorum.

Et:

Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus.

Latine *contrarium*, vel *oppositio* potest dici.

XII. Ploce, cum idem verbum sententiave ad consummationem superioris retorquetur, ut:

Vos ô, quibus integer aevi.

Quale forsitan et illud accipi potest:

Pan etiam, Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.

Latine dicitur *implicatio*, vel *retractatio*.

XIII. Paronomasia est, secundum praedictum verbum, positio alterius, ipso poscente sensu, ut apud Terentium:

Ipsique suos. Mutilus locus est in Editione veteri. In Virgil. Georg. III. 512. ita:

ipsique suos, iam morte sub aegra,
(Di meliora piis, erroremque hostibus illum!)
Discissos nudis laniabant dentibus artus.

§. 11. *Seque novo.* Aen. III. 181. ubi in Servio scribe: *aut per contrarietatem sermonem declaravit.*

* *Volvitur.* Aen. IX. 414. 236

§. 12. *consummationem.* Cfr. de hoc voc. quae dixi ad Quinctilian. X. 5. §. 14. Fr.

Vos ô, quibus. Aen. II. 638.

Pan etiam. Ecl. IV. 58.

§. 13. Terentium. Andr. I. 3. 18.

Nam inceptio est amentium, haud amantium.

Et:

Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.

Quale illud poterit forsitan videri:

Nec quisquam ferantes acies, letumque ferentes
Sustentare.

Contra et aliter:

Puppesque tuæ, pubesque tuorum.

Latine dicitur *adnominatio*, vel *adfictio*.

XIV. Paregmenon est æque similis figura, cum ex supra dicto, verbo aliud derivatur, ut:

Ipse gravis, graviterque ad terram pondere vasto
Concidit.

Et:

Oppetere ingentem, atque ingenti vulnere victum.

Et:

Voce vocat Hecaten.
Ire iter, et castris audebit vellere signa.

Latine *derivatio* dicitur.

XV. Epanorthosis est, cum supra dictum verbum verbo sequenti corrigitur, ut: *Non surripere hoc est, furari.* Latine dicitur *correctio*.

Tibi erunt parata. Terent. Heaut. II. 3. 115. Edit. vetus: *parta verba.*

237 * *Nec quisquam.* Aen. XI. 872. ubi sic:

Nec quisquam instantes Teucros, letumque ferentes.

Puppesque. Aen. I. 399.

§. 14. *ex supra.* Edit. vetus: *et supra.*

ultro. Aen. V. 446.

Oppetere. Aen. XII. 640.

* *Voce.* Aen. VI. 247. 238

Ire iter. Georg. IV. 108.

§. 15. *Non surripere hoc est, furari.* Bene viri docti corrigunt: *Non surripere hoc est; sed furari.*

Digitized by Google

XVI. Epistrophe est, cum in eadem verba plures sententiae desinunt, ut:

Sic aratus inaequali tonsore capillos
Occurri, rides: si forte subucula pexae
Trita subest tunicae, vel si toga dissidet impar,
Rides.

Quale forsitan sit:

Similis si cura fuisset,
Tunc quoque fas nobis Teucros armare fuisset.

Et:

Impius ante aras, atque auri coecus amore.

Latine dicitur *reversio.*

XVII. Climax est, cum ex re in rem gradum tibi sententiae faciunt, ut:

Quae Phoebo pater omnipotens, mihi.

Et:

Torva leaena lupum sequitur: lupus ipse capellam:
Florentem cytisum sequitur lasciva capella.

Latine haec figura dicitur *gradatus.*

XVIII. Asyndeton est, vel dialyton, cum oratio nulla coniunctione connexa, velut solutae sententiae regulam servat, ut:

§. 16. *Sic aratus.* Ex Horatio Ep. I. 1. 94. ubi vir summus, Rich. Bentleius acute subodoratus est, *Si curtatus* non ad scripti exemplaris fidem editum esse, sed ad vulgatas Horatii Editiones refictum. Nam R. Stephanus contra Rhenanianae Editionis fidem dedit: *Horatius: Si curtatus.* Ipse Bentleius bene tuetur veterum librorum scripturam, *Si curatus.* quam vitiosa Rufiniani lectio *Sic aratus*, vel *Si caratus* confirmat. [Vid. Schmid. in ed. epist. Horatii pag. 44. Fr.]

239 * *Similis.* Aen. VIII. 396.

Impius. Aen. I. 349. ubi vide Burmannum.

coecus amore. Add. *Clam ferro incautum superat, securus amorum.* Virgil. Aen. I. 349. Gesner.

§. 17. *Quae Phoebo.* Aen. III. 251. Quae desunt, addidit Stephanus.

Torva. Ecl. II. 63.

gradatus. Stephanus *gradatio.*

§. 18. * Asyndeton est, vel 240
dialyton. Edit. vetus: *Asyntheton est, vel diacliton.*

velut solutae sententiae regu-

Consilium, partim galea clypeique resultant
Irrita; deflexit partim stringentia corpus.

Et:

Ipsi numerumque modumque carinis.
Nos aera, manus, navalia demus.

Latine dicitur *dissolutio*, vel *incommerio*. Asyndeton autem modo per singula verba fit:

aera, manus, navalia demus.

Et:

Haec eadem, terram, mare, sidera iuro.

modo per plura verba, et per ea, quae Graeci vocant κῶλα:

Denique, quid vesper serus vehat, unde serenus
Ventus agat nubes, quid cogitat humidus auster,
Sol tibi signa dabit.

Et:

nube cava speculantur amicti,
Quae fortuna viris, classem quo litore linquant,
Quid veniant.

XIX. Epanodos est, cum duabus brevibus, pluribusve propositis, ad singularum enarrationem recurritur, ut:

Divellimur inde:
Iphitus et Pelias mecum: quorum Iphitus aevo
Iam gravior.

Et:

lam servat. Recte Victorius ad Demetr. Phaler. pag. 171. emendat: *solut soluta*. Ex Addendis.

stringentia corpus. Add. ex Aen. X. 331. *Alma Venus*. Gesner.

Ipsi numerumque. Aen. XI. 326.

Haec eadem. Aen. XII. 197.

Denique. Georg. I. 461.

* *nube cava*. Aen. I. 516. 241

§. 19. *duabus brevibus*. Pithoeus bene correxit: *duobus brevius*. Mox Ed. vetus *singularem*.

Divellimur. Aen. II. 484.

Digitized by Google

Protinus Orsilochum et Buthen, duo maxima Teucrum
Corpora, sed Buthen aversum cuspide fixit
Loricam galeamque inter, qua colla sedentis
Invenit.

Latine dicitur *reversio*, vel *regressio*.

XX. Paradiastole est, cum similes res discernuntur, contrariis redditis, ut:

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres;
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iras.

Et:

Dulce satis humor, depulsis arbutus hoedis,
Lenta salix foeto pecori, mihi solus Amyntas.

Latine dicitur *discriminatio*.

XXI. Diaeresis est figura sermonis, cum fit rerum distributio, ut:

Hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles;
Classibus hic locus: hic acies certare solebant.

Et:

Hic portus alii effodiunt.

Et:

Ferit ense gnaviter Tymbraeus Osirim.

Haec Latine dicitur *distributio*, vel *designatio*.

XXII. Antistasis est, cum idem verbum repetitur in contrario sensu, ut:

Una salus victis, nullam sperare salutem.

Protinus. Aen. XI. 670. ubi pro *invenit* est *lucent*.

242 * *reversio, vel regressio*. Ed. vetus: *eversio vel egressio*. Recepimus correctionem virorum doctorum.

§. 20. *Triste*. Ecl. III. 80. [Cf. ad Xenoph. Hier. VI. 9. Fn.]

Dulce. Ibid. 82.

§. 21. *cum fit rerum distributio*. Sic emendavimus. Edit. vetus: *cum fit rerum distributione*. Male Stephanus, *fit omnino cum rerum distributione*.

Hic Dolopum. Aen. II. 29.

Hic portus. Aen. I. 427.

* *Ferit*. Aen. XII. 458. 243

Osirim. Vid. Huschk. ad Tibull. I. 7. 27. Fn.

§. 22. *Una salus*. Aen. II. 354.

Et:

Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

Haec Latine dicitur *intentio.*

XXIII. Metastasis est, vel Metabasis, cum a loquentis persona ad personam transitum facimus, ratione aliqua, vel adfectu, ut:

Non haec Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam.

Deinde:

Et nunc ille quidem spe multum captus inani
Fors et vota facit.

Deinde:

Infelix, funus nati crudele videbis.
Hi nostri reditus, exspectatique triumphi?
Haec mea fides? At non, Euandre, pudendis
Vulneribus pulsum adspicies.

Haec figura dicitur *variatio*, aut *transitus.*

XXIII. Apostrophe est, cum sermo allecto et instituto ordine in diversum ac contrarium vertitur, ut:

Scipiadas bello duros, et te, maxime Caesar.

Et:

Impulerit ferro.

Latine *conversio* dicitur. Inter metastasin et apostrophen hoc interest, quod metastasis personarum multiplicata variatio est, et ab alia ad aliam, deinde rursus ad aliam, et deinceps gratulatio transi-

Ex illo. Ecl. VII. 10.

§. 23. *Non haec.* Aen. XI. 45.

Et nunc ille. Ibid. 49.

244 * *Infelix.* Ibid. 53.

§. 23. *allecto et instituto ordine.* R. Stephanus emendat: *a recto et instituto ordine.* quod sequentes Editores receperunt.

Scipiadas. Georg. II. 170.

Impulerit ferro. Quid sibi haec duo verba velint, non video. Gesner. Est hemistichium Virgilii Aen. II. 55. Sed figura non nisi ex integro loco apparet:

Et, si fata Deum, si mens non laeva fuisset,
Impulerat ferro Argolicas foedare latebras:
Troiaque nunc stares, Priamique arx alta maneres.

ubi vide Servium.

* *gratulatio transitur.* R. Ste- 245

tur; at in apostrophe commutatio est personae fere unius.

XXIV. Sunt autem et aliae figurae, mire orationi decus ornamentumque tribuentes. Hoc a superioribus discere te oportet, quod non tam sententiarum perpetuarum sunt figurae, quam singulorum paene verborum, et quod carent appellationibus propriis. Fiunt autem per casus, numeros, praepositiones, genera, personas, et si qua sunt talia: quarum exempla summatim breviterque ponentur.

XXV. Figura per casum genitivum, ut si dicamus: *Constans vir animi*, pro *constantis animi*. Item alia, ut se habent ista:

Isque amens animi, et rumore accensus amaro.

Et:

At non infelix animi Phoenissa.

Et:

Actutum pius Aeneas, atque integer aevi Ascanius.

Et:

Hic annis gravis, atque animi maturus Aletes.

Et si quis dicat *pecuniae dives*, ut:

Insula, dives opum.

Et:

Dives equum, dives pictai vestis, et auri.

phanus corrigit: *gradatim transitur*. Malim: *gradatione transitur*.

apostrophe. Edit. vetus *anastrophe*.

§. 24. *Hoc a superioribus discere te oportet*. Viri docti tentant: *Hoc a superioribus eas distinguere te oportet*. Sed legendum: *quas hoc a superioribus discernere te oportet*. [vel, *discernere oportet*, omisso pronomine. Fr.]

si qua sunt talia: quarum. Ita corrigendum. *Quarum*, scil. figurarum. Edit. vetus: *si qua sunt aliquarum*. unde Stephanus fecit: *si qua sunt talia. Quorum*.

§. 25. *Isque amens*. Aen. IV. 203.

* *At non infelix*. Ibid. 529. 246

Actutum. Aen. IX. 255.

Hic annis. Ibid. 246. Edit. vetus: *Hic anni*.

Insula. Aen. II. 22.

Dives equum. Aen. IX. 26.

Digitized by Google

Item:

quas illi laeta laborum.

Et:

Expediunt fessi rerum.

Et:

Ille mihi ante oculos felix functusque laborum,
Egregiusque animi.

Et si qua sunt talia.

XXVI. Figura per dativum, si quis dicat *timeo illi*, pro *timeo pro illo*, et talia, ut:

et pariter comitique onerique timentem.

Et:

Tunc decuit metuisse tuis.

Et:

Haec cum Dardanio Aeneae miranda videntur.

pro *ab Aenea*. Et quae antique dicta sunt:

cui nomen asylo
Romanum est.

Et:

cui nunc cognomen Iulo
Additur.

Et:

Cui Rhemulo cognomen erat.

Et:

cui nomen amello
Fecere agricolae.

Item si qua sunt talia.

quas illi. Aen. XI. 73. ubi *laborum.*

Expediunt. Aen. I. 178.

247 * *Ille mihi.* Aen. XI. 416. ubi *ante alios.*

§. 26. *timeo pro illo.* Sic Stephanus scripsit. Ed. vetus *timeo illo.*

et pariter. Aen. II. 729.

Tunc decuit. Aen. X. 94.

Haec cum Dardanio. Aen. I. 494.

cui nomen. Georg. III. 147.

* *cui nunc cognomen.* Aen. I. 248 267.

Rhemulo. F. *Remulae.* Gesner. *Rhemulo* vitiose Pithoeana. Locus est Aen. IX. 593.

cui nomen amello. Georg. IV. 271.

sunt talia. Sic Stephanus. Editio vetus: *sunt et alia.*

Digitized by Google

XXVII. Figura per accusativum, ut si quis dicat *togam fusus*, pro *fusam togam habens*, ut se habent ista:

nodoque sinus collecta fluentes.

Et:

Scissa comam.

Et:

Et roseas laniata comas.

Et:

tumidusque novo praecordia regno.

Et:

Infractum hesterno venas, ut semper, Iacchi.

Et:

Ecce, manus iuvenem interea post terga revinctum.

Et quae antique dicta sunt:

forsan et haec olim meminisse iuvabit.

Et:

numeros memini, si verba tenerem.

pro *numerorum memini*. Item si qua sunt talia.

XXVIII. Figura per ablativum, si quis de quopiam dicat, *magnus virtute*, *bonus bello*, pro *in bello*; et, *erectus capite incedit*, ut se habent ista:

Purpureis cristis iuvenes, auroque coruscis.

Et:

Sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae.

Et:

§. 27. *nodoque*. Aen. I. 320.

Scissa. Aen. IX. 478.

249 * *Et roseas*. Aen. XII. 606. ubi recte *genas*.

tumidusque. Aen. IX. 596.

Infractum. Ecl. VI. 15. ubi *Inflatum*.

Ecce, manus. Aen. II. 57. Stephanus dedit *iuvenum*, non Rufinianus, ut Burhannus ad Virgil. l. c. scribit.

Forsan et. Aen. I. 203.

numeros. Ecl. IX. 45.

§. 28. * *Purpureis*. Aen. IX. 29 163.

Sunt mihi. Aen. I. 71.

Digitized by Google

Unde prius laetum siliqua quassante legumen.

Et:

tereti subnectit fibula gemma.

Et:

qui forte tapetibus altis
Extractus.

Et:

Quam tua ni, spoliata armis, excussa magistro,
Deficeret.

Item si qua sunt talia.

XXIX. Figura Graeca, aut casu varietas, ut:

Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

Et:

placidone etiam pugnabis amori?

pro *tecum certet*, et *cum amore pugnabis*. Et:

Reddidit una boum vocem.

pro *una e bubus*. Item similia. Aut praepositione detracta, ut:

Maria aspera iuro.

Et:

Tyrrhenum navigat aequor.

Item quae sunt talia.

XXX. Figura per personas, ut si quis dicat: *Vos, superi, Iupiter, precor*; ut sunt ista:

Vos, ô Calliope, precor, aspirate canenti.

Et:

Unde prius. Georg. I. 74.

tereti. Aen. V. 518.

qui forte. Aen. IX. 325. ubi *exstructus*. Forte Rufinianus scripsit *exstratus*, ut Codd. quidam legunt. Vide Burmannum.

251 * *Quam tua.* Aen. VI. 353. ubi *tua ne.*

§. 29. *casu varietas.* R. Stephanus perperam legit: *casuum varietas.*

Montibus. Ecl. V. 9.

placidone. Aen. IV. 38. ubi alii libri *placitone.*

Reddidit. Aen. VIII. 217.

Maria. Aen. VI. 351.

* *Tyrrhenum.* Aen. I. 67. ubi 252 vide Servium.

Digitized by Google

Vos, ó patricius sanguis, quos vivere fas est.
Item si qua sunt similia.

XXXI. Figura per numeros, ut si quis dicat: *Populus locuti sunt.* ut:

Pars in frusta secant, verubusque trementia figunt.

Et:

Pars calidos latices, et ahena undantia flammis
Expediunt.

Et:

saevitque animis ignobile vulgus;
Tum, pietate gravem ac meritis si forte virum quem
Conspexere, silent.

Et si qua sunt similia.

XXXII. Figura per praepositionem *ad*, modo semel et simpliciter positam, ut si quis dicat, *advolvor illum*, pro *ad illum volvor*, et, *accedo illum*, quasi *ad illum accedo*, ut:

Explorare locos, quas vento accesserit oras.

Et:

Nuncia fama ruit, matrisque adlabitur aures
Euryali.

Et:

§. 30. *Vos, superi, Iupiter, precor.* Acute suspicatur Drakenborchius ad Sil. Ital. III. 222. *superi* variantem lectionem vocis *Iupiter* esse, et de margine in textum irrepsisse.

Vos, ó Calliope. Aen. IX. 525. ubi vide Servium, et recentiores Interpretes.

Vos, ó patricius. Ex Persio I. 60. Similis versus Horatianus de A. P. 291.

Vos, ó
Pompilius sanguis, carmen reprehendite.

§. 31. *Pars in frusta.* Aen. I. 212.

* *Pars calidos.* Aen. VI. 218. 253

saevitque. Aen. I. 149.

§. 32. *semel et simplicem positum.* Recte Io. Schulingius ad Senec. Controv. II. 12. pag. 167. emendat: *semel et simpliciter positam.*

Explorare. Aen. I. 307. ubi sic:

locosque
Explorare novos, quas vento accesserit oras.

Nuncia. Aen. IX. 474.

Digitized by Google

Electram Graii perhibent, Atlantide cretam,
Advehitur Teucros.

Modo dupliciter elatam, ut: *Quin adeat ad eum, aggrediar ad illum.* Et si qua sunt talia.

XXXIII. Figura per praepositionem *in*, modo semel et simpliciter elatam, ut:

Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

Et:

Tu calamos inflare leves.

quasi *in calamos*, et *in ebur flare*. Et apud SALLUSTIUM: *Atque eos a tergo incurrerunt.* quasi *in eos incurrerunt.* Modo dupliciter elatam, ut:

Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.

Et:

Induit in florem, et ramos curvavit olentes.

Et:

Hanc, ut prona iugo laevum incumbebat in amnem.

Et si qua sunt similia.

XXXIV. Figura per verborum qualitatem, ut *caput velor*, pro *caput velo*, aut *capite velor*, ut:

capite ante aram Phrygio velabar amictu.

Et:

254 * *Electram.* Aen. VIII. 135. ubi recte:

Electra, ut Graii perhibent, Atlantide cretus.

Modo simpliciter relatam. Videtur legendum: *Modo dupliciter elatam.* ut mox §. 34. GESNER. Sic etiam legit Schultingius ad Senec. l. c. Pro *elatam* perperam Stephanus dedit *relatam.*

Modo semel simplicem elatam. Hic etiam Schultingius ad Senec. l. c. bene corrigit: *modo semel et simpliciter elatam.*

§. 33. *Inflavit.* Georg. II. 193. *Tu calamos.* Ecl. V. 2.

SALLUSTIUM. [Fragm. Incert. Lib. 23. pag. 195. ed. meae. FR.] Idem Iug. 101. *cum Sulla, profligatis, quos advorsum ierat, Mauros ab latere incurrit.* ubi vide Cortium. Adde Dukerum ad Liv. XXVIII. 16. [et Doct. Hom. Commentar. in Sallust. ab me edit. Vol. III. pag. 378. FR.] Edit. vetus: *a tergo incurrunt.*

* *Induerat Circe.* Aen. VII. 255
20.

Induit. Georg. I. 188.

Hanc, ut prona. Aen. VIII. 236.

§. 34. *capite.* Aen. III. 545. ubi sic:

Et capita ante aras Phrygio velamur amictu.

Digitized by Google

flava caput nectuntur oliva.

Et:

pecudum fulvis velatur pectora setis.

Et:

aut pacem Troiano ab rege petendum.

Et:

populare penates.

pro *populari.*

XXXV. Figura per modos temporum, ut cum dico *libens fecero*, pro *faciam*, ut:

donec me flumine vivo
Abluero.

XXXVI. Figura per adverbiorum qualitatem, ut cum dicimus, *ad illum coeno*, *ad villam moror*, pro *apud villam*; et, *terrae iacet*, pro *in terra*; et, *domi militiaeque res gestas*; et, *cuius domo nota est annos sexaginta natus*; et,

tot annos
Bella gero.

XXXVII. Figura per pleonasmon, ut, *antiquum obtines*; et, *mortem occumbere*; et, *obire diem*; et, *vivere vitam*; et, *pugnare pugnam*; et, *ire iter*; et, *oculis videre*; et,

flava. Aen. V. 309.

256 * *pecudum.* Georg. III. 388.

aut pacem. Aen. XI. 230. Recte Rufinianus *petendum*, quod efficit figuram. Festinavit ad hunc locum Burmannus. [Vid. supra pag. 189. §. 4. adn. 3. Fr.]

populare. Aen. I. 527. Pro *penates* Edit. vetus *petentes.*

§. 35. *donec me.* Aen. II. 719.

§. 36. *terrae iacet.* Ovid. Amor. III. 2. 25.

Sed nimium demissa iacent
tibi pallia terrae.

ubi vide Interpretes. Sed hanc structuram satis explicuerunt Sanctius Minerv. IV. 4. pag. 641. Vossius de Construct. cap. 25. Oudendorpius ad Lucan. IV. 647. et Drakenborch. ad Liv. V. 51.

* *cuius domo nota.* i. e. e cuius nobili familia. Gesner. Locus corruptus. Corrige: *Cuius domi nata*; et, *annos sexaginta natus.* Ita duplex exemplum his verbis continetur. [Cf. Drak. ad Liv. XXI. 43. 15. Fr.] 257

tot annos. Aen. I. 47.

§. 37. *antiquum obtines.* Nullus in his pleonasmus. Sed Rufinianus sine dubio laudarat ex Terentio Hecyr. V. 4. 20. *morem antiquum atque ingenium obtines.*

pugnare pugnam. Vid. adn. ad Xenoph. Hier. cap. 2. §. 8. Fr.

Digitized by Google

Voce vocans Hecaten.

Et:

Hunc, oro, sine me furere ante furorem.

Ac si qua sunt talia.

XXXVIII. Figura per eclogam verborum, ut cum enunciamus, *bonos dicere, fortes pugnare;* item, *da bibere, da coenare;* et,

Donat habere viro.

Et:

Cunctaturque metu, letumque instare tremescit.

Voce vocans. Aen. VI. 247.
Hunc, oro, Aen. XII. 680.

§. 38. *per eclogam verborum.* Ubi verbo potius utimur, quam
258 alia parte orationis, nomine, * participio. Sic et in sequentibus. Gesner.

bonos dicere. Respicit ad Virgil. Ecl. V. 1.

Cur non, Mopse, boni quoniam convenimus ambo,
Tu calamos inflare leves, ego dicere versus.

ubi vide Servium.

Donat. Aen. V. 262.

Cunctaturque. Aen. XII. 916. ubi pro *letumque* Edd. *telumque;* in quibus verbis facilis fuit literarum transpositio. Similis commutatio facta est in Epigrammate, uno omnium venustissimo, Anthol. Lat. III. 192. pag. 632. [cf. ad Rutil. lib. II. §. 7. pag. 154. Fa.] quod per hanc occasionem integritati suae restituamus:

Iam libet ad lusus, lasciva que furta reverti.
Ludere, Musa, iuvat. Musa severa, vale.
Nunc mihi narretur tumidis Arethusa capillis,
Nunc adstricta comas, nunc resoluta comas:
Ut modo nocturno pulset mea limina signo,
Intrepidos tenebris ponere docta pedes:
Nunc collo molles circum diffusa lacertos,
Ut flectat niveum semisupina latus.
Inque modos omnes, dulces imitata tabellas,
Transeat, et lecto pendeat illa meo:
Nec pudeat quidquam. sed me quoque nequior ipso
Exultet toto non requieta toro.
Non deerit, Priamum qui deflet, Hectora narret.
Ludere, Musa, iuvat. Musa severa, vale.

Non una macula hoc epigramma foedatur. Vs. 3. facili et certa emendatione scribendum:

Nunc mihi narretur tumidis Arethusa papillis.

* Ovid. Remed. Am. 337. 259

omne papillae
Pectus habent tumidae: fascia nulla liget.

Martial. VIII. Ep. 64.

Et talis tumor excitet papillas,
Quales cruda viro puella servat.

Prudent. adv. Symmach. II. 38.

Nec tumidas fluitante sinu vestita papillas.

Pari elegantia *papillae turgere*

Digitized by Google

Et:

Da sternere corpus.

dicuntur. Auctor Pervigil. Vener. 14.

turgentes papillus de Favoni spiritu.

Auson. Epigr. 94.

Punica turgentes redimibat zona papillas
Hermiones: zonae textum elegion erat.

Qui legis hunc titulum, Paphie tibi mandat, ames me:
Exemploque tuo neminem amare vetes.

Quod epigramma Ausonius vertit de inedito Graeco Asclepiadis εἰς Ἑρμιόνην ἑταίραν·

Ἑρμιόνη πιθανῇ ποτ' ἐγὼ συνέπαιζον ἑτοίσῃ
Ζώνιον ἐξ ὠδέων πουκίλον, ὦ Παφίη,
Ἑρμόσεα γράμματ' ἔχον. δι' ὅλον δ' ἐγέγραπτο·
φίλει με,
Καὶ μὴ λυπηθῇς ἤν τις ἔχῃ μ' ἕτερος.

De hac papillarum forma plura Iunius de Pictura III. 9. 27. Mox vs. 9. *tabellae* Venereae *dulces* vocantur. Frigide et inepte, si quem pulcri sensum habemus. Repone:

Inque modos omnes, ductus imitata tabellae,
Transeat.

Arethusa gestibus exprimebat *concubitus varios, Venerisque figuras*, quas artifex in tabella duxerat. *Ductus* quam proprium sit, nihil attinet exemplis demonstrare. Statius Silv. IV. 6. 25.

artificum veteres cognoscere ductus.

Ducti et *dulci* etiam confunduntur apud Claudian. in Rufin. I. praef. 18. Denique vs. 10. nullum idoneum sensum elicimus ex his:

et lecto pendeat illa meo.

Verum si literarum transpositio, de qua paullo ante diximus, adhibeatur, statim legendum esse apparet:

et telo pendeat illa meo!

Telum quid sensu nequam sit, clarum est ex Martiale * XI. 260 Ep. 79.

Paedicare semel cupido dabit illa marito,
Dum metuit teli vulnera prima novi.

Qui versus eleganter expressi sunt ex Epigr. in Priapei pag. 63.

Quod virgo prima cupido dat nocte marito,
Dum timet alterius vulnus inepta loci.

Describitur vero genus Veneris, quod Graeci κελητίζειν vocant: Asclepiades Epigrammate apud Dorvillium ad Charlton. pag. 158. [296. ed. Lips.]

Οἱ πολὺ ὕπτιον ἵππον ἐγύμνασεν, οὐδὲ ποτ' αὐτῆς
Μηρὸς ἐφοινίχθη κουφὰ τινασσομένης.

Asclepiadem, ni fallor, expressit Horatius Serm. II. 7. 50.

Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum.

[ubi cf. Heindorf. Fr.] Lectionem *telo*, quam revocavimus, etiam confirmat adiunctum verbum *pendere*, quod in hac sequitiae palaestra tanquam sedem habet. Iuvenalis VI. 320.

Lenonum ambillas posita Saufeia corona
Provocat, ac tollit pendentis praemia coxae.

Sed commentarii instar est locus Apulei Met. II. pag. 32. *inscenso grabbatulo, super me coxim residens, ac erebra subsiliens, lu-*

Digitized by Google

Et:

Da fungere dextram.

Et:

quale per aestum
Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.

Et:

Hoc ridere meum tam nihil.

XXXIX. Figura per eclogam adverbiorum, ut cum dicimus: *Magnum tonat; tumidum loquitur.*

magnumque fluentem
Nilum.

Et:

utque voluntas
Ad terras, immane sonat per saxa.

Et:

nec longum laetabere.

bricisque gestibus mobilem spinam quatiens, pendulae Veneris fructu me satiavit. Cum vs. 13. comparandum est Stratonis Epigramma MS.

Μὴ ζήτει δέλτοισιν ἐμοῖς Πρίαμον παρὰ βωμοῖς,
Μηδὲ τὰ Μηδείης πένθεα καὶ Νιόβης,
Μηδ' Ἴτυν ἐν θαλάμοις, καὶ ἀηδόνας ἐν πετάλοισιν.
Ταῦτα γὰρ οἱ πρότεροι πάντα χύδην ἔγραφον.
Ἀλλ' ἱλαραῖς Χαρίεσσι μεμιγμένον ἡδὺν Ἔρωτα,
Καὶ Βρόμιον. Τούτοις δ' ὀφρύες οὐκ ἔπρεπον.

[Vs. 10. Toupius legendum suspicabatur:

et lateri *pendeat illa meo.*

„Praestat tamen" inquit Bergmannus „Ruhnkenii *telo*, iudice „P. Burmanno Sec. ad Anthol. „Lat. Tom. II. pag. 481. Idem „vero, ab illo dissentiens, supra „vs. 9. aut nihil, aut, si quid, „mutandum censet *doctas* — *tabellas:* et vs. 3. pro *tumidis* „ipse coniiciens *rutilis*, vulgarem lectionem, *capillis*, tanta „acerbitate adversus Ruhnkenii „*papillis* defendere studet, l. c. „pag. 482. et 745., ut partium, „quo tunc temporis ducebatur, „studium manifesto prodat: nec „legenda eius annotatio, nisi ad„hibita Wyttenbachii narratione „Vit. Ruhnk. pag. 92. et 160. et „comparato Elogio Hemsterhus. „pag. 246. et 258 — 261. Sed „tum fortasse immemor erat Cl. „Burmannus auxilii, sibi antea „a Ruhnkenio lati in edendo Anthol. Tom. I. ubi vid. Ep. Dedic. pag. XLVII. et annot. pag. „76." Fr.]

Da sternere. Aen. XII. 97.

Da fungere. Aen. VI. 697.

* *quale per.* Ecl. V. 47. Edit. 261 vetus: *Dulcis aquae salientis item restringere.*

Hoc ridere. Persius Sat. I. 122.

§. 39. *magnumque.* Georg. III. 28.

utque volutus. Georg. III. 238.

nec longum. Aen. X. 740.

Digitized by Google

Et:

grave olentis Averni.

Et:

horrendum intonat armis.

Et:

Navibus infandum amissis.

Et si qua sunt talia.

XL. Figura per pronomina, ut, *nullus dixeris*, pro *ne dixeris*. Et: *Quis mulier?*

XLI. Figura per eclogam nominum, ut cum dicimus: *Bonum est virtus, malum infamia.* Ut:

Dulce satis humor, depulsis arbutus hoedis.

Et:

Tale tuum carmen nobis, divine poëta,
Quale sopor fessis in gramine.

grave olentis. Aen. VI. 101.
262 * *horrendum.* Aen. XII. 700.
Navibus. Aen. I. 251. ubi vide Servium.
§. 40. *nullus dixeris.* Terent. Hecyr. I. 2. 4. [Cf. Zumpt. Gr. Lat. §. 688. Fr.]
Quis mulier. Sumsit e Plauto Trucul. I. 1. 76. *Sed haec quis mulier est?* Veteres pronomine *quis* etiam de feminino genere utebantur. Naevius apud Charisium II. pag. 186.

Nunquam quisquam amica
Amanti amico nimis fiet fidelis,
Nec nimis erit morigera.

Ita hunc locum constituit Is. Vossius ad Catull. pag. 307. Caecilius apud Gell. II. 23.

Quis vestrarum fuit
Integra aetatula?

ubi vide I. F. Gronovium. Pompeius Commentario MS. in Donatum: *Apud maiores nostros indifferenter invenimus hoc pronomen;* quis vir, *et* quis mulier. —— *Terentius cum de muliere loqueretur,* quis *dixit forte quarto aut quinto. Est autem ratio et origo huius pronominis a Graeco, et idcirco tractum id genus ad Latinos.* Quis *est* τίς. Τίς *autem apud illos est tam masculini generis, quam feminini. Ergo quod inde traxerunt hoc pronomen, servaverunt etiam genus antiqui, ut est:*

Quis tu es, mulier, qui me
hoc nuncupasti nomine?

Qui mulier *habemus et in Ennio, et in Pacuvio, et in ipso Terentio.* ubi plura * notavit amicissimus Heusingerus. Adde Hier. Columnam ad Ennii Fragm. pag. 212. [Osann. Analect. Crit. pag. 124. Similiterque Virgil. Aen. XI. 822. *quicum* posuit pro *quacum.* Fr.] 263

§. 41. *Dulce satis.* Ecl. III. 82.
Tale tuum. Ecl. V. 45.

IULII RUFINIANI

DE

SCHEMATIS DIANOEAS

I. Schemata dianoeas, id est, figuram sententiae intuentibus, aliquo a vulgari et simplici cum ratione mutamur. Cum omnes autem, quae orationem sensu figurant, generaliter figurae communiterque dicantur, haec tamen quae proprie figura ac specialiter dicitur, quae in scholis vulgo usurpatur controversiae figuratae. Huius specialis figurae usus multiplex. Unus, si dicere manifeste parum tutum

264 §. 1.* *figuram sententiae intuentibus* etc. Haec adeo depravata sunt, ut sine integrioribus libris emendari vix possint. R. Stephanus omnia in hunc modum mutavit: *figuras sententiae intuentes aliqua a vulgari et simplici oratione mutuamur.* Cuius coniectura deinceps omnes Editiones obsedit. Posteriora forte sic emendanda: *aliqua a vulgari et simplici specie cum ratione mutatio.* Nam Rufinianus descripsisse videtur Quinctilianum IX. 1. pag. 415. [§. 11.] *altero, quod proprie schema dicitur, in sensu vel sermone aliqua a vulgari et simplici specie cum ratione mutatio.* [Koehlerus (cf. pag. 98.) scribendum suspicabatur: *Schemata dianoeas, id est, figurae sententiae, cum in sensu aliqua a vulgari et simplici specie cum ratione mutantur.* Fr.]

* *haec tamen quae proprie figura.* Stephanus *quae* delevit. Recte, ut opinor. 265

usurpatur controversiae figuratae. Scribendum: *usurpatur controversia figurata. Usurpatur* est *dicitur*, ut apud Cicero. de Offic. II. 11. [§. 40.] *C. Laelius is, qui sapiens usurpatur.* Vide Dukerum ad Liv. XXXII. 25. In aliis Editionibus haec pessime distinguuntur.

tutum. Edit. vetus *totum.* Haec Rufinianus descripsit e Quinctiliano IX. 2. pag. 431. [§. 66.]

Digitized by Google

est, ut dicuntur in eum figurae, qui sub conditione abolitionis tyrannidem deposuit, ut: *Praesens tutor libertatis, neque tamen immemor legum sum, quae mihi semper sacrosanctae fuerunt.* Hoc enim adversarium percutit, cui non semper sacrosanctae leges fuerunt. Quale est illud forsitan apud VIRGILIUM:

Tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo:
Proice tela manu, sanguis pius.

Nam simul caussam belli civilis ostendit in Caesare fuisse, dum dicit, priorem illum debere parcere, simul dolorem confessa, et in iudicio suo quaerit, tanquam ideo parcere prior debeat, quia sit Anchisae pius sanguis, et ab Olympo genus ducat. Secundus harum usus est figurarum, cum quid oblique enunciamus, quia dicere palam minime licet, et inhonestum est, ut fere figurae in adulterum patrem fiunt, cum quis hoc modo patrem vellicat: *Placuit conditio matrimonii meo etiam patri, et ago illi gratias, quod, ut uxorem hanc potissimum ducerem, hortatus est.* Per haec enim soceri cupido

ut dicuntur in eum figurae. Nulla urgente necessitate, Stephanus scripsit: *ut dicitur in eum figurate.*

266 * *simul dolorem confessa.* Non satis hoc intelligo. Loquitur apud Virgil. Aen. VI. 835. Anchises. GESNER.

enunciamus. Edit. vetus *nunciamus.*

minime licet, et inhonestum est. Stephanus particulae *et* suppositit *aut.* Repone: *minime decet, et inhonestum est.* Quinctilian. l. c. *alter* (usus est) *si non decet.*

in adulterum patrem. Recepi certissimam Stephani emendationem pro *alterum patrem.*

cum quis hoc modo patrem vellicat. Edit. vetus: *cum quid hoc modo patrem vel ligat.*

patrimonii. Recte viri docti emendarunt *matrimonii.* Eodem exemplo utitur Quinctilian. l. c. [§. 69. ubi vide Spalding. Fa.] *Qualis est* (figura) *in suspecta nuru: Duxi uxorem, quae patri placuit.*

ut uxorem hanc potissimum ducerem. Cum vetus Editio haberet *ducere*, Stephanus * ut expungendum putavit. Rectius vir doctus in eius Edit. margine *ducere* in *ducerem* mutat. 267

in nurum detegitur. Quale fortitan VIRGILIANUM illud possit videri:

Illum non populi fasces, nec purpura regum
Flexit, et infidos agitans discordia fratres,
Non res Romanae, perituraque regna.

Nam *illum*, scilicet et dicit, *non res Romanae perituraeque regna flexere.* Verum per *res Romanae* latent imperia dicta, sed *regna* vocat, tanquam non imperiis Romanis ista dicantur, sed de quibuslibet regnis. Tertius usus est harum figurarum, qui gratia venustatis adhibetur, qui tamen ironiae est proximus. Sed eiusmodi figurae, quae iuvenilius in schola lasciviunt, ut Cornutus ait, minime maturae sunt, et parum ganeis foroque conveniunt. Nam

nurum. Edit. vetus *aurum.*

VIRGILIANUM. Georg. II. 495.

perituraeque, et regna. Stephan. *peritura et regna.* Totus hic locus non expers labis videtur.

latent. Ita Stephanus. Edit. vetus *latet.*

imperiis Romanis. Stephanus bene: *de imperiis Romanis.*

qui gratia venustatis adhibentur. Stephanus scripsit: *quae gratia venustatis adhibentur. quae*, scil. figurae. Legendum: *qui gratia venustatis adhibetur.* Quinctilian. l. c. [§. 66.] *tertius* (usus est) *qui venustatis modo gratia adhibetur.* [Bene factum, quod non mutavit verborum ordinem, *gratia venustatis.* Neque enim insolens est, voc. *gratia*, ea qua h. l. dicitur significatione, praeponere. Similiterque Livius Hist. XXXIX. 14. *ne quis coisse aut convenisse causa sacrorum velit.* XL. 41. *causa ignominiae, uti semestre stipendium in eum annum esset ei legioni, decretum.* Cicero orat. cap. 55. §. 185. *ratio numerorum, causa delectationis eurium, excogitata.* Cf. eiusd. Lael. cap. 16. §. 57. FR.]

quae iuvenilius in schola lasciviunt. Editio vetus: *quae iuvenibus in schola lasciviuntur.* Stephanus: *quae iuvenibus in schola lasciviunt.* Equidem non dubitavi in ipso contextu ponere egregiam Iac. Frid. Heusingeri V. C. emendationem: *quae iuvenilius in schola lasciviunt.* Rufinianus * 268
expressit Horatium de A. P. 246.

Aut nimium teneris iuvenentur versibus unquam.

Cornutus. In libris, puto, *de figuris sententiarum*, quos laudat Gellius IX. 10.

minime maturae sunt. Haec certa est Pithoei correctio. Edit. vetus: *minimae naturae sunt.* Stephan. *minime naturae sunt.*

et parum ganeis foroque conveniunt. Stephanus ex coniectura dedit: *et parum ingenuis foroque conveniunt.* Multo verius et elegantius Pithoeus emendavit: *et parum canis foroque conveniunt.* Origenes adv. Cels. I. pag. 22. καὶ εἰσάγει Ἰουδαῖον πρὸς τὸν Ἰησοῦν λέγοντά τινα μειρακιωδῶς, καὶ οὐδὲν φιλοσόφου πολιτῶς ἄξιον. Gregor. Nazianz. Or. XX. pag. 352. C. τίς

Digitized by Google

in his, quae prodesse aut obesse causae videntur, cur, quod nolis intelligi, dicas? aut cur, quod facias intelligi, involvas?

II. Procatalepsis est schema dianoeas, cum id quod adversarius arrepturus est, atque obiecturus, praesumimus ac praecipimus, ut illud:

neque me Argolica de gente negabo:
Hoc primum.

Et:

Scio me Danais e classibus unum,
Et bello Argolicos fateor petiisse penates.

Latine haec figura dicitur *praeceptio*, vel *anticipatio*.

III. Procataskeue est procatalepsi proxima, cum rei, de qua acturi sumus, colorem praeparamus, atque praetendimus, ut in illo:

Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent!

usque:

quae bella exhausta canebat!

Nam primo de insomniis questa est, demum mirari se virtutem hospitis dixit, et veram fidem esse, a diis illum genus ducere: misereri etiam casus et errores, ut verecundius postea de amore fateretur, quasi in affectum hospitis vel insomniis, vel admi-

ἣν οὕτω πολιὸς σύνεσιν καὶ πρὸ τῆς πολιᾶς; Quod exemplum mihi suggessit Valckenarius.

quod facias intelligi. Stephanus edidit: *quod velis intelligi.* Frustra.

involvas. Vid. omnino Quinctilian. V. 10. 70. et IX. 2. 65. de figuratis controversiis. Gesner.

§. 2. *atque obiecturus.* Sic scripsimus pro *aut quae obiecturus.*

praecipimus. Vetus Editio *praedivimus*, quod in *praecipimus* mutavimus. Mox enim haec figura *praeceptio* dicitur.

neque me. Aen. II. 77.

* *Scio me.* Aen. III. 602. ubi 269
Et bello Iliacos.

§. 3. *Anna soror.* Aen. IV. 9 — 14.

demum. Forte *deinde.*

